P. VERGILI MARONIS

OPERA

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

VOL. II.

AENEIDOS LIBRI I—VI.

LIPSIAE.

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.

MDCCCLX.

P. VERGILI MARONIS

AENEIDOS LIBRI I—VI.

RECENSVIT

OTTO RIBBECK.

LIPSIAE.
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI.
MDCCCLX.

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI.

P. VERGILI MARONIS

A E N E I S

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER PRIMVS

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
carmen, et egressus silvis vicina coegi
ut quamvis avido parerent arva colono,
gratum opus agricolis, at nunc horrentia Martis

TESTIMONIA.

AENEIS I. [1 sq.] 'ille . . . carmen' Priscianus p. 1064 P. [1] Priscianus p. 940 Pompeius p. 241. 449 L. 1—7 Augustinus de mus. V 3 1 Terentianus Maurus 2006 Priscianus de XII vers. Aen. 1. 2 'arma virumque' Diomedes p. 454 Cledonius 1931 P. Claudius Sacerdos I 79 'arma . . . cano' Isidorus diff. II 251 Diomedes 496 Asper 1726 Velius Longus 2215 Marius Victorinus 2473. 2480 P. Terentianus Maurus 1032 Probus p. 6, 33 K. 'arma . . . Troiae' Sergius 1831. 1838 P. 'Troiae . . . oris' Quintilianus I 5, 27 Charisius 188 'primus ab oris' Diomedes 506 Marius Victorinus 2471 P. Terentianus Maurus 1944 Probi inst. II 4, 2 Claudius Sacerdos II 187 1—3 'Troiae . . . litora' Macrobius Sat. V 2, 8 Priscianus 814

VARIA LECTIO.

AENEIS I. '*Nisus grammaticus audisse se a senioribus dicebat, Varium . . . etiam primi libri correxisse principium his demptis versibus:* ille ego . . . Martis' *Donatus vitae* 15, 60: *idem narrat Servius in proemio commentariorum Aeneidis et ad v.* 1. *Senecam horum versuum auctorem in quodam exemplari dici narrat Is. Vossius castig. ad Catullum* 284. [1—4] *om. MR Vγabcψ, et negat Pierius ullum se invenisse exemplar manu scriptum, ubi principium Aeneidis ab illis desumeretur, quamquam separatim praescripti sane in aliquot codicibus haberentur. Habet versus illos in margine manu recentiore adscriptos a.* Arma virumque *initium carminis Vergiliani agnoscit tota antiquitas ut Ovidius trist.* II 533 *amor.* I 15, 25 *Propertius* III (II) 34, 63 *sq. Persius* I 96 *Martialis* VIII 56 XIV 185 *Ausonius epigr.* 137 1—26 *Veron. fol.* 256 1 *sine interp. M* ab *in ras. b*

Italiam fato profugus Laviniaque venit
litora, multum ille et terris iactatus et alto
vi superum saevae memorem Iunonis ob iram,
multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
inferretque deos Latio, genus unde Latinum
Albanique patres atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso

TESTIMONIA.

2 sq. 'Italiam . . . litora' Gellius XI 6, 6 2 Censorini fragm. p. 93, 15 l. schol. Lucani V 266 Servius in artem Donati p. 316 (521 L.) 'Italiam f. p.' Quintilianus I 5, 18 Charisius p. 237 Diomedes p. 445. 447. 497 Priscianus p. 1075 Cledonius 1890. 1922 Marius Victorinus 2481 Donati ars III 1, 2 Probi inst. I 17, 2 'fato . . . venit' Marius Victorinus p. 2577 'Lavinia' Terentianus Maurus 1508 2 sq. 'Laviniaque v. l.' Diomedes p. 439 de gen. nom. p. 85, 14 Haupt. Pompeius p. 455 L. 3 sq. 'multum . . . superum' Priscianus p. 761 3 'multum . . . alto' Donatus ad Ter. eun. I 1, 5 Isidorus orig. I 34, 6 Maximi Victorini ars 8 Claudius Sacerdos I 129 Marius Victorinus p. 88 G. Charisius p. 249 Diomedes 437 Priscianus 1006 Asper 1729 'multum . . . iactatus' Maximus Victorinus de carm. her. 6 Servius Aen. XII 5 'multum . . . terris' Probi inst. I 18, 13 Charisius p. 241 L. Servius Aen. X 707 'terris . . . alto' Diomedes p. 445 4 Maximus Victorinus de carm. her. 6 schol. Hor. carm. I 19, 1 'saevae . . . iram' Nonius 388, 14 schol. Leid. ge. II 279 'memorem . . . iram' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 17 5 sq. 'multa . . . Latio' Priscianus p. 1028 5 Terentianus Maurus 2007 Diomedes 496 Priscianus p. 1033 Alcuinus 2135 'multa . . . passus' Donatus ad Ter. hec. V 1, 7 Maximus Victorinus de carm. her. 6 'dum c. u.' Charisius 201 Diomedes 387 'dum . . . deos' Servius Aen. II 294 'dum . . . Latio' Diomedes 448 6 Diomedes 497 fragmentum de vers. 15 p. 519 Endl. 'inferretque d. L.' Servius Aen. I 181 IV 373 VIII 12 'genus u. L.' Priscianus p. 1005. 1019 Marius Victorinus 2538 Donatus ad Ter. eun. prol. 11. 1 2, 35 schol. Hor. carm. I 12, 17 Servius ecl. I 21 Aen. V 489 VI 766 VIII 71 7 'Albanique p.' Diomedes 424 Servius Aen. XII 135. 8 Diomedes 515 Priscianus 821. 842 Marius Victorinus 2562 'Musa m. c.' Terentianus Maurus 1744 'Musa . . . memora' Isidori diff. II

VARIA LECTIO.

2 'Lavina *legendum est, non* Lavinia' *Servius: cf.* IV 236 *Iuvenalis* XII 71, *Wagneri quaest.* XXXIII 1 *sqq.*, *Lachmannus Lucr.* p. 115 LAVINIAQ· *V*, *Terentianus Maurus*, *Prisciani Sangall.*, *Servii in artem Donati Santenianus*, *Censorini Darmst.*, *Diomedis codd.*, *de gen. nom.* LAUINIA ∵ *M* LAVINAQ· *Rγabc*, *Macrobii*, *Gellii*, *Prisciani*, *Marii Victorini*, *Pompei*, *scholiastae Lucani* ω, *Censorini Vatic. Gorl.* Laurentia *Peerlkampus* VENIT LITORA *V* UENIT LITORA *M* 3 LITORA *in mg. m. ant. add. V*, *om. M* Li.tora *b* ALT ∵ O *M* 4 SAEUE *Mc* ſeue *γ* 5 DVMCONDERET (UMCO *minio p.*) *M* 6 *om.*, *add. m. 2 in mg. γ* · UNDELATINUM (*minio p. exc. lit.* N *post.*) *M* 7 Albana c ALTA *R* MOENIAROMAE (OENIARO *minio p.*) *M*

quidve dolens regina deum tot volvere casus
insignem pietate virum, tot adire labores
inpulerit. tantaene animis caelestibus irae?

Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)
Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
ostia, dives opum studiisque asperrima belli;
quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
posthabita coluisse Samo: hic illius arma,
hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
siqua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.

TESTIMONIA.

251 Diomedes 432 Alcuinus 2110 Servius de final. 3 p. 491 Endl. 'Musa . . . quo' Marius Plotius p. 263 G. 'quo n. l.' Macrobius Sat. I 17, 4 9 'quidve d. r.' Marius Plotius p. 266 G. 'tot v. c.' Charisius 231 10 'insignem p.' Probi inst. I 12, 1 Marius Plotius p. 266 G. 'insignem p. v.' Nonius 331, 8 'insignem . . . tot' Marius Plotius p. 263 G. 'tot adire l.' Diomedes 429 11 'tantaene . . . irae' Isidorus orig. I 21, 15 12 Priscianus 1037 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Augustinus de civ. dei X 1 'urbs a. f.' Nonius 429, 3 Servius Aen. I 159. 530 XII 347 13 'Italiam c.' Donati ars III 6, 2 Maximus Victorinus de rat. metr. 6 Claudius Sacerdos I 159 Pompeius 473 L. 'Tiberinaque l. o.' Charisius 182 Servius Aen. II 711 V 406 'contra Tiberinaque ostia' de gen. nom. 90, 10 H. 14 'dives . . . belli' Nonius 501, 8 'dives o.' cf. appendix ad Probi artem min. 30 p. 412 Endl. 15 sq. 'quam . . . Samo' Priscianus 1078 schol. Lucani VIII 458 'unam . . . Samo' Servius ecl. III 61 Aen. VI 105 XII 817 15 Marius Plotius p. 252 G. Probus 10, 17 K. 'quam . . . terris' Marius Victorinus p. 86 G. 16—18 Tertullianus apolog. c. 25 16 Donatus ad Ter. adelph. V 8, 4 'posthabita c. S.' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 54 'illius arma' Probi inst. I 6, 2. 17, 1 16 sq. 'hic illius . . . fuit' Charisius 250 Diomedes 440 Beda de trop. 376 Cap. Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 134 analecta Parisina Eckstenii 9 Pompeius p. 253. 452. 456 L. Servius Aen. I 7. 553 II 612 17 Maximus Victorinus de carm. her. 6 'hoc . . . esse' Priscianus 1064 Asper 112, 15 K. 18 'si . . . sinant' Charisius 194 Servius Aen. XI 293 'iam . . . fovetque' Nonius 311, 23

VARIA LECTIO.

9 TOTUOLUERE (O *et* UOL *minio p.*) *M* 10 labore. *b1* 11 IMPULERIT *Vbc* IMPULERAT R TANTAENAE *M* tanten. e *c* 'tantaen *quasi exclamatio est mirantis . . . nonnulli* tantaene *legunt, ut interrogatio sit potius quam exclamatio' Servius* 13 CARTHAGO *R Vb* Chartago *γ* Cartago *c* 14 HOSTIA *M* *studiisque asperri* MA *V* 15 *fertur — omnibus V* OMNIBUS· *M* 18 SINUNT *M* tantum, *i. e.* ian tum *Nonii exempl.* fauet *m*

progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
audierat, Tyrias olim quae verteret arces;
hinc populum late regem belloque superbum
venturum excidio Libyae: sic volvere parcas.
id metuens veterisque memor Saturnia belli,
prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis
(necdum etiam causae irarum saevique dolores
exciderant animo; manet alta mente repostum
iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
et genus invisum et rapti Ganymedis honores):
his accensa super iactatos aequore toto

TESTIMONIA.

19 sq. 'progeniem . . . audierat' Quintilianus IX 3, 14 Donatus ad Ter. hec. I 2, 3 Charisius 241 Priscianus 1033 Velius Longus 2231 19 Probi inst. I 8, 5 21 schol. Hor. epod. V 63 'hinc . . . regem' Diomedes 429 Charisius 240 Servius Aen. IV 220 'populum . . . superbum' Servius Aen. I 225 23 'veteris . . . belli' Servius Aen. IV 372 24 Arusianus p. 211 L. Priscianus 981 Pompeius p. 396 Servius ge. I 12 'ad . . . Argis' Servius in artem Don. 1797 25 sq. 'necdum . . . animo' Nonius 300, 15 26–28 cf. Macrobius Sat. V 16, 11 26 sq. 'manet . . . Paridis' Nonius 386, 10 26 'manet . . . repostum' Nonius 349, 31 27 'iudicium P.' Claudius Sacerdos II 42 28 'et genus . . . rapti' Terentianus Maurus 1264 'et rapti G. h.' Nonius 320, 12 Servius Aen. IV 198 'rapti G. h.' Diomedes 416 29 sq. 'his . . . Troas' Nonius 169, 17 'iactatos . . . Troas' idem 328, 1 29 Priscianus 1001 P.

VARIA LECTIO.

19 'set *vero coniunctio quamvis lege grammaticorum per* t *literam dicatur . . . nescio quomodo tamen obrepsit auribus nostris, ut* d *literam sonet cum dicimus* progeniem . . . audierat. *ubi quaerendum erat, contrane ac loquimur scribendum sit an secundum scriptionem loquendum' Velius Longus.* 20 AUDIAT· (ER *supra*) *M* 21 *sq. 'in Probi adpuncti sunt: et adnotandum, hi duo si eximantur, nihilominus sensus integer erit, sed Vergilius amat aliud agens exire in laudes populi Romani' Servius.* 22 UENTURUM· *M* LIB*yac V* libiae *c* libae (r *supra*) *γ*, *sic V* 23 *metuens — memor V* 24 atroiam *γ* *troiam — gess*ERAT *V* AGRIS (R *supra*) *M* 25 *causae ir*ARUM *V* caufa *c*1 26 EXCID*era*NT *V* 27 SPRAETE (A *supra*) *M* fpraetae *γb* fp̃tę *c* 28 RAPTIS *R* ganimedif *γbc* 29 SUPER· *M*

Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli,
arcebat longe Latio, multosque per annos
errabant acti fatis maria omnia circum.
tantae molis erat Romanam condere gentem.

Vix e conspectu Siculae telluris in altum
vela dabant laeti et spumas salis aere ruebant,
cum Iuno aeternum servans sub pectore volnus
haec secum: 'mene incepto desistere victam,
nec posse Italia Teucrorum avertere regem?
quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem

TESTIMONIA.

30 Priscianus 706. 1101 P. 'reliquias . . . Achilli' Pompeius p. 419 L. Servius ge. I 3 Aen. XI 3 XII 545 'relliquias D.' Charisius 237 Diomedes 447 Beda 2344 Marius Victorinus 2481 Donati ars III 1, 2 Donatus ad Ter. Phorm. prol. 22 Claudius Sacerdos I 101 'immitis Achilli' Probi inst. II 1, 51 Claudius Sacerdos II 46 Cledonius 1899 Servius Aen. I 220 31 Maximus Victorinus de carm. her. 6 32 'acti . . . circum' Servius Aen. X 8 'maria omnia c.' Priscianus 977. 983 Alcuini gramm. 2138 de gen. nom. 87, 5 H. 33 Quintilianus VIII 5, 11 Cassiodorus de orthogr. 2279 P. anecd. Paris. Eckstenii 13, 30 34—36 'vix . . . servans' Servius Aen. X 659 34 sq. 'vix . . . laeti' Macrobius Sat. V 2, 8 Priscianus 862 schol. Hor. a. p. 146 Servius Aen. III 8 IV 545 35 'vela d. l.' Servius Aen. VII 430 'spumas . . . ruebant' Nonius 380, 20 Servius Aen. II 209 36 Diomedes 448. 495 Cledonius 1879 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Atilius Fortunatianus p. 334 G. 'cum . . . pectore' Claudius Sacerdos I 8 37 Priscianus 1037 'haec secum' Donati ars III 3, 2 schol. Lucani II 522 Donatus ad Ter. hec. I 2, 32 anecd. Paris. Eckst. 7, 27 'mene . . . victam' Macrobius Sat. IV 2, 2 Marius Victorinus 2467 Probi ars minor 666 p. 368 Endl. Emporius rhet. p. 304 Cap. Servius ecl. II 70 'mene incepto' Claudius Sacerdos I 84 38 Arusianus p. 209 L. 39—41 'Pallasne . . . Oili' schol. Hor. epod. X 13 39 Maximus Victorinus de carm. her. 6 'quippe v. f.' Probi inst. I 10, 2 'Pallasne . . . Argivum' Macrobius Sat IV 5, 5 Diomedes 460 'classem A.' gloss. Cizense 13.

VARIA LECTIO.

30 relliquiaſ *c*, *Servius*, *Donatus*, *Charisius*, *Diomedes*, *Beda*, *Marius Victorinus*, *Claudius Sacerdos*, *Pompeius*, *Prisciani exempl.* immitiſ *γb* ACHILLI *Mγbc*, *testantur Servius*, *Priscianus*, *Claudius Sacerdos*, *Probus inst.* ACHILLIS *R* 34 TELLURIS· *M* 35 dabat *m* SPUMAS (SALIS) AERE *M* ruebat *m* secabat *Servii Aen.* II 209 *exempl.*: *cf.* X 214 36 . um *b* UULNUS *MRbc* 37 hoc *schol. Lucani* SECUM' *M* men *legi vult Marius Victorinus* incoepto *c* 38 POSSE·M ITALIAM *R* italiam *γ* 39 exu. rere *c*

Argivom atque ipsos potuit submergere ponto
unius ob noxam et furias Aiacis Oili?
ipsa Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem
disiecitque rates evertitque aequora ventis,
illum expirantem transfixo pectore flammas
turbine corripuit scopuloque infixit acuto;
ast ego, quae divom incedo regina, Iovisque
et soror et coniunx, una cum gente tot annos
bella gero. et quisquam numen Iunonis adorat
praeterea, aut supplex aris imponet honorem?'
  Talia flammato secum dea corde volutans

TESTIMONIA.

40 'atque . . . ponto' Servius Aen. XII 804 41 Macrobius Sat. IV 5, 5 Nonius 438, 20 'unius . . . furias' Quintilianus I 5, 18 'unius ob n.' Donati ars III 1, 2 fragm. de quant. 11 p. 504 Endl. 'et . . . Oili' schol. Hor. carm. II 4, 5 'furias A. O.' Diomedes 423 42 Macrobius Sat. V 22, 8 43 'disiecitque r.' Probi inst. I 11, 1 44 Priscianus 556 Servius Aen. X 565 'transfixo p. f.' schol. Lucani I 151 45 'turbine c.' Nonius 254, 16 'scopuloque i. a.' de gen. nom. 97, 20 H. 46 sq. 'ast . . . coniunx' schol. Hor. carm. III 3, 64 46 'ast . . . divum' Marius Victorinus 2472 Servius Aen. VI 104 'ast . . . incedo' Asper iunior 1726 Pompeius p. 387 L. 'ast . . . regina' Servius ad Don. 1797 Servius Aen. I 250. 405 VIII 672 'quae . . . regina' Servius Aen. I 8 47 sq. 'una . . . gero' schol. Hor. serm. I 3, 17 'tot . . . gero' Iulius Rufinianus 257 R. 47 'una . . . annos' Terentianus Maurus 1240 48 sq. 'et quisquam . . . honorem' Augustini gramm. 2013 P. 'quisquam . . . praeterea' Servius Aen. XII 11 'et . . . adorat' Quintilianus IX 2, 10 Diomedes 411 anecd. Paris. Eckstein 21, 25 Servius Aen. II 79 X 826 50 Terentianus Maurus 1238 'talia f.' Diomedes 424

VARIA LECTIO.

40 ARGIUUM *libri* ſubmerge *γ* 41 OILI *M*, *Salisb. Macrobii, Diomedis ω*, *ut scripsit Asper* (*cf. Servius Aen.* VIII 383) OILEI *Rγ*, *Macrobii, Nonii, Acronis, Servii ω* o[i]lei *bc* olei *m* 42 poſitum *c1* iaculatenubibuſ *γ1* iacula[ta]nubibus *c* 43 uenti. ſ *c* 44 EXSPIRANTEM *R* '*Probus et* tempore *legit, ut ipse* IX 588. *sed qui legunt* pectore, *de Accio translatum affirmant' e. q. s. Servius* 45 '*Cornutus ait*, inflixit *veriùs, quod sit vehementius' Servius: cf.* X 303 46 diuo[v]m *γ* DIUUM *MRbc* 47 et *posterius om. c* CONIUX *MR* GENTE· *M* 48 QUISQ[V]AM *M* adoret *b2c2*, *Quintiliani et Servii exempl.* 49 aut *corr. in* et, *ut vid.*, *b* inpon[e]it *γ* inponit *b1* imponit *c*

nimborum in patriam, loca feta furentibus austris,
Aeoliam venit. hic vasto rex Aeolus antro
luctantes ventos tempestatesque sonoras
imperio premit ac vinclis et carcere frenat.
illi indignantes magno cum murmure montis
circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce
sceptra tenens, mollitque animos et temperat iras.
ni faciat, maria ac terras caelumque profundum
quippe ferant rapidi secum verrantque per auras:
set pater omnipotens speluncis abdidit atris
hoc metuens, molemque et montes insuper altos
imposuit, regemque dedit, qui foedere certo
et premere et laxas sciret dare iussus habenas.
ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est:

'Aeole, namque tibi divom pater atque hominum rex
et mulcere dedit fluctus et tollere vento,

TESTIMONIA.

51 sq. 'nimborum . . . venit' schol. Lucani II 456 51 Diomedes 508 'loca . . . austris' Nonius 210, 33. 312, 2 52 'hic . . . antro' Nonius 415, 9 53 sq. Seneca nat. quaest. VI 18 54 Nonius 365, 9 55 sq. 'illi . . . fremunt' Servius Aen. I 245 'magno . . . fremunt' Seneca nat. quaest. VI 18 57 'mollit . . . iras' gloss. Barth. adv. XXXVII 5 58 sq. Probus 19, 7 K. 58 Nonius 460, 20 Probi inst. I 12, 2 Priscianus 1004 'maria . . . profundum' Isidorus orig. XIV 9, 4 59 Nonius 302, 30. 420, 2 60 'speluncis a. a.' Diomedes 454 Charisius 244 Claudius Sacerdos I 174 Beda de trop. 380 Cap. Pompeius p. 467 L. 61 'molemque et m.' Servius Aen. I 111. 311 II 420 X 754 62 sq. 'qui . . . habenas' Diomedes 411 63 Nonius 340, 6. 365, 10 Servius Aen. XII 499 64 Charisius 239 Servius Aen. I 24 'ad . . . supplex' Cledonius 1879 65 sq. Macrobius Sat. V 4, 1 Priscianus 1029 65 Diomedes 495 Priscianus 1034 'Aeole namque' Probi inst. I 4, 22 'Aeole n. t.' Probi inst. I 6, 1 Emporius rhet. p. 304 Cap. 'divum . . . rex' Quintilianus VIII 6, 29 66 Nonius 406, 32. 415, 13

VARIA LECTIO.

51 in *suprascr.* *b* ſoeta *bc* 52 luctant.ſ *b*1 luctatoſ (n suprascr.) (o *corr. in* i) *γ* ſonoreſ *γ* 54 PRAEMIT *Rb* ac] et *Nonius* 56 eoluſ *c* 57 TENENT (s suprascr.) *M* 58 FACIANT *M* 59 trepidi *Nonii* *ω* *excepto* *Bern.* 60 SED *Rbc* a.didit *b*1 61 montiſ *γb*1 62 foedera *c*1 63 PREMERETET *M* iuſuſ (ſ suprascr.) *γ* abenaſ *γb*, *Diomedes* 64 AT *Mc*1 ſuplex *γ* 65 n ⁖. q *c* DIUUM *libri* REX (*minio p.*) *M*

gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans victosque penates:
incute vim ventis submersasque obrue puppes,
aut age diversos et dissice corpora ponto.
sunt mihi bis septem praestanti corpore nymphae,
quarum quae forma pulcherrima Deiopea,
conubio iungam stabili propriamque dicabo,
omnis ut tecum meritis pro talibus annos
exigat et pulchra faciat te prole parentem.'

Aeolus haec contra: 'tuus, o regina, quid optes,
explorare labor; mihi iussa capessere fas est.
tu mihi quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque

TESTIMONIA.

67 sq. Augustinus de civ. dei I 3   67 Maximus Victorinus de carm. her. 6   'gens i. m.' de gen. nom. 80, 20 H.   'Tyrrhenum n. a.' Quintilianus IX 3, 17 Iulius Rufinianus p. 252 R. Servius Aen. III 191
68 Servius Aen. II 374 VIII 12   'Ilium . . . portans' Servius Aen. VIII 37   69 sq. Donatus ad Ter. Andr. II 1, 28 'incute . . . diversos' Diomedes 411   69 'submersasque o. p.' Isidorus orig. XVIII 2, 7
70 Isidorus orig. XVIII 2, 7 schol. Lucani IV 458   'aut age' Terentianus Maurus 470   'aut a. d.' Claudius Sacerdos I 72   et . . . ponto' Servius Aen. V 683   71—73 Macrobius Sat. V 4, 3   71 Iulius Rufinianus p. 250 R. Asper 112, 9 K. Servius ge. IV 336   'sunt . . . septem' Probi inst. I 6, 1   72 sq. 'quarum . . . stabili' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 3   72 Maximus Victorinus de carm. her. 6 Marius Plotius p. 253 G.   73 Donatus ad Ter. Phorm. V 5, 2 Eutychius II 2 'propriamque d.' Probi inst. II 3, 9 Claudius Sacerdos II 164 Servius ecl. VII 31 Aen. III 85 VI 872   74 sq. 'omnis . . . exigat' Nonius 291, 15 Donatus ad Ter. hec. III 5, 40   75 Asper 112, 9? 'et . . . parentem' Servius Aen. VII 457 IX 222   'pulchra prole' Servius Aen. I 313. 496 III 286   76 sq. 'tuus . . . labor' Servius Aen. I 425 IV 113 XII 652   77 'mihi . . . est' Nonius 266, 17 Servius Aen. I 63. 387   78 sq. Donatus ad Ter. Phorm. II 2, 24   78 'tu . . . regni' Quintilianus XI 3, 176 Donatus ad Ter. hec. IV 4, 21

VARIA LECTIO.

67 TYRRENVM *Rc*   68 Illium *b*   69 SUMMERSAS *R*   OBRUE *M* obruere *γ*1   70 diuersus *Diomedis ω* diuersas *χ*   et] AUT, *m. 2 corr. in* ET *M*   DISSICE *Rγbcm, Isidori ω: cf.* VII 339 DISSICEP *M* disice *schol. Lucani, Servii; Donati exempl.*   72 : *cf.* X 225   quae] Q· *M*   forma est *m*   deiopeia *Macrobii Paris.* 1 deiopeam *χ, Donati, Maximi Vict. exempl.*   73 proprio *c*1   75 pulcra *γ* pulcrha (h superscr.) *c*   76 'O· *M*   RINA (EG superscr.) (*corr. m. rec.*) *R*   77 iufa *γ* iura *m*

concilias, tu das epulis accumbere divom,
nimborumque facis tempestatumque potentem.'

Haec ubi dicta, cavom conversa cuspide montem
impulit in latus: ac venti velut agmine facto,
qua data porta, ruunt et terras turbine perflant.
incubuere mari, totumque a sedibus imis
una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus, et vastos volvont ad litora fluctus.
insequitur clamorque virum stridorque rudentum.
eripiunt subito nubes caelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra.
intonuere poli et crebris micat ignibus aether,
praesentemque viris intentant omnia mortem.
extemplo Aeneae solvontur frigore membra;

TESTIMONIA.

79 'tu . . . divum' Nonius 278, 25 Arusianus p. 226 L. differ. vocum p. 226 E. schol. Hor. carm. III 3, 11 Servius Aen. I 318 XI 463 XII 267 ecl. IV 62 80 Arusianus p. 251 L. 'potens tempestatum' appendix ad Probi a. m. 30 p. 442 E. 81—83 'cavum . . . ruunt' Quintilianus VIII 4, 18 81 Macrobius Sat. V 4, 4 Priscianus 1020 P. 81 sq. 'haec . . . latus' schol. Lucani II 456 82 'impulit in l.' Priscianus 1000 schol. Lucani III 545 Probus 81, 29 K. 83 Priscianus 1007 'qua . . . ruunt' Servius Aen. II 250 84 sq. 'incubuere . . . ruunt' Priscianus 1037 'totum . . . ruunt' Priscianus 798 Nonius 380, 9 85 sq. 'una . . . Africus' Seneca nat. quaest. V 16 85 Priscianus 1007 'una . . . ruunt' Priscianus 981. 1006. 1021 P. Servius ge I 105 87 Priscianus 742 Eutychius II 5 89 'ponto . . . atra' Servius Aen. I 118 90 'crebris . . . aether' Servius Aen. I 118 'micat i. a.' Nonius 348, 7 92 Macrobius Sat. V 3, 9 Nonius 311, 2 'solvuntur f. m.' de gen. nom. 87, 9 H. Servius Aen. III 308

VARIA LECTIO.

79 CONCILIA *R* DIUUM *libri* 81 CAUUM *libri* CON[E]VRSA (*corr. m. rec.*) *R* 82 Inpulit *b* [c]amine *c* 83 et terras] aterraf *c* 84 totum: *cf.* II 611 tortum *Marklandus epist. crit.* 52 85 nothuf *c* cient *Peerlkampus* ruunt *testantur Priscianus et Servius* procellef *c*1 86 UOLUUNT *libri* littora *c* FLV[C]STVS (*corr. m. rec.*) *R* 87 *cf.* II 313 it caelo *Priscianus: cf.* XI 192 RUDEÑE˜ *M* rudent[v]em *γ* 89 TEUCRORUMQ· *M* 91 MONTE[R]‾ *R* 92 SOŁUUNTUR *libri* frigor[e]a *γ*

ingemit, et duplicis tendens ad sidera palmas
talia voce refert: 'o terque quaterque beati,
quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis
Tydide! mene Iliacis occumbere campis
non potuisse tuaque animam hanc effundere dextra,
saevos ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis
scuta virum galeasque et fortia corpora volvit!'

Talia iactanti stridens aquilone procella
velum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
franguntur remi; tum prora avertit et undis

TESTIMONIA.

93 'duplicis . . . palmas' Pompeius p. 112 L. Servius Aen. IV 205 94—96 'o . . . oppetere' Seneca epist. 67, 8 94 'o . . . beati' Macrobius Sat. IV 6, 3 Charisius 213 Pompeius p. 12 L. Servius Aen. X 901 Asper 114, 15 K. 95 sq. 'quis . . . oppetere' Nonius 361, 9 'Troiae . . . oppetere' Aldhelmus de re gramm. et metr. 590 M. 95 'quis . . . patrum' Cledonius 1933 Augustini gramm. 1992 Probi inst. I 6, 3 de nom. 54 p. 141 Endl. 'ante o. p.' Priscianus 976 'Troiae . . . altis' Charisius 210 'Troiae . . . oppetere' Augustini gramm. 2016 96 sq. 'o . . . Tydide' Charisius 130 Servius in Donat. 1782 'Danaum . . . Tydide' Charisii exc. p. 537 K. Servius Aen. III 475 'fortissime g. T.' Pompeius p. 140 L. 96 'o . . . gentis' Sergius in Donat. 1842 'fortissime g.' Priscianus 605 97 'Tydide m. I.' Probi inst. I 4, 22 98 'tua . . . dextra' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 94 adelph. III 2, 14 Servius Aen. X 908 99 sq. Priscianus 1019 99 'saevus . . . Hector' Nonius 388, 18 schol. Hor. carm. I 12, 43 Servius Aen. XI 910 100 sq. 'ubi . . . volvit' schol. Hor. epod. XIII 14 Servius Aen. XI 257 102 'stridens a. p.' Servius Aen. I 85 104 'frangunt litora remi' (?) de gen. nom. 97, 11 H. 'franguntur r.' Servius Aen. I 552 'tum p. a.' Servius Aen. I 402

VARIA LECTIO.

93 DUPLICES *Mγ2c2* 96 contiget *γ1* contingit *c1* op^{le}pere *γ* 99 SAEUUS *libri* eacide *c* haector *bc* 100 SARPEDO^{N} *M* SAR^{D}PEON (*corr. m. ant.*) *R* '*et* sub undis *legimus et* sub undas. *sed si* sub undas, correpta *intellige*, *si* sub undis, volvit; *varia ergo distinctio est' Servius: cf.* VIII 539. *Sed fallitur Servius: hic enim narratur quod iam factum est, illic quod olim fiet.* 101 galeas et *schol. Hor.* 102 iacta^{n}ti *γ* 103 UE^{L}RUM *M* AD^{U}FERSA *M* FLUCTU^{S}M *M* fluctum *γc* 104 PRORAM *Mγ* 'proram . . . *alii* prora *legi tradunt*, *ut sit* avertit *pro* avertitur' *Servius*

dat latus; insequitur cumulo praeruptus aquae mons.
hi summo in fluctu pendent, his unda dehiscens
terram inter fluctus aperit, furit aestus harenis.
tris Notus abreptas in saxa latentia torquet,
(saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras,
dorsum inmane mari summo), tris Eurus ab alto
in brevia et syrtis urguet (miserabile visu)
inliditque vadis atque aggere cingit harenae.
unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
in puppim ferit: excutitur pronusque magister

TESTIMONIA.

105 'insequitur . . . mons' Diomedes 453 'cumulo . . . mons' Servius Aen. II 498 'aquae m.' Macrobius Sat. VI 6, 7 106 Priscianus 825 107 'terram . . . aperit' Isidorus orig. I 36, 21 108—110 'tris . . . summo' Charisius 246 ('dorsum . . . summo' om. Borb.) 108 sq. Donati ars III 6, 2 Claudius Sacerdos I 171 Pompeius 475 L. Beda de trop. 383 C. 108 'tris . . . torquet, et cetera' (intelleguntur 'saxa . . . summo') Diomedes 457 'tris n. a.' Cledonius 2050 109 Quintilianus VIII 2, 14 110 'dorsum . . . summo' Nonius 203, 3. 459, 22 'dorsum i. m.' de gen. nom. 77, 11 H. 111 Servius Aen. V 192 'brevia' Isidorus de nat. rer. p. 73, 3 B.: cf. orig. XIII 18, 6 'miserabile v.' Diomedes 333 P. 112 schol. Hor. carm. I 3, 24 113 schol. Hor. carm. I 8, 16 Servius Aen. III 8 VI 334 'fidumque v. O.' Charisius 8 P. Charisii exc. p. 538 K. 114 'ipsius a. o.' Probi inst. I 6, 5. 17, 1 Servius Aen. I 584 'ingens . . . pontus' Charisius 68 Diomedes 455 Claudius Sacerdos I 178 114 sq. 'ingens . . . ferit' Charisius 245 Priscianus 757 Donati ars III 6, 2 Pompeius 470 L. 'ingens . . . magister' Beda de trop. 381 C 115 'in puppim ferit unda' Marcianus Capella V 312

VARIA LECTIO.

105 tumulo *c1* 106 deifcenf *bc* 107 apperit *γc* 108 nothuf *c* S ŁAXA *M* ſacxa *c1* 109 *deleri voluit Bryantus* Sacxa *c1* MEDIISQ· *Mγ, Charisii Leid.* (mediis ꝗ: *eiusdem Borb., sed legit* quae *Charisius cum ceteris grammaticis*) 110 IMMANE *Rγ* MARI· *M* maris summi *Charisii Lips. et ed. pr.* 111 ſirtiſ *c1* URGET *Mybc* 112 '*et multi sic legunt:* inliditque vadis, atque aggere c. h.' *Servius, qui ipse* inliditque, vadis atque aggere c. h. *distinxisse videtur.* ADQVE *R* 113 liciof *γ* ORONTEM *Myb* orontẽ *c* Oronten *testatur Charisius* 114 vertice, *non* vortice *teste Plinio apud Charisium* 68 115 IM *M* pupim *γ* '*nonnulli sane* pronum *adverbialiter legunt*' *Servius.*

volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vortex.
apparent rari nantes in gurgite vasto,
arma virum tabulaeque et Troïa gaza per undas.
iam validam Ilionei navem, iam fortis Achati,
et qua vectus Abas, et qua grandaevos Aletes,
vicit hiemps; laxis laterum compagibus omnes
accipiunt inimicum imbrem rimisque fatiscunt.

Interea magno misceri murmure pontum
emissamque hiemem sensit Neptunus et imis
stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto
prospiciens summa placidum caput extulit unda.
disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
fluctibus oppressos Troas caelique ruina.
nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.

TESTIMONIA.

116 sq. 'ast . . . circum' Nonius 413, 25 117 'et . . . vortex' Charisius 68 'vorat a. v.' Servius Aen. XII 673 118 Isidorus orig. I 32, 11 Claudius Sacerdos I 83 Marius Victorinus 2480 P. schol. Hor. carm. II 1, 33 anecd. Paris. Eckst. 3, 5 119 Beda de metris 2352 Pompeius 14 L. schol. Hor. carm. I 29, 1 Servius Aen. II 16 'arma v.' Servius Aen. VI 653 'arma v. tabulaeque' de nom. 4 p. 128. 16 p. 131 Endl. 'Troia . . . undas' schol. Hor. carm. II 16, 9

120 Probi ars minor 216 p. 271 E. 'fortis A.' Charisius 107 121 Servius in Donat. 1795 P. 'et . . . Abas Servius Aen. I 4 II 452 VI 22 VIII 636 XII 651 122 'laxis l. c.' Probi inst. II 1, 21 Claudius Sacerdos II 17 Servius Aen. I 383 122 sq. 'omnes . . . imbrem' Servius Aen. I 173 123 Priscianus 825 'accipiunt i. i.' de gen. nom. 83, 14 H. 124 'magno . . . pontum' Servius Aen. I 55 125 'emissamque h. s.' de gen. nom. 82, 7 H. 125 sq. 'miratus Neptunus . . . vadis' schol. Lucani Guelf. in add. 803 129 'caelique r.' Servius ge. I 324 130 'nec l. d.' Diomedes 429

VARIA LECTIO.

116 capud *c* 117 VORTEX *Rγbc*, *testatur Plinius apud Charisium* VERTEX *M* 119 ARMA· *M* Troia gaza : *cf.* II 763 120 Achati *testatur Charisius Plinio auctore* achate *γ* ACHATAE *MRbc*, *Probi ars* 121 grandaeuuſ *b* GRANDEVVS *R* GRANDEUUS *Mc* grandaeuſ *γ* ala&eſ *γ* 122 HIEMPS (*apice rubro*) *M* hiemſ *c* hiem *γ* 123 REMIS *M*1*γ* fateſcunt *b*1*c*1 *Post* 124 *sequitur* 159 *in b* 125 emiſam *γc* NEPTUNUS· *M* 126 refuſſa *γ*1 127 capud *c* 129 obpreſſoſ *c* RVINAM (M *erasa*) *Rγ* ruinam *m* 130 IUNONIS· *M* '*aut* doli Iunonis *aut* fratrem Iunonis: *gemina ergo distinctio est' Servius*

Eurum ad se Zephyrumque vocat, dehinc talia fatur:
'tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
iam caelum terramque meo sine numine, venti,
miscere, et tantas audetis tollere moles?
quos ego —! set motos praestat componere fluctus:
post mihi non simili poena commissa luetis.
maturate fugam, regique haec dicite vestro:
non illi imperium pelagi saevomque tridentem,
set mihi sorte datum. tenet ille inmania saxa,
vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus et clauso ventorum carcere regnet.'

Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat,
collectasque fugat nubes solemque reducit.
Cymothoe simul et Triton adnixus acuto

TESTIMONIA.

132 Probi ars minor 666 p. 368 E. 133 sq. 'iam . . . miscere' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 4 133 'iam c. terramque' Servius Aen. VI 724 'meo . . . venti' Priscianus 627 134 'tantas . . . moles' Servius Aen. V 790 135 Quintilianus IX 2, 54 Macrobius Sat. IV 6, 21. VI 6, 15 Donatus ad Ter. eun. I 1, 20 Aquila Rom. p. 147 R. Isidorus orig. II 31, 35 Claudius Sacerdos I 179 anecd. Paris. Ecksteinii 7, 26. 19, 3 'quos ego' Probi inst. 1 6, 3 Servius Aen. I 65 'sed . . . fluctus' Nonius 257, 4 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 18 anecd. Paris. Eckstenii 13, 24 136 Priscianus 994 Alcuini gramm. 2137 P. Probi ars minor 691 p. 373 E. gramm. Vatic. Mai in auct. class. V 275 137 Nonius 348, 33 'maturate f.' Arusianus p. 247 L. 138 sq. 'non . . . datum' Nonius 388, 19 schol. Lucani IV 110 138 Servius Aen. V 792 'saevumque t.' schol. Hor. carm. I 37, 29 139 sq. 'immania . . . domos' Servius Aen. III 272 140 sq. Isidorus orig. I 36, 32 'illa . . . Aeolus' Servius Aen. VIII 242 'illa . . . regnet' Donatus ad Ter. eun. III 1, 25 142 Priscianus 907 'sic ait' Probi inst. I 9, 8 'et . . . placat' Arusianus p. 221 L. 143 'collectasque f. n.' de gen. nom. 89, 3 H. 144 sq. 'adnixus a. d.' Diomedes 371 144 'Cymothoe . . . adnixus' Servius Aen. XII 576

VARIA LECTIO.

131 zaephyrũ *c* 132 GENERΘS *M* 133 nomine *c* '*distingue* numine, *ut* venti *convicium sit' Servius* 135 ſet *b* SED *MRγc* conponere *b* conpone[re] *γ* 137 maturate michi fugam *b*1 REGIΘ *M* [CI] DITE *M* 138 inperium *b* SAEVVM *libri* 139 ſed *γbc* datum est *schol. Lucani* inmania *b* IMMANIA *Rγ* 140 domuſ *b* 141 *sine interp. M* 142 sic] Hae[c] *c* . ait *γ* 144 Cymotheo *γ*1 SIMUL, *M* ADNIXUS· *M*

detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti
et vastas aperit syrtis et temperat aequor,
atque rotis summas levibus perlabitur undas.
ac veluti magno in populo cum saepe cohorta est
seditio, saevitque animis ignobile volgus,
iamque faces et saxa volant, furor arma ministrat;
tum pietate gravem ac meritis si forte virum quem
conspexere, silent arrectisque auribus adstant;
ille regit dictis animos, et pectora mulcet:
sic cunctus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
prospiciens genitor caeloque invectus aperto
flectit equos curruque volans dat lora secundo.

TESTIMONIA.

145 'levat i. t.' Nonius 336, 18 Servius Aen. I 330 146 Nonius 236, 15. 246, 33 147 'summas perlabitur undas' Diomedes 429 148 sq. 'ac . . . seditio' Claudius Sacerdos I 163 Victorinus ad Cic. p. 97 Or. 'veluti . . . seditio' Isidorus orig. I 36, 35 148 'ac . . . populo' Cledonius 1923 Probi inst. I 9, 8 149—152 'saevit . . . vulgus; tum . . . silent' (om. 150) Iulius Rufinianus 253 R. 149 'saevit . . . vulgus' Charisius 57 Cledonius 1896 Probus de nom. 12 p. 216 E. 'ignobile v.' Probi inst. II 1, 41 Sergius in Donat. 1842 Consentius 2026 de gen. nom. 104, 3 H. 150 'furor a. m.' Iulius Rufinianus 210 R. Arusianus p. 247 L. schol. Lucani I 240 III 671 VI 172

151—153 Quintilianus XII 1, 27 151 'tum . . . meritis' Nonius 314, 3 schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 425 Or. 153 'ille . . . animos' schol. Gron. Cic. pro Rosc. p. 245 Or. schol. Persii I 14 154 'sic . . . fragor' Claudius Sacerdos I 163

VARIA LECTIO.

145 NAUES *M* *Post* tridenti *nulla interp. M* 146 *om., imo mg. add. c* SYRTES *Mb* 147 Adque *c* pel[ll]labitur '*codices aliquot antiqui' Pieriani* 148 POPULO, *M* COORTAEST *M* COORTAEST[TI] *R* choorta eſt *γ* cohorta, *om.* eſt, *Isidori Gud.* 4 149 SEDIO *R* que *om. Probus de nom.* UULGUS *libri* 150 '*multi non* volant, *sed* volunt *invenisse se dicunt. sed Cornutus verendum, ait, ne praeposterum sit* faces velle *et sic* saxa, *cum alibi maturius et ex ordine dictum sit:* arma velit poscatque simul rapiatque iuventus' (VII 340) *Servius* 151 tunc *Nonii ω, schol. Cic.* 153 dictoſ *c*1 154 Si[c]cunctuſ *b* Si[c].unctuſ (*erasa* a) *c* CVNCT.S (*in rasura* V) *R*1 cunct.ſ *b*1 CAECIDIT *M* caecidit *c* f[r]agor *c* 156 *om., in mg. add. c* aequoſ *γ* · · · · · ·[curru] *γ* FLVCTV *R* curru *Servius*

Defessi Aeneadae quae proxima litora cursu
contendunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
est in secessu longo locus: insula portum
efficit obiectu laterum, quibus omnis ab alto
frangitur inque sinus scindit sese unda reductos.
hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
in caelum scopuli, quorum sub vertice late
aequora tuta silent; tum silvis scaena coruscis
desuper horrentique atrum nemus imminet umbra;
fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum,
intus aquae dulces vivoque sedilia saxo,
nympharum domus. hic fessas non vincula navis
ulla tenent, unco non alligat anchora morsu.

TESTIMONIA.

157 sq. 'quae ... petere' Nonius 258, 19. 264, 9. 367, 5 157 Priscianus 583 P. 159—169 Macrobius Sat. V 3, 18 159 'est ... locus' Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2473 P. anecd. Paris. Ecksteinii 5 'in ... portum' Isidorus orig. I 35, 18 160 sq. 'quibus ... reductos' schol. Hor. carm. II 14, 14 160 Terentianus Maurus 1276 162 sq. 'hinc ... scopuli' Servius Aen. III 536 'gemini ... scopuli' Quintilianus VIII 6, 68 Claudius Sacerdos I 166 de gen. nom. 97, 21 H. 162 'geminique m.' Servius Aen. IV 88 165 schol. Lucani III 411 'horrenti ... umbra' Isidorus orig. I 35, 18 166 'fronte s. a.' de gen. nom. 79, 14 H. 'scopulis p. a.' Asper 112, 10 K. 167 sq. 'intus ... domus' Nonius 456, 29 167 'vivoque s. s.' Servius Aen. II 719 ge. II 27 168 sq. 'hic ... tenent' Priscianus 775 169 'unco ... morsu' Servius Aen. VI 3

VARIA LECTIO.

157 AENDAE (EA *superscr.*) (*in ras.*) *R* littora *c* 158 libiae *c* VERTVNTVR (NTV *in ras.*) *R* 159 *om.*, *imo mg. add. b* 160 EFFICIT *Rγbcψ* 161 *cf. ge.* I 420 FRANGITVR· *M* 162 ADQVE *R* VASTAE (A *alt. in ras.*) *R* UASTES *M* RVPES· *M* 163 fcopoli *c* 164 filen (t *superscr.*) *γ* fcena *γ* co.rufcif *γ* 165 DESVPER· *M* horrendis ... umbris *Isidorus* inminet *b* 166 FRONDE (T *superscr.*) (*corr. m.* 2) *R* atuerfa *bl* 167 *in mg. λ M* AQ· *M* uiuoquo (e *superscr.*) *c* 168—171 *hoc ordine:* 169. 168. 171 *adscriptis in margine* C B E *literis*, *et ima pagina* 170 *adscripta* D *M* 168 NYMFARVM *R* Nimfarum *b* Ninfarũ *c* NARES (V *superscr.*) *M* navis *testatur Priscianus* 169 ANCHORA *Myc*, *testatur Servius* ANCORA *Rb*

huc septem Aeneas collectis navibus omni
ex numero subit; ac magno telluris amore
egressi optata potiuntur Troes harena
et sale tabentis artus in litore ponunt.
ac primum silici scintillam excudit Achates
succepitque ignem foliis atque arida circum
nutrimenta dedit rapuitque in fomite flammam.
tum Cererem corruptam undis Cerealiaque arma
expediunt fessi rerum, frugesque receptas
et torrere parant flammis et frangere saxo.
  Aeneas scopulum interea conscendit et omnem
prospectum late pelago petit, Anthea siquem

TESTIMONIA.

172 Donatus ad Ter. hec. III 4, 5 'optata . . . harena' Claudius Sacerdos I 121 Emporius rhet. p. 305 C. 173 schol. Hor. epod. V 40 'sale . . . ponunt' Servius Aen. II 209 'sale t.' Servius Aen. I 537 174 sq. 'ac . . . foliis' Priscianus 889 174 Eutychius II 4 'silici . . . Achates' Arusianus 228 L. 175 'succepitque i. f.' Servius Aen. I 144 VI 249 175 sq. 'atque . . . dedit' Nonius 245, 2 176 'rapuit . . . flammam' Isidorus orig. XVII 6, 26 Diomedes 450 Servius ad Donat. 1798 P. Pompeius p. 400 Servii ars p. 532 L. Servius Aen. I 639 cf. Charisius 127 177 'tum . . . undis' Servius Aen. I 701 'Cererem c. u.' Quintilianus VIII 6, 23 'Cereliaque a.' Servius ge. I 160 Aen. I 1. 119 177 sq. 'Cereliaque a. e.' Priscianus de XII vers. Aen. 2, 11 schol. Veron. 81, 4 K. 178 'expediunt f. r.' Iulius Rufinianus 246 R. 'fessi r.' Arusianus p. 230 L. appendix ad Probi artem min. 30 p. 442 E. 'frugesque r.' de gen. nom. 79, 1 H. Servius Aen. III 666 VI 111 178 sq. 'fruges . . . saxo' Charisius 251 179 Diomedes 457 Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. XV 6, 4 Donatus ad Ter. adelph. V 3, 60 Pompeius p. 473 L. 'torrere . . . saxo' Donati ars III 6, 2 180 Maximus Vict. de carm. her. 6 181 sq. 'Anthea . . . biremis' Charisius 194 181 'Anthea si qua' Servius Aen. X 792

VARIA LECTIO.

170 Huic *bl* SEPTE[M]· *M* 172 EGRESSI· *M* troef potiuntur *cχ* arena *γb*, *dubitat Servius* 173 fal& *γ* littore *bc* 174 SILICI *MRγ*, *Servii Cass. m.* 1, *Eutychius*, *testatur Arusianus* filicif *bc*, *Servii φ*, *Prisciani ω* EXCVTIT *R* excudit (d *in ras.*) *b* excludit *m* excudit *testatur Priscianus* 175 SVCCEPIT *MRc*, *Prisciani Reg. m.* 2, *testatur Servius* fufcepit *γb*, *Prisciani ω* adque *c* 176 fomite[in] *c* 177 CERERE[M] *M* CORREPTAM[V] *R* corruptam *Servius* 178 EXPEDIVNT· *M* 179 pa..rant *γ* FLAMMIS· *M* 180 CONSCENDIT· *M* 181 ANTEA[H] (H *col. rubro*) *Mγ* fi qua *γ*2, '*quidam*' *teste Charisio.* '*sane legitur et* si qua' *Servius*

iactatum vento videat Phrygiasque biremis
aut Capyn aut celsis in puppibus arma Caici.
navem in conspectu nullam, tris litore cervos
prospicit errantis; hos tota armenta secuntur
a tergo, et longum per vallis pascitur agmen.
constitit hic, arcumque manu celerisque sagittas
corripuit [fidus quae tela gerebat Achates]
ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis
cornibus arboreis, sternit, tum volgus et omnem
miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
nec prius absistit, quam septem ingentia victor
corpora fundat humi et numerum cum navibus aequet.

TESTIMONIA.

183 Diomedes 406 Probi inst. I 4, 17 Maximus Vict. de carm. her. 6   184 sq. 'tris . . . sequuntur' Pompeius p. 245 L.   'tris . . . errantis' Isidorus orig. I 36, 22   185 'hos . . . sequuntur' Servius Aen. III 540   190 sq. 'tum . . . turbam' Probus de nom. 12 p. 216 E.   'tum . . . telis' Nonius 243, 9   190 'cornibus a.' Servius ecl. VII 30   191 Servius Aen. XII 445   'miscet a. t.' Servius ge. I 359   'nemora inter f.' schol. Veron. 88, 22 K. Servius Aen. I 430   'nemus frondeum' Servius ge. II 5   'nemora . . . turbam' de gen. nom. 89, 1 H.   192 'quam . . . victor' Servius Aen. II 95   192 sq. 'quam . . . humo' Nonius 312, 25 Claudius Sacerdos I 149   193 'et numerum . . . aequet' Diomedes 461   'numerum . . . aequet' Diomedes 445 Pompeius 439 L. Donati ars III 3, 2 Claudius Sacerdos I 149

VARIA LECTIO.

182 UIDEAT· *M*   FRYGIAS *R* ph^{r}ygiaſ *γ*   biremeſ *c*   183 capin aut *γb* *Diomedis ω* capim aut (m *corr. in* u) *c* capiunt *Maximi Vict. cod.*   184 nauim *γb*   TRES *Rc*   littore *b* in litore *c*   CERVOS (VOS *m.* 2 *add.*) *R*   185—205. 206—226 *F fol. XI*   185 *cf.* XII 719   .conſpicit *Isidorus*   ERRANTES *Rγbc*   SEQVVNTVR *FRb*   186 ualli . *γ*   187 HIC *m.* 2 *superscr. F* HIG *M*   MANU *M* manu (m *m. 2 in ras.*) *γ*   celereſ *c* caelereſ *b*   188 fidus ... Achates *Vergilii non esse videntur Peerlkampo: certe pro tibicine habenda erunt. Defendit eadem Siebelis.*

QV^{a}E (a *m. rec.*) *R* que *γ*   ac^{h}ateſ *γ*   189 FERENTES *Mbc*   190 STERNIT· *M*   tunc *c*, *Nonii ω*   VVLGVS *FRγbc*   omne *fortasse γ*1, *Nonii ω*, *Probi cod.*   192 ABSTITIT *F*   193 humi *c2χ*, *Servii plerique codd.*: *cf.* V 78 VI 423 X 697 XI 665 HVMO *FMRγbmψ*, *Servii Cass.* 1, *Nonii ω*, *Claudii Sacerd. cod.*: *cf. ge.* II 460 hum . . *c*1   aequat *c*1

hinc portum petit, et socios partitur in omnis.
vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes
litore Trinacrio dederatque abeuntibus heros,
dividit, et dictis maerentia pectora mulcet:
'o socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
o passi graviora, dabit deus his quoque finem.
vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis
accestis scopulos, vos et Cyclopea saxa
experti: revocate animos, maestumque timorem
mittite; forsam et haec olim meminisse iuvabit.
per varios casus, per tot discrimina rerum
tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
ostendunt; illic fas regna resurgere Troiae.
durate, et vosmet rebus servate secundis.'

Talia voce refert, curisque ingentibus aeger

TESTIMONIA.

194 Priscianus 802 'petit . . . omnis' Probi inst. II 3, 6 'et . . . omnis' Cledonius 1916 Pompeius p. 310 L. 'socios . . . omnis' Claudius Sacerdos I 149 II 140 195—197 'vina . . . dividit' Claudius Sacerdos I 148 Diomedes 456 195 Nonius 544, 13 schol. Hor. carm. IV 11, 2 Asper 113, 15 K. cf. Iuvenalis VII 236 198—204 'o socii . . . casus' Macrobius Sat. V 11, 5 199 Priscianus 862 'o p. g.' Nonius 370, 8 schol. Hor. carm. I 7, 30 serm. II 5, 20 200 sq. 'penitus . . . scopulos' Priscianus 889 Arusianus p. 213 L. Servius Aen. VI 679 201 sq. 'vos . . . experti' Nonius 295, 32 202 sq. 'maestum . . . mittite' Nonius 348, 14 'maestumque t.' Diomedes 454 203 'forsan . . . iuvabit' Seneca epist. 78, 15 Iulius Rufinianus 249 R. Macrobius Sat. VII 2, 9 Charisius 165 Priscianus 1016. 1018. 1021 Alcuinus 2123 P. de verbo 35 p. 166 Endl. schol. Bob. Cic. p. 251 Or.
204 sq. 'per . . . Latium' Nonius 282, 16. 410, 33 206 'illic . . . Troiae' Servius Aen. VIII 291 207 Priscianus 800 Nonius 285, 9 Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 15 Servius Aen. VIII 577 'monuit etiam notissimo Virgili versu, durarent secundisque se rebus servarent' Suetonius Calig. 45

VARIA LECTIO.

194 *sq. sine interpunctione M* 194 om̄ſ *c* 195 honerarat *c* 196 Littore *bc* haeroſ *c* [h]eroſ *γ2 in ras.* hospes *Mediceus Pierii* 198 ſocii (ii *in ras.*) *γ* 199 iſ *γ* 200 SCYLLEAM *FRb* [ſ]cyllean *γ* ſcy.lleā *c* rabieſ[m] (ſ *erasa*) *c* 201 CYCLOPE[A] *F* 203 FORSAM` *R* FORSAN *FMγbcψ* ET *om. F* 207 DURATAE· *M* UOSMET (*apicibus supra et infra col. rubro pictis*) *M* 208 cu.riſ *γ*

spem voltu simulat, premit altum corde dolorem.
illi se praedae accingunt dapibusque futuris:
tergora diripiunt costis et viscera nudant,
pars in frusta secant veribusque trementia figunt,
litore aëna locant alii flammasque ministrant.
tum victu revocant vires, fusique per herbam
inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
postquam exempta fames epulis mensaeque remotae,
amissos longo socios sermone requirunt
spemque metumque inter dubii, seu vivere credant
sive extrema pati nec iam exaudire vocatos.
praecipue pius Aeneas nunc acris Oronti,

TESTIMONIA.

209 schol. Hor. carm. I 35, 21 ‘spem v. s.’ Servius Aen. I 341 IV 477 210 Arusianus p. 209 L. 211 ‘tergora d. c.’ Nonius 414, 4 Probi ars minor 535 p. 340 Endl. gramm. Vatic. in auct. class. Mai V 248 Servius Aen. V 351 ‘et v. n.’ Probi ars minor 517 p. 337 Endl. 212 Iulius Rufinianus p. 252 R. Asper 113, 27 K. ‘pars . . . secant’ Charisius 239 Diomedes 449 Donati ars III 2, 3 Donatus ad Ter. Andr. III 5, 1 Pompeius p. 435 L. Servius Aen. II 31. 387 V 120 ‘veribusque t. f.’ Augustinus de gramm. 1982 P. 213 ‘litore . . . alii’ Charisius 241 215 Charisius 240 P. Arusianus 234 L. Nonius 498, 30 Claudius Sacerdos I 89 Servius Aen. I 184: cf. appendix ad Probi artem min. 30 216 ‘postquam . . . epulis’ Macrobius Sat. II 1, 1 220 sq. ‘praecipue . . . gemit’ Priscianus 706 220 ‘praecipue p. A.’ Servius de ult. syll. 1807 P.

VARIA LECTIO.

209 : *cf.* IV 477 VVLTU SIMVLAT *MRb* VVLTU, SIMULAT (S *crasa*) *Fγc* PRAEMIT *F* 210 PRAE[DAE] *M* 211 deripiunt *Heinsius, defendit Wagnerus lect. Verg.* 342 COSTIS· *M* 212 FRVSTRA[T] (*corr. m. rec.*) *R* FRUSTRA *F* FRUSTRA *Mc* fruſt.. *b*1 UETERIBUS[Q] *F* verubus *Servius et Augustinus* FINGVNT *R* 213 LITOR[E] *M* Li.tor.. *b*1 Littore *c* aene[a] *c* 214 VIRIS *F* fu.ſi *γ* erbam *c* 215 IMPLENTVR *FRc* Imp.lentur *b*1 BACCHI· *M* bachi *γbc* 216 *cf.* 723 VIII 184 EPULIS· *M* relictae *Alburgensis, quod probavit Peerlkampus* 217 A.miſſoſ *b*1 LO[N]GO *F* 218 ‘*et quidam commodius distingui putant:* spemque metumque inter, *et sic subiungunt:* dubii seu vivere credant’ *Servius* cred.nt *b*1 220 PRAECIPUAE (*puncto rubro*) *M* praecipuae *γ* AENEAS· *M* ORONTI *FMR2bγ2, testantur Servius Charisius Priscianus* aronti *γ*1 oranti *c* ORONTIS *R1m Probi a. m. exempl., gramm. Vat.*

nunc Amyci casum gemit et crudelia secum
fata Lyci fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

Et iam finis erat, cum Iuppiter aethere summo
dispiciens mare velivolum terrasque iacentis
litoraque et latos populos, sic vertice caeli
constitit et Libyae defixit lumina regnis.
atque illum talis iactantem pectore curas
tristior et lacrimis oculos suffusa nitentis
adloquitur Venus: 'o qui res hominumque deumque
aeternis regis imperiis et fulmine terres,
quid meus Aeneas in te committere tantum,

TESTIMONIA.

'pius A.': cf. Claudius Sacerdos I 161 'acris O.' Charisius 107 Probi ars minor 113 p. 249 Endl. gramm. Vat. in auct. class. Mai V 173 221 'nunc . . . gemit' Servius Aen. VI 176 XII 509 221 sq. 'et . . . Lyci' Priscianus 946 : cf. Lachmannus Lucr. 327 'crudelia . . . Lyci' Servius Aen. I 37 222 'fortemque C.' Nonius 306, 22 223 sq. 'et . . . velivolum' Servius Aen. X 3 'cum . . . mare' Claudius Sacerdos I 8 'cum . . . despiciens' schol. Lucani I 661 224 schol. Hor. carm. III 4, 45 Servius Aen. XII 304 'despiciens m. v.' Macrobius Sat. VI 5, 10 'mare v.' Eutychius I 1, 7 Servius Aen. III 124 225 'litora . . . populos' Servius Aen. II 557 'sic . . . constitit' Servius Aen. IX 20 226 'et . . . regnis' Servius Aen. II 690 227 Nonius 327, 29 228 Macrobius Sat. IV 1, 5 Priscianus 603 Consentius 2023 Alcuinus 2090 P. schol. Lucani I 661 Philargyrus ge. IV 89 'lacrimis . . . nitentes' schol. Hor. epod. IV 3 'oculos s.' Servius Aen. I 320 II 57 III 428 VI 281 XII 599 'oculos s. n.' Servius Aen. XI 480 229 sq. 'o . . . terres' Claudius Sacerdos I 150 231 Diomedes 406 P. Nonius 248, 33

VARIA LECTIO.

221 AMICI *M1γbc* 222 lici *γb1c* gian *γb* GYAM *R* guam *c1* CLOANTVM *R* cloatum (n h) *γ* 223 iupiī *c* a&ere *γ* 224 'despiciens *deorsum aspiciens . . . notandum sane, quia si* dispiciens *dixerimus*, diligenter inquirens *significamus' Servius*. dispiciens *cum Moret.* 1 *et Leid. m.* 1 *legendum esse monet Lachmannus in Lucr.* 236 DESPICIENS *FMRγbcψ, Macrobius cum ceteris testibus* VENIVOLVM *F* IACENTES *M* 225 Littora *b1c* 226 CONSTITIT· *M* LYBIAE *F* libie *c* 227—247. 248—268 *F fol. XII* 227 Adq.: *c* At *b* TALES *M* 228 TRISTIOR· *M* Tristrior *c1* atque oculos lacrimis *Prisciani ω exc. Bern. et Carolir., Alcuinus* nitenteſ *c* 229 deorumque *ut* II 745 *Bentleius ad Hor. carm.* I 12, 14 *Cf.* 254 *et* XI 725 *nec sane ulibi apud Vergiium aut* deum *in exitu versus magis quam* deorum *medio versu aut compositum* hominumque deumque *invenitur. Cf.* 332 230 . . imperiiſ *γ* FUMINE (L) *F* 231 COMMITTENRE (N *eras.*) F

quid Troes potuere, quibus tot funera passis
cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
certe hinc Romanos olim volventibus annis,
hinc fore ductores revocato a sanguine Teucri,
qui mare, qui terras omni dicione tenerent,
pollicitu's: quae te, genitor, sententia vertit?
hoc equidem occasum Troiae tristisque ruinas
solabar fatis contraria fata rependens;
nunc eadem fortuna viros tot casibus actos
insequitur. quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus atque intuma tutus
regna Liburnorum et fontem superare Timavi,

TESTIMONIA.

232 'quid T. p.' Servius Aen. I 529 IX 429 233 Servius Aen. I 298. 385 234—237 'certe . . . pollicitus' Priscianus 822. 1073. 1151. 1179. 1194 P. 234 'tot iam volventibus a.' Victorinus ad Cic. p. 80 Or. 235 'revocato . . . Teucri' Servius ge. III 89 237 'quae . . . vertit' Nonius 418, 28 240 'tot c. a.' Servius Aen. III 317 241 'quem . . . laborum.' Gellius III 21, 12 Charisii exc. p. 555, 28 K. 242—244 Charisius 248 242. 244 (om. 243) schol. Lucani VII 194 242 sq. Beda de trop. 386 C. 'Antenor . . . sinus' Victorinus ad Cic. p. 97 Or. 242 Macrobius Sat. IV 5, 2 Diomedes 460 Donati ars III 6, 2 Claudius Sacerdos I 164 'Antenor p.' Claudius Sacerdos I 184 244 'regna L.' schol. Lucani VIII 38 'fontem Timavi' Servius Aen. III 293 'fontem s. T.' Servius Aen. VIII 95

VARIA LECTIO.

232 *Sine interp. M* funere *γ* 233 claditur *γ*1, cl[v]aditur *γ*2 cl[u]a-ditˇ *c* ORBIS' *M* 234 *om. c*1 CERTE (*suprascr.* CERTE *colore rubro, scissis quae infra scr. sunt*) *M* 235—260 *Veron. fol.* 253 236 *om. c* '*melius* omni *quam* omnis' *Servius* OMNIS (I *m. rec. corr. in* E) *F* OMNES *V* ditione *γ* 237 [※ s. ÷] pollicitus *Prisciani 1073 Vind. S* pollicitus, quae *vulgo* 238 EQ*uide*M *V* occa . ſum *γ* rui NAS *V* 239 *in mg.* C̃ñ (*col. rubro*) *M* SO*labar V* 240 UIROS· *M* caſſibuſ *γ* 241 *Sine interp. M* laborẽ *c*1 242 ELABSVS *F* ELABSVS (B *fort. corr. ex* P) *V* 243 illiricoſ *γbc* PȦENETRARE *M* SINUS· *M* INTUMA *F* INTIMA *MRVγb*, *Charisii cod.* in[ti]ma *c* 244 LIBYRNORVM *R* lib[v]ornorum *γ* F.·.·ONTEM *M*

unde per ora novem vasto cum murmure montis
it mare proruptum et pelago premit arva sonanti.
hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit
Teucrorum, et genti nomen dedit armaque fixit
Troïa, nunc placida compostus pace quiescit:
nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem,
navibus (infandum!) amissis unius ob iram
prodimur atque Italis longe disiungimur oris.
hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?'
Olli subridens hominum sator atque deorum
voltu, quo caelum tempestatesque serenat,
oscula libavit natae, dehinc talia fatur:

TESTIMONIA.

245 sq. Seneca nat. qu. III 1, 1 245 'unde . . . novem' Servius Aen. III 694 246 'it m. p.' schol. Lucani V 438 247 Priscianus 736 anon. de nom. 2 p. 128 Endl. 'ille u. P.' Charisius 54. 113 Priscianus 946 P. 'urbem P.' Servius Aen. I 565 V 52 248 sq. 'armaque f. T.' schol. Lucani I 240 249 'nunc . . . quiescit' Nonius 257, 3 Servius Aen. I 374 250—252 Nonius 363, 22 250 Macrobius Sat. IV 6, 6 Servius ge. IV 324 'nos t. p.' anecd. Paris. Ecksteinii 5 'caeli . . . arcem' Servius Aen. X 28 251 Priscianus 1026 P. 'navibus i. a.' Iulius Rufinianus 262 R. Servius Aen. I 39 'unius ob i.' de quant. 11 p. 504 Endl. 251 sq. 'navibus . . . prodimur' Servius Aen. I 40 'unius . . . prodimur' Isidorus orig. X 221 Donatus ad Ter. adelph. III 4, 12 IV 5, 58 Servius Aen. II 595 IV 431 X 28 253 Priscianus 1064 'hic pietatis honos, sunt hic sua praemia laudi.' (461) Donatus ad Ter. hec. IV 2, 8 'hic p. h.' Probi inst. II 1, 33 'sic . . . reponis' Arusianus p. 259 L. 254 'olli': cf. Claudius Sacerdos I 98

VARIA LECTIO.

245 murmure] MURE *V* 246 I^{T}N *V* PR^{AE}ORVPTVM *V* PR.RVPTVM *F* praeruptum *γ*1, *Seneca 'melius* proruptum *quam* praeruptum' *Servius : cf. de hoc loco Henry twelve years p.* 83—95 PRAEMIT (A *eras.*) *F* ar.a *b*1 247 PATAUI· *M* sedem *Prisciani Sang.* 248 TEUCRO^{RUM} *M* DEDIT· *M* 249 *om. c* *sine interp. M* COMPOSITVS (I *eras.*) *V* conpoftuf *γ* 250 a^{n}duif *γ* annuif *c* 251 *sine interp. M* infandum! *Priscianus* infandum *adverbialiter Iul. Rufinianus, optionem dat Servius* 252 PRODIMUR· *M* ADQVE *R* D^{D}IIVNGIMVR *F* 253 IN *sup. F* 254 fubride^{n}f *c* SATOR· M ADQVE *R* 255 VVLTV *libri* 256 N^{A}ATE *F* dein *c*

'parce metu, Cytherea: manent inmota tuorum
fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
moenia, sublimemque feres ad sidera caeli
magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.
hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,
longius et volvens fatorum arcana movebo)
bellum ingens geret Italia populosque feroces
contundet, moresque viris et moenia ponet,
tertia dum Latio regnantem viderit aestas
ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
at puer Ascanius, quoi nunc cognomen Iulo
additur (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno),
triginta magnos volvendis mensibus orbis

TESTIMONIA.

257 sq. 'parce . . . tibi' Priscianus 778 257 'parce m. C.' Claudius Sacerdos I 82 258 sq. 'promissa L. m.' Consentius 2043 P. 259 'sublimem . . . caeli' Isidorus orig. X 242 261 Nonius 527, 23 Priscianus 1018. 1029 Alcuini gramm. 2124 P. Servius Aen. X 8 'quando . . . remordet' Maximi Vict. ars 23 schol. Lucani IV 811 VIII 211 262 Nonius 32, 9 'fatorum a.' Servius Aen. X 8 263 'bellum i. g. I.' Isidorus orig. I 33, 14 Servius Aen. X 8 'populosque f. c.' Servius Aen. X 87 264 'contundet . . . et' Marius Plotius p. 263 G. 265 hist. Aug. p. 412 Grut. 'mores . . . ponet' Servius Aen. VIII 316 266 Nonius 400, 30 schol. Hor. carm. I 15, 35 Asper 113, 21 Servius Aen. X 8 267 'cui . . . Iulo' Cledonius 1890 267 sq. 'cui . . . additur' Iulius Rufinianus 248 R. 269 Servius Aen. II 651

VARIA LECTIO.

257 [m]&n *c* IMMOTA *FRVc* 258—266 *unus 'ordo longissimus' videtur Servio ad* 265 258 cernes urbem et] '*aut Romam significat . . . et ne longa sit expectatio, adiecit* et promissa L. m. *aut certe detrahe* et, *sicut multi, et epexegesin facis' Servius : cf. Wagneri quaest. Verg.* XXXIII 8 PRO*missa lavini V* 259 Menia *c* ſublimen *γ*, *Laurent.* 45, 14 *Servii* ſublim̃ (*i. e.* ſublimen) *c* ſublime. *b*1 SVBLIMEM *FMRV b*2, *Isidorus* 260 AENEAM *Rb* 261 FAVOR *R* FAUOR (B *rubr.*) *M* tibi fabor enim *continuat Servius* 262 archana *b* · 263 ferocis *γ*1 264 CONTENDUNT (V *sup. et lin. transv. col. rubro*) *M* contond& [v] *γ* 266 tranſierit [n] *γ* 267 Ad *c* QVO [C I] (*corr. m.* 2) *F* CUI *ceteri* NOMEN [COG] (*sup. m.* 2) *F* 268 *Hunc versum sive totum sive post* additur *aliena manu additum esse suspicatur Heynius: interpretatur eum Servius: cf.* 288 ILIVS *F* RESTETIT [S] *MF* reſtitit (titit *in ras.*), *corr. in* reſtetit [r] *b* ILLA *F* 269 VOLVENTIS *R* ORBES *Mb*

imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
transferet, et longam multa vi muniet Albam.
hic iam ter centum totos regnabitur annos
gente sub Hectorea, donec regina sacerdos
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet
moenia Romanosque suo de nomine dicet.
his ego nec metas rerum nec tempora pono,
imperium sine fine dedi. quin aspera Iuno,
quae mare nunc terrasque metu caelumque fatigat,
consilia in melius referet, mecumque fovebit
Romanos, rerum dominos, gentemque togatam.
sic placitum. veniet lustris labentibus aetas,
cum domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas

TESTIMONIA.

273 sq. 'donec . . . prolem' Donatus ad Ter. hec. I 2, 31 schol. Hor. carm. III 3, 32 'donec . . . gravis' Nonius 313, 31 'regina . . . gravis' Arusianus p. 233 L. 274 'geminam . . . prolem' Philargyrus ge. III 101 278 sq. 'his . . . dedi' schol. Hor. carm. saec. 25 schol. Lucani V 44 'illic enim tibi non Vestalis focus, non lapis Capitolinus, sed deus unus et verus nec metas rerum n. t. ponet, imperium s. f. dabit' Augustinus de civ. dei II 29 278 hist. Aug. p. 412 Gr. Servius Aen. X 472 279—285 'quin . . . Argis' Augustinus de civ. dei V 12, 2 279 Maximus Vict. de carm. her. 6 'quin a. I.' Probi ars m. 226 p. 275 Endl. gramm. Vat. in auct. class. Mai V 196 279 sq. 'quin . . . fatigat' Probus 19, 15 K. 280 Nonius 310, 29 281—283 'mecum . . . placitum' Priscianus 1077 282 Suetonius Aug. 40 Diomedes 452 P. Nonius 281, 20 283 'sic p.' Diomedes 392 'veniet . . . aetas' schol. Hor. carm. II 4, 23 Servius ecl. IV 37 284 'domus A.' Servius Aen. I 272 'Phthiam c. M.' schol. Hor. carm. IV 6, 4

VARIA LECTIO.

270 explebit (b *in ras.*) *b* a fede *c* 271 TRANSFERETET (ETET *eras.*) *R* 272 Ilicam (n i *superscr.*) *c* 'hinc iam, *praeterea; si autem* hic iam, *in hoc scil. loco*' *Servius* 273 haectorea *γc* 275 NUTRICES *M* 276 ma . uortia *b* 277 *Hinc redit P* DICET (E *corr. ex* I) *R* 278 nem&af (c *superscr.*) *γ* moetaf *b*1 280 TERRASQVAE *P* terrafquae *γ* CAELVM*que fatigat P* 281 MELIA · IN · MELIVS *R* FOV*ebit P* 282 TO*gatam P* 283 AET*as P* ae . taf *b* 284 PYTHIAM *P* PHTIAM *R* PTHIAM *Myc* micenaf *γ* *mycenas P*

servitio premet ac victis dominabitur Argis.
nascetur pulchra Troianus origine Caesar,
imperium Oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
hunc tu olim caelo, spoliis Orientis onustum,
accipies secura; vocabitur hic quoque votis.
aspera tum positis mitescent saecula bellis;
cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
iura dabunt; dirae ferro et compagibus artis
claudentur Belli portae; Furor impius intus
saeva sedens super arma et centum vinctus aënis
pos tergum nodis fremet horridus ore cruento.'

Haec ait, et Maia genitum demittit ab alto,

TESTIMONIA.

285 Maximus vict. de carm. her. 6 286—288 Diomedes 452 287 schol. Hor. carm. IV 15, 15 288 Isidorus orig. IX 3, 13 schol. Lucani I 197 III 213 Servius Aen. IV 234 VI 790 'a magno . . . Iulo' Cledonius 1890 Servius vita p. 2 L. 289 sq. 'hunc . . . accipies' schol. Hor. carm. I 2, 33 'hunc . . . secura' Nonius 357, 33 292 'cana . . . Vesta' Nonius 86, 28. 313, 19 schol. Hor. carm. I 35, 21 'cana F.' schol. Lucani I 188 294 'claudentur B. p.' schol. Hor. carm. IV 15, 9 epist. II 1, 256 294—296 'furor . . . cruento' Macrobius Sat. IV 5, 12 Orosius VII 5 295 'saeva s. s. a.' Arusianus p. 261 L. Claudius Sacerdos I 7 Cledonius 1879 Alcuinus 2141 P. Servius Aen. I 176 295 sq. 'et . . . nodis' schol. Hor. carm. III 9, 18 297 schol. Hor. carm. I 2, 43 'Maia . . . alto' schol. Veron. 82, 2 Servius Aen. I 3

VARIA LECTIO.

285 SerVITIO *P* praem& *γ* PREMIT *R* uit.if (c *supra*) *γ* ARGis *P* 286 pulcra *γ* 287 *sinc interp. M* ociano *c*1 Q· (VI *supra*) *M* 288 dimiſſum *γ*1*c* nomin. (e *supra*) *γ* 289 TUNC (T *corr. in* H) *M* Huc (n *supra*) *c* ſpoliiſ *in ras. γ*2 ORIENTIS (ENTIS *fort. in ras.*) *R* onuſtum (h *supra*) *γ* honuſtum *bc* 'honustum ... '*alii* honestum *legunt*' *Servius.* 290 Accipie.ſ *c* QVOQVevotis *P* 291 po.ſitiſ *γ* *bellis P* 292 VASTA (E *supra*) (*corr. m. rec.*) *R* VASTA *Pγ*1 QVirinus *P* 293 COMPAGIbus *artis P* COMPAGIB· ARTIS (C *supra*) (C *rubr.*) *M* conpagibuſ *b*1 cō.pagibuſ *b*2 294 *intus P* 295 VInctus *aenis P* uictuſ (n *supra*) *c* 296 Poſtergū *b*1*c* POSTTERGVM *MPRγψ* fremit *Macrobii exempl.* orriduſ *γ* Ore *P* hore *c* CRVENTO (CRV *in ras.*) *R* cruento *P* 297 Haeait (c *supra*) *c* MAIAE (E *eras.*) *R* mai.. *b*1 ma (ia *supra*) *c* DIMITTIT *Pγc*1 Alto *P*

ut terrae utque novae pateant Carthaginis arces
hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
finibus arceret. volat ille per aëra magnum
remigio alarum, ac Libyae citus astitit oris.
et iam iussa facit, ponuntque ferocia Poeni
corda volente deo; in primis regina quietum
accipit in Teucros animum mentemque benignam.

At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
ut primum lux alma datast, exire locosque
explorare novos, quas vento accesserit oras,
qui teneant (nam inculta videt), hominesne feraene,
quaerere constituit sociisque exacta referre.

TESTIMONIA.

300 'volat . . . magnum' Charisius 231 L. 301 'remigium alarum' Isidorus orig. I 36, 5 302 sq. 'ponunt . . . deo.' Nonius 368, 1 303 'volente d.' Claudius Sacerdos I 82 303 sq. 'in primis . . . benignam' Servius Aen. I 571 'quietum . . . benignam' Servius Aen. I 231 306—309 Macrobius Sat. V 4, 5 306 sq. 'exire . . . novos' Nonius 294, 20 Servius Aen. III 297 307 Iulius Rufinianus 253 R. 308 sq. 'homines . . . constituit' Nonius 258, 16. 273, 10 308 'hominesne feraene' Diomedes 428 Agroetius 2271 P. 309 Nonius 290, 32

VARIA LECTIO.

298 TERR^{E}A *P* noue γ CARTHAGINIS *MRγc* CARTHA*ginis P* car^{h}taginiſ *b* *arces P* 299 FATIS (S *eras.*) *R* NESCIA (SCI *eras.*) *R* 300 *finibus ar*CERE^{T}S *P* ILLE (LL *m. alienam passae*) *M* aethera χ 301 *remigio al*ARVM *P* a^{c} γ lybiae γ libie *c* ADSTITIT *MRγc* 302 *et iam ius*SA *P* 303 *sine interp. M* *corda vol*ENTE *P* D̄O *R* imprimiſ *c* in primis . . . benignam *Vergilio indigna esse censet Peerlkampus* 304 *accipit in*TECROS *P* accepit γ TTEUCROS *M* 305 *at pius aen*EAS *P* Ad *c* uol^{u}enſ *b* 306 *ut primu*M *P* primu. *b1* primũ. *b2* lux] VIX *m. 2 corr. in* LVX *P* DATA^{E}ST *P* DATAEST *MRγbc* 307 *explora*RE *P* locos *Rufinianus* 308 *quiteneA*NT *P* UIDENT *M* FER$^{\lambda}$ENE *M* FERENAE (A *eras.*) *R* FEREN. *P* ferenc γ 309 *quaer*ERE *P* querere γ ſociiſ$^{q.}$ γ

classem in convexo nemorum sub rupe cavata
arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
occulit; ipse uno graditur comitatus Achate,
bina manu lato crispans hastilia ferro.
cui mater media sese tulit obvia silva,
virginis os habitumque gerens et virginis arma,
Spartanae vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce volucremque fuga praevertitur Eurum.
namque umeris de more habilem suspenderat arcum
venatrix, dederatque comam diffundere ventis,
nuda genu nodoque sinus collecta fluentis.

TESTIMONIA.

310 'sub r. c.' de gen. nom. 97, 13 H. 312 'ipse . . . Achate' Priscianus 768 'uno . . . Achate' Priscianus 731 'uno comitatus A.' Priscianus 707 Probi ars m. 523 p. 338 Endl. 313 schol. Veron. 71, 10 314 Nonius 407, 6 315 'virginis . . . gerens' Claudius Sacerdos I 163 Philargyrus ge. II 122 315 sq. 'virginis os . . . Spartanae' Prisciani praeexerc. p. 364 C. 316 sq. 'vel . . . Hebrum' Nonius 307, 22 316 'vel . . . fatigat' Servius Aen. IV 228 317 Priscianus 803 'volucrem . . . Hebrum.' Nonius 362, 16 schol. Hor. serm. I 3, 38 318 Donatus ad Ter. eun. II 3, 23 'atque humeris habilem s. a.' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 319 'dederatque . . . ventis venatrix' Servius Aen. XI 648 320 Priscianus 778 differentiae voc. 2 p. 226 Endl. schol. Lucani IV 524 VI 708 'nuda g.' schol. Persii I 18 Diomedes 435 P. Servius Aen. II 132. 273 'nodo . . . fluentes' Iulius Rufinianus p. 248 R 'sinus c. f.' Servius Aen. I 404

VARIA LECTIO.

310 *sq. cf.* III 229 *sq.* 310 *literis quadratis b* *class*EM *P* conuexu *c* 311 *arb*ORIBVS *P* orrentibuſ *c* 312 *occ*VLIT *P* COMITATVS (O *m. 2 corr. ex* V) *P* ACHATAE *MR*, *Prisciani* 707 *Bamb.*, *sed idem ablativum testatur identidem* 313 *bi*NAMANVLATO *P* 314 *cui mater med*IA *P* cum *ut vid.* γ1 315 *virginis os ha*BITVM *P* .oſ γ hoſ *c* abitum *b* 316 *spartanae P* Sarranae *Marklandus ad Stat. silv.* V 2, 118 *vel P* AEQUOS *M* threiſa γ traeiſſa (trae *in ras.*) *b* 317 ARPALYCE *R* harpalice γ harpalicae *b* *harpalyce P* *vol*VCREM *P* uolucrã *c* uoluchrem γ Eurum *Rutgersius lect. Venus. c.* 6 *et Rob. Titius* HEBRUM *MPRψ cum Prisciano*, *Nonio*, *Acrone*, *Silio* II 73, *Servio*, *ut videtur*, *qui tamen adnotavit*: '*sed falsum est*, *nam est quietissimus etiam cum per hiemem crescit.*' haẽbrũ *bc* ʰebrum γ *cf.* VIII 223 XII 334 II 417 318 *namque ume*RIS *P* humeriſ γ*c* MORES *P* 319 *venatrix ded*ERAT *P* 320 *nuda genu n*ODO *P*, NUDOQ· *M* SIN^V^OS *M*

ac prior 'heus' inquit 'iuvenes, monstrate, mearum
vidistis siquam hic errantem forte sororum,
succinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,
aut spumantis apri cursum clamore prementem.'
Sic Venus, et Veneris contra sic filius orsus:
'nulla tuarum audita mihi neque visa sororum,
o — quam te memorem, virgo? namque hau tibi voltus
mortalis, nec vox hominem sonat; o dea certe,
an Phoebi soror? an nympharum sanguinis una?
sis felix, nostrumque leves quaecumque laborem,

TESTIMONIA.

321 'heus . . . mearum' Sergius 1852 P. Pompeius 349 L. 323 Nonius 350, 8 Priscianus 1081 324 'apri . . . prementem' Servius Aen. II 530 325 Servius Aen. IX 656 326—329 Macrobius Sat. V 4, 6 326 Maximus Vict. de carm. her. 6 327—329 Donatus ad Ter. adelph. V 6, 3 327 sq. 'o . . . sonat' Seneca epist. 115, 5 'namque . . . certe' Servius Aen. V 647 schol. Lucani I 562 328 schol. Persii III 21 'nec . . . sonat.' Priscianus 683 Servius Aen. VI 50 329 Priscianus 1031 329 sq. 'an Phoebi . . . felix' Nonius 302, 2 330 Seneca epist. 115, 5 Servius ecl. V 65 'nostrumque . . . laborem' Servius Aen. I 145 VII 755

VARIA LECTIO.

321 *ac prior heus P* hac *γ* PRIO *M* inquid *γbc* 322 *vidistis si qua*M *P* Vidifti *c* hec *c*1 323 FARETRA[m] (*sup. m. rec.*) *R* faretram *χ*, *Nonii ω* 'pharetram ... *sed melius in quibusdam codicibus sine* m pharetra *ablativus invenitur; quidam tamen* lyncis cursum *a communi accipiunt' Priscianus.* TEGM*ine lyncis P* tegmine (g *in ras.*) lincif *b* [t]egmine lincif *c* tegmina lincis[is] *γ*1 324 SPVMANTEM *P* fpuma[n]tif *γ* PRAEMENTEM *R* PRAEMENE˜· *M* PRE*mentem P* 325 at *Servius* IX 656 sic] C. (C *corr. ex* O, *ut vid.*, *tum eras. fort.* U) *P* ORS*us P* 326 SOR*orum P* 327 *in mg.* 5 (*col. rubro*) *M* HAUT *M* HAVT *Rγ*1 AVT *P* haud *bc* [v]uoltus *γ* VVLTVS *MRbc* V*oltus P* 328 hominu[e]m *γ* hominum *b*1 'o dea certe: *hic* o *distinguendum, ut post inferat* dea certe, *confirmans opinionem suam' Servius.* CE*rte P* 329 AN (N *m.* 2 *add.*) *P* A. *b*1 an nĩpharum (nnĩ *in ras.*) *b* a[n]nympharũ *c* aut nympharum *m* SANGVINI*s P* fa[n]guinif *γ* *An forte* es agminis? *quod certe probabilius sit quam Peerlkampi ratio* an pars Nympharum agminis *conicientis, qui contulit Ovid. metam.* V 577 *et Claudian. rapt.* III 58 VNĀ *R una P* 330 quemcumqué *Servius ecl.* V 65 LAB*orem P*

et, quo sub caelo tandem, quibus orbis in oris
iactemur, doceas; ignari hominumque locorumque
erramus, vento huc vastis et fluctibus acti:
multa tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.'

Tum Venus: 'haut equidem tali me dignor honore;
virginibus Tyriis mos est gestare pharetram
purpureoque alte suras vincire coturno.
Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem;
set fines Libyci, genus intractabile bello.
imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
germanum fugiens. longa est iniuria, longae
ambages; set summa sequar fastigia rerum.
huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus auri

TESTIMONIA.

331 'et . . . tandem' Servius Aen. V 34 334 Charisius 241 335 schol. Hor. carm. I 19, 15 'haud . . . honore.' Quintilianus XI 3, 70 Arusianus p. 222 L. schol. Lucani VIII 806 X 338 Servius Aen. I 417 III 475 ge. II 380 III 486 337 Servius ecl. VII 32 338 'Punica r. v.' Servius Aen. X 24 cf. de gen. nom. 96, 3 H. 'Tyrios . . . urbem' Philargyrus ge. IV 287 341 sq. 'longae a.' Probi inst. II 1, 21 Claudius Sacerdos II 17 342 'summa . . . rerum' Seneca epist. 89, 17 Servius ge. IV 286 'qua sequar f. r.' Claudius Sacerdos I 173 343 'ditissimus agri' Pompeius p. 141 L. Cassiodorus de orat. p. 564[b] (ed. Ven. 1729) 'ditissimus a. P.' Servius Aen. I 96 343 sq. Diomedes 481 P.

VARIA LECTIO.

332 LOCOR*umque P* 333 hunc *b1* vastis et] ETVASTIS *R* ET
ET H
UASTIS *M* 334 DEXTR*a P* 335 AUT (T *corr. in* D) *M* haud *bc*
EST
HONOR*e P* honore. *γ* 336 MOS *M* FARETRAM *R* PHARETRAM *P*
SV
337 alta. (a *post. corr. in* e) *γ* RIRAS *P* VINCERE *R* aptare *Servii ad ecl.* VII 32 *Lips.* COTVR*no P* 338 Punica] Tyria *de gen. nom.*
M
TYRIOS· *M* AGENORI*s urbem P* URBES· *M* urbem *Servius*
A
339 SED *PRbc* libici *γ* BEL*lo P* 340 PROFEC*ta P* 341 LONGE *R* longe *γ longae P* multae *Probi inst.*, *Claudius Sacerdos* 342 Ambaief *b* SED *PRγbc* qua sequar *Claudius Sacerdos* R*erum P* 343 CONIVX *Rγb1* SYCH^AEVS (A *m.* 2) *P* ſycheuſ *γc* ſicheuſ *b* Synchaeus *hic scripsisse Maronem coniecit Heinsius*, Sycchaeus *Brunckius: cf.* 348 aequaevus *Peerlkampus* auri *Huetius in Huetianis* 62: *cf.* X 563 VII 537 AGRI *libri, nisi quod in P legi nihil potest.* agri *item Servius, Pompeius, Cassiodorus*

Phoenicum, et magno miserae dilectus amore,
cui pater intactam dederat primisque iugarat
ominibus. sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.
quos inter medius venit furor. ille Sychaeum
impius ante aras atque auri caecus amore
clam ferro incautum superat, securus amorum
germanae; factumque diu celavit, et aegram
multa malus simulans vana spe lusit amantem.
ipsa set in somnis inhumati venit imago
coniugis; ora modis attollens pallida miris
crudelis aras traiectaque pectora ferro
nudavit, caecumque domus scelus omne retexit.
tum celerare fugam patriaque excedere suadet,

TESTIMONIA.

347 Priscianus 599. 1075 P. Nonius 323, 21 Servius Aen. III 321 348 'quos . . . furor.' schol. Statii Theb. I 84 349 Iulius Rufinianus 239 R. 350 'clam . . . superat.' Nonius 389, 6 'securus a.' appendix ad Probi artem min. 30 p. 442 Endl. 350 sq. 'securus a. g.' schol. Hor. carm. III 8, 25 schol. Lucani IV 353 352 'multa m. s.' Diomedes 445 Servius Aen. VI 542 353 sq. 'ipsa . . . coniugis' Charisius 199 Diomedes 409 Servius Aen. IV 29 354 'ora . . . miris' Macrobius Sat. VI 1, 49 355 sq. 'traiectaque . . . nudavit' Aen. VI 498

VARIA LECTIO.

344 Phenicum *b* miſere *γ* 'miserae *dativus est*, *non adverbium*' *Servius* *amore P* 345 QUE *iugarat P* pri . miſ *c* 346 *ominibus* ^{I}*s*ED *P* OMNIB ^{I}· SED (I *sup. minio p.*) *M* omnibuſ ſed *γ* TYRII *R* 347 *pygmali*ON *P* Pigmalion *γc* Picmalion *b* scelere . . . ſuror] '*iunge totum, nam aliter non procedit*' *Servius* inmanior *bc* omneſ *γ* om̃ſ *c* 348 *quos int*ER *P* MEDIOS *Mc*1 '*ordo est:* inter quos medios' *Servius* SYCH^{A}EVM (A *m.* 2) *P* SYCHEUM (YC *et correctoris notae col. rubro*) *M* ſycheum *γc* ſicheum *b* 349 *impius an*TE *P* A^{T}DQVE (*corr. m. rec.*) *R* 350 *clam ferr*O *P* AMORE^{V} *M* amore^{v} *c* 351 *germana*E *P* germane *γ* 352 *multa ma*LVS *P* lu . ſit *γ* 353 *ipsa sed in P* SED *Rbc* 354 *coniugi*S *P* adtollenſ (adt *in ras.*) *c* PALLADA *P* 355 *crudeli*S *P* crudeleſ *b* 356 *nuda*VIT *P* CAECVM (AEC *eras. vel in ras.*) *R* DOMUSETSCELUS *M* domuſſceluſ (ſſ *in ras.*) *γ* 357 *tum P* TUNC *M* *c*ELERARE *P* cael^{er}are *c* PATRIAE *M*

auxiliumque viae veteris tellure recludit
thensauros, ignotum argenti pondus et auri.
his commota fugam Dido sociosque parabat.
conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
aut metus acer erat; navis, quae forte paratae,
corripiunt onerantque auro. portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.
devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
moenia surgentemque novae Karthaginis arcem.
[mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
taurino quantum possent circumdare tergo]
sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris,
quove tenetis iter?' quaerenti talibus ille

TESTIMONIA.

358 sq. 'auxilium . . . thesauros.' Pseudoasconius ad Cic. p. 181 Or. 359 'ignotum . . . auri' Servius Aen. IV 75 361 sq. 'conveniunt . . . erat' Servius Aen. I 23 IV 545 361 Nonius 271, 4 363 sq. 'avari P. o.' Servius Aen. IV 75 365 sq. 'devenere . . . moenia' Nonius 211, 2 'devenere l.' Quintilianus I 5, 43 366 'surgentem arcem' Servius Aen. IV 274 369 Quintilianus IX 2, 7 anecd. Paris. Ecksteinii 21, 15 Servius Aen. III 337 369 sq. 'sed . . . iter' Nonius 412, 12

VARIA LECTIO.

358 *auxi*LIVM *P* VETERES *PRγ* 359 THENSAVROS *MR the*SAVROS *P* thefaurof *γbc* 'thesauros: *hoc nomen n non habet' Servius* ignotum *Servius* SANOTVM (*de* A *non constat*) *P : an* semotum? 360 *his commota fu*GAM (*sed ut ante* G *videatur fuisse* F) *P* HI[S]COMMOTA *M* 361 *conveniunt q*VIBVS *P* crudeli *c*1 tiranni *b* 362 *aut metus acer P* NAVES *MR* 363 *corripiunt o*NERANT *P* oneraN̄ (N̄ *in ras.*) *b* honerant *γc* 364 Pigmalionif *γc pygmalion's P* 365 *devenere loco*S *P* [in]agentia *c* CERNES *PRγbc*2 : *cf.* 419 CERNIS *Mc*1 : *cf.* 338 366 *moenia surge*NTEM *P* CARTHAGINIS *PRγc* cartaginif *b* 367 *sq. cum Beckio de sensu crit.* II 62 *damnat Peerlkampus, interpretatur Servius. mercatique s*OLVM *P* 368 *taurino quan*TVM *P* tergo — Sed *Ladevicus. Credam potius Vergilium quam Didonem non perfecisse orationem, morte scilicet occupatum.* 369 aut neniftif (aut *in ras.*) *b* au[t]ueniftif *c* AU[T]DUENISTIS *M* ADVENISTIS *Rm, Quintiliani Par.* 1 *Tur. m. alt.* Oris *P* 370 q[v]erenti (q[v]ere *m.* 2 *in ras.*) *γ*

suspirans imoque trahens a pectore vocem:
'O dea, si prima repetens ab origine pergam,
et vacet annalis nostrorum audire laborum,
ante diem clauso componet Vesper Olympo.
nos Troia antiqua, si vestras forte per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos
forte sua Libycis tempestas adpulit oris.
sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste penates
classe veho mecum, fama super aethera notus.
Italiam quaero patriam et genus ab Iove summo.
bis denis Phrygium conscendi navibus aequor

TESTIMONIA.

372—374 Macrobius Sat. V 4, 7 372 sq. Priscianus 1077 372 'o dea' Probi inst. I 1, 1. 4, 22 373 sq. Servius Aen. I 305 373 Macrobius Sat. III 2, 17 Priscianus 1133 374 Nonius 255, 2 Isidorus orig. V 31, 5 Beda de temp. rat. 7 Aldhelmus de re gramm. et metr. 514 schol. Hor. epist. II 1, 8 Servius Aen. VIII 639 X 1 XII 109 ecl. III 108 377 Priscianus 672 Arusianus p. 210 L. Servius Aen. I 341 378 'sum p. A.' schol. Veron. 91, 18 379 'classe v. m.' Consentius 2038 P. Marius Victorinus 90 G. 380 'Italiam q. p.' Servius Aen. III 297 X 87 ge. II 116

VARIA LECTIO.

371 tra[h]enſ *b* VOCEm *P* 373 uacat *Prisciani* 1133 ω anna[v]leſ *b* tantorum *Macrobii* III 2, 17 *exempl.* LABO*rum P* LABOREM *M* 374 COMPONET *Myb cum auctoribus antiquis : cf. Cic. Tusc.* V 35, 102 conponet *c* COMP[E]ONAT *P* COMPONAT *R* OLYMP*o P* olimpo *b* olympho *γ* 275 TRO[I]A [λ]NTIQUA *M* VESTRA[S] *P* AU-STRIS (I *corr.* ex E) *M* aureſ *b* 376 iit (ii *in ras.*) *γ* VEC*tos P* 377 libiciſ *γbc* APPVLIT *PRγbc* horiſ *c* 378 raptuſ *b*1 [h]oſte *b* 379 [h]ueo *b* ae[h]tera *c* NOTV*s P* 380 'Italiam quaero: *hoc loco distinguendum est: nam si iunxeris* patriam, *non procedit . . . [vel sic distinguendum:* Italiam quaero patriam, et genus ab Iove summo]' *Servius* PATRIA[M] *P* summo] MAGNO *R* 381—399. 400—418 *fol.* V *cod. G* 381 byſ *γ* FRYGIVM *R* PHRYGIVM (H *m.* 2 *add.*) *P* ph[r]yigium *γ* frigum *b* AEQVO*r G*

matre dea monstrante viam data fata secutus;
vix septem convolsae undis euroque supersunt.
ipse ignotus egens Libyae deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus.' nec plura querentem
passa Venus medio sic interfata dolore est:

'Quisquis es, haut, credo, invisus caelestibus auras
vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.
perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
namque tibi reduces socios classemque relatam
nuntio et in tutum versis aquilonibus actam,
ni frustra augurium vani docuere parentes.
aspice bis senos laetantis agmine cycnos,
aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
turbabat caelo; nunc terras ordine longo

TESTIMONIA.

383 'vix . . . undis' Isidorus orig. X 62 384 'Libyae d. p.' Macrobius Sat. IV 3, 9 385 'Europa . . . pulsus' schol. Hor. carm. III 27, 75 Servius ge. I 383 385 sq. 'nec . . . est.' Donatus in Ter. adelph. IV 5, 45 'nec . . . Venus' Arusianus p. 257 L 386 'medio . . . est' Servius Aen. I 414 387 sq. 'haud . . . carpis.' Donatus ad Ter. hec. III 2, 15 Servius Aen. II 641 'auras v. c.' Isidorus orig. I 36, 15 392 Nonius 416, 27 393—395 'aspice . . . caelo' Claudius Sacerdos I 135 394 sq. 'aetheria . . . caelo.' Nonius 369, 9 395 sq. Terentianus Maurus 2774 395 Servius ge. II 230 'nunc . . . longo' Philargyrus ge. II 230

VARIA LECTIO.

382 FATASECV*tus G* FA*ta*SE*c*VTV*s P* 383 '*aut* convulsae undis euroque *aut* supersunt undis euroque convulsae' *Servius* CONVVLSAE *Pγbc* QV*e P* SVPERS*unt G supersunt P* 384 libiae *γb* PER*agro P* 385 PVLSVS' *G* QVEVERENTEM *R* QUAERENEM *M* QVERENT*em*
n
G QV*erentem P* 386 DOLO*re est P* 387 AUD (*corr. minio*) *M* haud *bc* CAELES*tibus P* AV*ras G auras P* 388 VITALIT *P*
HINC
tiriam *γ* tyliã *c* *urbem P* 389 PERGE HINC MODO *M* ATQ· *M* ADQVE HINC *G* REGINE *P* LIM*ina P* P*erfer G perfer P* 390 REDVCIS *Pγ*1 QV*e P* REL*Atam G relatam P* 391 NUNTIO·
E
M AQVILONIBV*s actam P* 392 *ni frustr*A *P* DOCVRE *G* 393
c
aspice bis P letantes *bc* acmine *c* CYGNOS *Mc* cignos *b* 394
h S
AETHERIAS *M* Aeteria *b aetheria P* QUO *M* LABSA *G* ALES·
C E
M 395 TVRBABIT *R turbaba*T *P* AELO *P* CALO (*corr. m.* 1) *G*

aut capere aut capsos iam respectare videntur:
ut reduces illi ludunt stridentibus alis
et coetu cinxere polum cantusque dedere,
haut aliter puppesque tuae pubesque tuorum
aut portum tenet aut pleno subit ostia velo.
perge modo et, qua te ducit via, derige gressum.'

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
spiravere; pedes vestis defluxit ad imos;
et vera incessu patuit dea. ille ubi matrem
adgnovit, tali fugientem est voce secutus:
'quid natum totiens, crudelis tu quoque, falsis

TESTIMONIA.

397 Claudius Sacerdos I 135 'ut ... ludunt' Servius Aen. V 40 399 sq. 'haud ... tenet' Servius Aen. I 144 399 Charisius 53. 113. 245 Diomedes 455 Beda de trop. 381 C. 'puppes ... tuorum' Quintilianus IX 3, 75 Iulius Rufinianus 237 R. Pompeius 470 L. 400 'aut portum t.' Phocas de asp. II 2 401 Augustinus contra acad. I 5, 14 'et ... gressum' Servius Aen. I 305 402 'rosea c. r.' schol. Hor. carm. I 13, 2 403 sq. 'ambrosiae ... spiravere' Isidorus orig. XVII 9, 80 'divinum ... spiravere' Servius Aen. V 648 403 Servius Aen. XII 419 405 'et ... dea' Servius Aen. V 649 VII 448 407 sq. 'quid ... imaginibus' Servius Aen. XI 427 407 'quid ... crudelis' Probi inst. I 9, 11

VARIA LECTIO.

396 *aut capere P* AVT CAPTVS (V *corr. in* O) IAM RESPECTARE *P* aut captoſ iam .eſpectare (*in mg.* at deſpectare) *γ* AVT CAPTAS IAMDESPECTARE (*scissa membrana*) *G* AVTCAPTASIAMDESPECTARE *MRγ2b*, *Terentianus Maurus* acceptaſ iã deſpectare *c1* atceptaſiã (u a supra) deſpectare *c2* VIDENT*ur G* 397 *ut reduces P* 398 *et coetu P* COETUM *M* *ci*NXERE *P* CINCXERE *G* DEDER*e G* 399 HAUT (T *corr. in* D) *M* Haud *bc haut P* *alit*ER *P* p.upp.ſ (pp *e corr., deinde eras.* a) *c* pupeſ *γ* quae *γ* pu.beſ *γ* 400 *aut po*RTVM *G aut portVM P* HOSTIA *R* 401 *perge GP* DERIGE (*sup. m. rec.*) *R* DIRIGE *Mbc* 402 *dixit GP* *e*T *G* auerteſ (n supra) *b* 403 *amb*ROSIAE *P am*-*br*OSIAE *G* quae *γ1* que. (e *m.* 2) *γ2* uirtice *c1* 404 *spir*AVERE *P* *spira*VERE *G* SIPIRAUERE (I *pr. corr. in* P) *M* IMVS (V *corr. ead. m. fort. in* O) *P* 405 et vera incessu] *et ve*RAINCESSV *P et ver*AINCESSV *G* 406 AGNOVIT *Rγbc adgn*OVIT *G adgnovit P* *tali P* 407 *quid GP* *natum to*TIENS *P* CRUDELIS· *M*

ludis imaginibus? cur dextrae iungere dextram
non datur, ac veras audire et reddere voces?'
talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
at Venus obscuro gradientis aëre saepsit,
et multo nebulae circum dea fudit amictu,
cernere nequis eos neu quis contingere posset
molirive moram aut veniendi poscere causas.
ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit
laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
ture calent arae sertisque recentibus halant.

Corripuere viam interea, qua semita monstrat.

TESTIMONIA.

408 sq. 'cur . . . datur' Servius Aen. III 611 409 'veras . . . voces' schol. Hor. a. p. 158 411—414 Macrobius Sat. V 4, 8 412 Beda de trop. 383 C. 'multum . . . amictum' Isidorus orig. I 36, 19 414 Nonius 346, 4 Diomedes 412 416 sq. 'ubi . . . halant' Servius Aen. I 335 'centum . . . halant' schol. Hor. carm. I 19, 13 'centum . . . arae' Asper 114, 16 417 'ture c. a.' Probi inst. II 1. 52 Claudius Sacerdos II 54 'sertisque r. h.' Philargyrus ge. IV 109

VARIA LECTIO.

408 *ludis GP* Laudiſ c1 *imagin*IBVS *P* DEXTERAE (E *secunda fere eras.*) *G* 409 *non GP* *datur ac P* 410 *talibu*S *G talibus P* *incus*AT *P* greſũ *c* 411 *at ve*NVS *G at venus P* AT *M* UENUS . *M* *obsc*VRO *P* obſcuro *b* GRADIENTES *M* ſepſit *γbc* 412 ET MULTO *MRb2c*, *Macrobius* et multa (o *supra*) *γ et multo P et mul*TVM *G* et multum *b1 Isidorus*, *Beda* amictum *Isidorus* 413 Cenere (r *supra*) *γc* *cern*ERE *G cernere P* *neq*VIS *P* NE *P* CONTVNGERE *P* POSSIT *GRγbc1m*, *Macrobii Paris. et Salisb.* 414 *moli*RIVE *G molirive P* *mo*RAM *P* MOLAM *M* molam *γ* aut] '*coniunctiva pro* et' *Diomedes.* et *Nonii exempl.* VENII (ENDI *supra*) *P* diſcere *bm* caussas *m* 415 *ipsa pa*PHVM *G* abit] AB/// (*fissura*) *G* 416 *laeta G* illi *suprascr. b* SAB*aeo P* ſa.bęo *b* ſabe.o *c* 417 TURAE *M* turæ *c ture G* CALENT *G* ALANT (H *supra*) *Mb* ALANT (h *supra*) (*corr. m. recentiss.*) *R* HAL*ant P* 418 CORRIPUERE (ER *eras.*, ERE *sup. minio*) *M corr*IPVRE *G* MON*strat P*

iamque ascendebant collem, qui plurimus urbi
imminet adversasque aspectat desuper arces.
miratur molem Aeneas, magalia quondam,
miratur portas strepitumque et strata viarum.
instant ardentes Tyrii: pars ducere muros
molirique arcem et manibus subvolvere saxa,
pars optare locum tecto et concludere sulco.
[iura magistratusque legunt sanctumque senatum]
hic portus alii effodiunt; hinc lata theatris
fundamenta petunt alii, immanisque columnas

TESTIMONIA.

419 sq. 'qui . . . imminet' Servius ge. I 187 421 Servius Aen. I 33 422 Nonius 389, 19 'strepitum . . . viarum' idem 420, 10 'strata v.' Servius Aen. II 332. 725 423 'instant a. T.' Marius Plotius p. 244 G. Servius Aen. VI 5 IX 198 'pars d. m.' Servius Aen. IV 86 423 sq. Nonius 240, 16 'pars . . . arcem' idem 283, 16 424 Nonius 346, 16 schol. Hor. carm. III 1, 46 425 Servius Aen. IV 655 'optavitque locum regno (III 109) et concludere s.' Isidorus orig. XV 2, 3 'pars . . . tecto' Donatus ad Ter. Andr. IV 5, 2 Servius Aen. III 109 427 'hic . . . effodiunt' Iulius Rufinianus 242 R. Servius Aen. IV 87 427 sq. 'hinc alta . . . alii.' Nonius 340, 20 427—429 Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 15

VARIA LECTIO.

419—439 *F fol. XIII* 419 *literis quadratis b* PLVRIMus *P* urbi *P* 420 ASPECTAT *MPRbc, Servius* [AD]SPECTANT *F* aſpectat[n] *γ* Arces *P* 421 MIRATVR (T *in ras.*) *R* MIRANTVR *P*: *quo ad sequentis versus initium restituendum uti possis, si hunc eiciendum esse recte coniecerit Peerlkampus.* MOLLEM *M* AENEASMAGALIA (ENEASMAGAL *in ras.*) *R* QVONdam *P* 422 EST *P* ASTRA (*in mg.* STRATA *m.* 2) *F* Viarum *P* 423 tyri[i] *b* 424 arcē *c* SAXa *P* 425 [O]APTARE (*corr. m. rec.*) *R* obtare *c* optare *testantur Donatus et Servius* TECTO (TEC *in ras.*) *R* 426 *interpretatur Servius: alienum esse intellexit Heynius: cf.* 507 sanctum] ſcm̄ *b* ſcantū *c* SENatum *P* 427 hinc *Nonii exempl.* HIC *libri* LATA *F*, *fortasse etiam Servius adnotans: 'hinc futura magnitudo cognoscitur.' cf.* 429 ALTA *MPRγbc*, *Nonii exempl.* THEATRIS *Rb* THEATRIS (ATRIS *fort. in ras.*) *F* THEATRIS *Pc* te[h]atriſ *γ*1 THEATRI *Mγ*2, *Servii et Nonii exempl.* 428 PETUNT *F* '*nonnulli*' *Pieriani* LOCANT *F*2 *in mg.*, *MPRbcψ*: *cf.* IV 266 IMMANIS *FMPγ* IMMANES *R* inmaniſ *b*1*c* QVCOLVMnas *P*

rupibus excidunt, scaenis decora alta futuris.
qualis apes aestate nova per florea rura
exercet sub sole labor, cum gentis adultos
educunt fetus, aut cum liquentia mella
stipant et dulci distendunt nectare cellas,
aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto
ignavom fucos pecus a praesepibus arcent;
fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
'o fortunati, quorum iam moenia surgunt!'
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
infert se saeptus nebula (mirabile dictu)
per medios miscetque viris, neque cernitur ulli.

TESTIMONIA.

430—436 Macrobius Sat. V 11, 2. 430 sq. 'qualis . . . labor' Diomedes 459 430 'per f. r.' Charisius 19 P. 431 'exercet . . . labor' Servius Aen. I 453 III 443 432 sq. 'aut . . . stipant' Nonius 334, 30 'liquentia . . . cellas' Seneca epist. 84, 3 'stipantia mella' de gen. nom. 88, 14 H. 433 Festus p. 165 v. nectar 435 Priscianus 719 435 sq. 'aut agmine ... arcent.' Nonius 49, 31 436 Priscianus 837. 866 'fervet o.' Servius ge. I 190 437 Claudius Sacerdos I 81 'o fortunati' Terentianus Maurus 1750 'felices quorum i. m. s.' de gen. nom. 88, 15 H. 438 'et . . . urbis.' Nonius 400, 13 439 'infert ... nebula' Servius Aen. IV 545 440 'miscet . . . ulli' Appuleius de deo Socr. 11 anecd. Par. Ecksteinii 9 'neque c. u.' Arusianus p. 219 L.

VARIA LECTIO.

429 EXCIDIUNT *M* SCAENIS *P* AGT*a* (L *supra* G) *P* *futuris P* 430 Qualiſ (ualiſ *in ras.*) *γ* quali *Diomedis Par. A* qualia *eiusdem Par. B*, *Monac.* FLVREA (V *m. 2 corr. in* O) *P* R*ura P* 431—436: *cf. ge.* IV 162—169 431 BABOR (L *supra* B) *P* ADV*ltos P*

432 aut conliquentia *c* MEL*la P* 433 STIPAT (N *supra*) *P* DVLCIS (S *eras.*) *P* dulces *Cantabr. et Salisb. Macrobii* CE*llas P* 434 *Agmine facto P* 435 IGNAVVM *FMPRγbc* fucuſ *b1* PRAESEPIBVS (A *in ras.*) *R* ARC*ent P* 436 TYMO *F* fragrantia *a1b2*, *hic commendat Servius* FLAGRANTIA (L *col. rubro*) *M* FLAGRANTIA *Fc*, *Cantabr. Macrobii*, *Prisciani* 837 *Sang. Grut. Carol.*, 866 *eidem cum Bong. Halb.* FLAGRANTIA (R *in ras.*) *R* FRAGL*antia P* fraglantia *γa2b1 Prisciani Par. R* *mella P* 437 furtunati *γ* fortunate *Terentiani Mediol.*

SVR*gunt P* 438 *aeneas ai*T *P* 439 *infert se s*AEPTVS *P* ſeptuſ *c* 440—460. 461—481 *F fol. XIV* 440 *per medio*S *P* ne (c *supra*) *c*

Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,
quo primum iactati undis et turbine Poeni
effodere loco signum, quod regia Iuno
monstrarat, caput acris equi: sic nam fore bello
egregiam et facilem victu per saecula gentem.
hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
condebat, donis opulentum et numine divae,
aerea cui gradibus surgebant limina nexaeque
aere trabes, foribus cardo stridebat aënis.
hoc primum in luco nova res oblata timorem
leniit, hic primum Aeneas sperare salutem
ausus et adflictis melius confidere rebus.

TESTIMONIA.

441 de gen. nom. 86, 9 H. 'laetissimus u.' Servius Aen. XI 338 447 'donis o.' Arusianus p. 250 L. 448 sq. Probus 9, 29 K. 'nexaeque a. t.' diff. serm. in Suetonii ed. Roth. 308, 12 448 'aerea ... limina' Nonius 316, 32 Servius Aen. IV 138 449 'foribus ... aenis' Isidorus orig. XVI 20, 11 452 'et ... rebus.' Nonius 262, 5

VARIA LECTIO.

441 *lucus in ur*BE *P* UMBRAE (E *eras.*) *F* VMBRA *MIRybc*, *de gen. nom.* '*aut septimus casus est aut secundum Probum genetivus, ut sit* laetissimus umbrae' *Servius*: umbrae *idem ad* XI 338 *commendare videtur* 442 *quo primu*M *P* pheni *c* 443 *effodere l*OCO *P* loco, signum quod *distinxit Servius* 444 *monstra*RAT *P* monstrabat (b *corr. in* r) *γ* CAPVS *P* capud *c* ACRIS *m. 2 sup. F* aequi *c* SICNAM *FRa2c* SI[C]GNAM *M* SIGNA[M] *P* figna[c] *b2* fign[v]am *γ* fign̄. *b1* fign.m *a1* fignum *χ* 445 *egregiam P* Aegregiam *b* FALI[IL]CEM (*corr. m.rec.*) *R*: *recte comparavit Heynius in excursu Aen.* VIII 318 *ge.* II 460; copiosam, divitem *interpretatur Servius quoque.* SAECVL[A] *P* 446 *hic temp*LVM *P* Hi.c *c* 447 *conde*BAT *P* do[n].if *γ* 448 *aerea P* nixae *b1χ*, *Probus* '*multi* nixae *legunt*, *non* nexae' *Servius* que *om. γ* 449 *aere t*RABES *P* Aerae *b1* [H]AENIS (H *col. rubro*) *M* 450 *hoc p*RIMVM *P* IN *m. 2 sup. F*, *habent Servii exempl.* lo[v]co *γb* 451 Laeniit *b* Lenit *c* *leniit hi*CPRIMVM *P* LE[HIC]NIT PRIMVM (*sup. m. ant.*) *R* 452 *ausus et adflic*TIS *P* afflictif *bc*

namque sub ingenti lustrat dum singula templo
reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
artificumque manus intrans operumque laborem
miratur, videt Iliacas ex ordine pugnas
bellaque iam fama totum volgata per orbem,
Atridas Priamumque et saevom ambobus Achillem.
constitit, et lacrimans 'quis iam locus,' inquit, 'Achate,
quae regio in terris nostri non plena laboris?
en Priamus. sunt hic etiam sua praemia laudi;
sunt lacrimae rerum et mentem mortalia tangunt.
solve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.'
sic ait, atque animum pictura pascit inani

TESTIMONIA.

453 sq. 'namque ... opperiens' schol. Veron. 101, 8 453 Diomedes 407 anon. de orthogr. 2799 P. Servius Aen. I 431 III 443 IX 483 454 'dum ... urbi' schol. Veron. 82, 23 455 'artificum ... miratur' Nonius 347, 20 455 Priscianus 772. 776 456 'videt ... pugnas' Servius Aen. VIII 625 458 Seneca epist. 104, 32 Cledonius 1884 P. 'Atridas Priamumque' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 'Priamumque ... Achillem' Arusianus p. 214 L. Fronto exempl. eloc. ed. Mai II 495 'et ... Achillem' Nonius 388, 12 Servius Aen. XI 910 459 'quis ... Achate' Priscianus 730 Probi ars min. 217 gramm Vatic. in class. auct. Mai V 193 461 : cf. 253 Pompeius p. 248 L. 'en P.' Diomedes 422 Servius Aen. IV 597 463 'solve ... tibi' Atilius Fortunatianus p. 356 G. 'feret ... salutem' Servius Aen. I 645 464 'atque ... inani' Servius ge. II 285

VARIA LECTIO.

453 *namque sub in*GENTI *P* 454 *reginam oppe*RIENS *P* 455 *artificumque P* intrans] intras *fort. in archetypo.* intrafe *c*1 int..fe *c*2 INTERSE *FMPRγbψ*, *Servius*, *Prisciani et Nonii ω: cf. emend. Verg.* 10 456 *miratur P* mirantur *Peerlkampus conl. Silio Italico* VIII 196 *vide*T *P* 457 *bellaque iam P* VVLGATA *FPRγbc* 458 *atridas pria*MVM *P* Atridem *Senecae libri* Atridas *testatur Servius* faeuom (v) *γ* SAEVVM *FMRbc* ACHILLEM *FPγc*, *Arusianus*, *nisi quod* Ulyssem, *ut Fronto*, *Ambros.* ACHILLĒ *MRb* Achillen *Nonii exempl.* (N) 459 *constitit et l*ACRIMANS *P* Contiti.t *c* LACRIMAS *Fc* qui *Probi art. min. Bobiensis* inquid *Probi Bob.* 460 *quae regio i*N *P* 461 PRIMUS (λ) (*sup. m. ant.*) *F* primuf *γ* LAV*di P* laudis *Pompeius* 462 *tangunt P* 463 HAE (c) *M* fama tibi *c* *Salutem P* 464 INAN*i P*

multa gemens, largoque umectat flumine voltum.
namque videbat, uti bellantes Pergama circum
hac fugerent Grai, premeret Troiana iuventus;
hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
adgnoscit lacrimans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
ardentisque avertit equos in castra, prius quam
pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent. 473
interea ad templum non aequae Palladis ibant 479
crinibus Iliades passis peplumque ferebant,
suppliciter tristes et tunsae pectora palmis:

TESTIMONIA.

465 'largo . . . voltum' Servius Aen. II 305 466—468 'namque . . . Phryges' Priscianus 1006 P. 467 Nonius 364, 31 471 sq. 'Tydides . . . castra' Servius Aen. IX 521 471 'multa v. c.' Servius Aen. IV 200 472 sq. 'priusquam . . . bibissent.' Macrobius Sat. IV 3, 16 479 sq. Priscianus de XII vers. Aen. 12, 199 480 Priscianus 892 'crinibus . . . passis' Priscianus de XII vers. Aen. 11, 188 Nonius 370, 12 Phocae ars IX 5 Diomedes 373 Alcuini gramm. 2128 P. 481 'tunsae p. p.' cf. Ser-

VARIA LECTIO.

465 humectat *b* FLVMINe *P* uoltum (v *sup.*) *γ* ..ltum *c*1 *voltum P* VVLTVM *FMRbc*2 466 BELLANTIS *R* CI*rcum P* 467 HAC (H *in mg. add.*) *M* FVGENT *R* GRAII *P* GRAII *F, Prisciani φ* PRAEMERET *Fγ* PRAEMERET *R* TR.OIANA (*erasa una lit. vel* I *vel* L *vel* T) *F* troini *c*1 troina (a *sup.*) *c*2 IVV*entus P* 468 FRYGES *Fc* frigef *γb* PRYGES (A *sup.*, A *col. rubro*) *M* intaret (f *sup.*) *b* CVRRVM (M *erasa*) *P* urru (c *sup.*) *c* criftatuf (f *post. m.* 2) *γ* A*chilles P* 469 NEC (N *in mg. m.* 2, C *in ras.*) *F* ET (HAV *sup. m.* 2) *P* haud (at non) *γ* RHESSI (H *m.* 2 *add.*, S *alt. eras.*) *P* RHESI (S *sup.*) *Fbc* RHIESII· (S *sup.*) *M* NEVEIS *P* ue.lif *b* 470 AGNOSCIT *Rbc* lacrimif (n *sup.*) (i *post. corr. in* a) *γ* QVÈ *P* SO*mno P* 471 TYDIDES. UASTABAT MULTA *M* 472 ARDENTES *Mb*1 aequof *b*1 Q*uam P* 473 guftarent *m* TROIIAE *F* .xanthum *γ* xantum *b* xantū *c*1 xanti *c*2 BIBIS*sent P* 473. 479—482. 474—478. 483 *sqq. Sic mutandum duxi versuum ordinem vulgatum emend. Verg.* 11 *sq.* 479 AT *P* AEQVE (A *sup. m.* 2) *F* AEQVE *R* AEQ· *M* PALLIDIS (I *pr. m. rec. corr. in* A) *R* PALL*adis P* *ibant P* 480 passis] *cf. Servius* FERE*bant P* 481 TVNSE (A *sup.*) (*corr. m.* 2) *P* tunfe *γ* TUNSA (E *sup.*) (E *col. rubro*) *M* : *cf. Servius ad* 480 tun.fe *c* PA*lmis P*

diva solo fixos oculos aversa tenebat. 482
parte alia fugiens amissis Troilus armis 474
infelix puer atque inpar congressus Achilli:
fertur equis curruque haeret resupinus inani,
lora tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
per terram, et versa pulvis inscribitur hasta. 478
ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros 483
exanimumque auro corpus vendebat Achilles.
tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo, 485
ut spolia, ut currus, utque ipsum corpus amici.
tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
se quoque principibus permixtum adgnovit Achivis,

TESTIMONIA.

vii centimetrum p. 369 G. 482 schol. Persii III 80 Horatii carm. IV 4, 48 Lucani VII 220 Servius Aen. II 690 IV 362 474 sq. schol. Hor. carm. II 9, 16 475 Macrobius Sat. IV 3, 3 Isidorus orig. I 36, 11 Donati ars III 6, 2 Beda de trop. 381 C. 477 sq. 'lora . . . terram' Nonius 410, 9 477 'lora t.-t.' Quintilianus VII 9, 7 478 'et . . . hasta' Charisius 5 Diomedes 373 Phocae ars IX 5 Servius Aen. I 59 'versa . . . hasta' Charisius 249 Servius Aen. XI 877 483 Macrobius Sat. IV 3, 10 Probi inst. I 7, 3 Servius Aen. II 272 VIII 634 484 schol. Hor. carm. I 10, 14 486 'utque . . . amici' Claudius Sacerdos II 4 Augustini gramm. 1992 P. 487 Servius Aen. II 67 488 Servius Aen. II 242

VARIA LECTIO.

482—502. 503—521 *F fol. XV* 482 TENEBA*t P* 474 ali.. *b*1 amiſiſ *γ* TROIVS *P* troi[v]liſ *c* 475 'infelix: *multi hoc loco distinguunt et subiungunt* puer, atque . . . *sed tamen etiam si iunges* puer, *unus est sensus' Servius* ADQVE *R* i[m]npar *b* IMPAR *M achilli P* 476 RESV*pinus P* ANANI (A *pr. m. rec. corr. in* I) *F* ina.ni *c inani P* 477 H[U]IC (*sup. m. ant.*) *F* CO*maeque trahuntur P* comae trahuntur *γ* 478 P[V]ULSIS *M* INSCRIBIT*ur hasta P* incribitur *c* 483 CIRCVM (RC *in ras.*) *F* HECT*ora muros P* MAUROS *M* 484 *exanim*VM *P* AVROV *P* 485 *tum vero P* 486 *ut spolia P* utque] atque *Claudius Sacerdos, Augustinus* 487 *tendente*M *P* Tendẽ *c* INERMES *MPγ*1 inertes *m* 488 *se quoque P* PRINCIBVS *P* PERMIX[TUM] *M* agnouit *γb* ADGNOSCIT *F* AGNOSCIT *R* adnoſcit *c* : *cf.* 464. 465. 470. 485

eoasque acies et nigri Memnonis arma.
ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens mediisque in milibus ardet,
aurea subnectens exertae cingula mammae,
bellatrix, audetque viris concurrere virgo.

Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
dum stupet optutuque haeret defixus in uno,
regina ad templum, forma pulcherrima Dido,
incessit magna iuvenum stipante caterva.
qualis in Eurotae ripis aut per iuga Cynthi
exercet Diana choros, quam mille secutae
hinc atque hinc glomerantur oreades: illa pharetram
fert umero, gradiensque deas supereminet omnis

TESTIMONIA.

489 'eoasque a.' Isidorus orig. V 31, 14 Cledonius 1884 Marius Victorinus 2473 P. Servius Aen. XI 4 490 Nonius 555, 8 'ducit A.' Servius ge. II 170 491 Diomedes 406 493 'audetque ... virgo' Arusianus p. 218 L. 494 Iulius Rufinianus 247 R. 495 obtutu ... uno' schol. Persii III 80 496 sq. 'regina ... incessit' Servius Aen. I 46 'forma ... incessit' Servius Aen. I 405 496 Servius Aen. IV 133 498—503 Macrobius Sat. V 4, 9 498—502 Gellius IX 9, 13 498 sq. 'qualis ... choros' Diomedes 459 P. 499 'exercet D. c.' Diomedes 436 P. Isidorus orig. I 34, 4 Maximus Vict. de rat. metr. V 1 Probi inst. I 17, 2. 18, 8 fragm. de quant. 16 p. 505 Endl. 499 sq. 'quam ... oreades' Asper 114, 20 K. 500 'hinc ... oreades' Macrobius Sat. V 17, 16 501 'ingrediensque ... omnes' Macrobius Sat. V 13, 8

VARIA LECTIO.

489 *eoasque a*CIES *P* EAS (O *sup.*) *M* 490 *ducit am*AZONIDVM *P* AGMENA (E *corr. in* I) *M* 491 PENTHESILIA *R*, *Diomedes* penthe-ſilea *γ* penteſilea *bc penthesi*LEA *P* MIL*ɪ*IBVS (L *alt. m.* 2 *add.*) *P* 492 *aurea su*BNECTENS *P* 493 *bellat*RIX' *P* concurre *γb*1 494 *haec P* DARDANI (O *sup. m.* 2) *F* 495 *dum s*TVPET *P* obtutu *γbc* difixuſ *b* 496 *regi*NA· *P* AT *P* PVLC*H*ERRIMA (H *m.* 2) *P* 497 *ince*SSIT *P* COMITANTE *R* 498 *qualis in eur*OTAE *P* eu..rote *c* IVNGA (N *fort. eras.*) *R* chinti *c* 499 *exercet diana P* secutae *om. c* 500 *hinc atque hi*NC *P* ADQVE *R* glomerent̃ *c* oradeſ (e *sup.*) *c* 501 *fert umero P* humero *γ* umero (h *sup.*) *c* *gr*ADIENS *P* ingrediens *Macrobii* V 13, 8 *exempl.* DEA *PR* (S)UPEREMINET (S *col. rubro*) *M* omneſ *b*

(Latonae tacitum pertemptant gaudia pectus):
talis erat Dido, talem se laeta ferebat
per medios, instans operi regnisque futuris.
tum foribus divae, media e testudine templi,
saepta armis solioque alte subnixa resedit.
iura dabat legesque viris, operumque laborem
partibus aequabat iustis aut sorte trahebat:
cum subito Aeneas concursu accedere magno
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum
Teucrorumque alios, ater quos aequore turbo
dispulerat penitusque alias avexerat oras.

TESTIMONIA.

502 Charisius 22 P. 505 Nonius 58, 12 505 sq. 'media ... armis' Claudius Sacerdos I 112 506 'solioque ... resedit' Arusianus p. 258 L. 507 'iura ... viris' Servius Aen. IV 12 *507 sq. 'operum ... iustis' Nonius 244, 8 508 Nonius 412, 25 Servius ge. IV 165 509 Maximi Vict. ars 24 511 sq. 'ater ... dispulerat' Probus de nom. 23 p. 219 Endl.

VARIA LECTIO.

502 *latonae tacit*UM *P* 503 *talis erat did*O *P* fela.ta (a *pr. corr. in* ae) *γ* fael&a *c* FERAT *F* ferebant *b*1 504 *per medios in*STANS *P* INSTAR (NS; R *erasa, corr. m.* 2) *F* instant *Servii exempl., sed* instans *ad v.* 505 OPERI (I *an* E *non liq.*) *R* 505 *tum foribus d*IVAE *P* tum] in *Nonii exempl.* media e] *i. e. e regione mediae testudinis.* MEDIA ~~EMEDIA~~ (EMEDIA *eras.*) *P* MEDIA *ceteri* foribus divae media, a testudine *Peerlkampus* 'tum foribus divae, *instans praecipue foribus, et hoc loco distinguendum est*' (*adiunctis igitur antecedentibus*) ... '*quamvis quidam iungant:* tum foribus divae media testudine templi ... *sed prima melior expositio est ... alii hunc ordinem volunt:* tum foribus divae templi resedit, media scutorum (scutulatorum?) testudine quod septa armis erat' *Servius* 506 SAEPTAM *F* *saepta P* fepta *bc* *armis P* altae *γ* 507 LEGESQ· LEGESQ· *M* .egefq: *b*1 LABOR*em P* 508 aequebat *c* HAUT (T *m.* 2 *corr. in* D) F ... forte *c* 509 COCVRSV (N *sup. m. rec.*) *R* ascendere *Maximi Vict. exempl.* MAG*no P* 510 CLO*anthum P* 511 T*urbo P* 512 Defpulerat *c*1 : *cf. Servius ad h. l.* aliof *γ*1 AVERTERAT *Fγ* AUEXERAT (D *col. rubro*) *M* advexerat *probavit Lachmannus ad Prop.* IV 6, 63 : *cf. Haeckermann explic. Vergil.* 15 OR*as P*

opstipuit simul ipse, simul percussus Achates
laetitiaque metuque: avidi coniungere dextras
ardebant, sed res animos incognita turbat.
dissimulant et nube cava speculantur amicti,
quae fortuna viris, classem quo litore linquant,
quid veniant: cunctis nam lecti navibus ibant
orantes veniam, et templum clamore petebant.

Postquam introgressi et coram data copia fandi,
maximus Ilioneus placido sic pectore coepit:
'o regina, novam cui condere Iuppiter urbem
iustitiaque dedit gentis frenare superbas,
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
oramus: prohibe infandos a navibus ignis,

TESTIMONIA.

514 'laetitiaque metuque' Servius Aen. I 582 516—518 'nube . . . veniant' Iulius Rufinianus 241 R. 517 sq. 'quae . . . veniant.' Donatus ad Ter. adelph. III 3, 50 518 'quid veniant' Donatus ad Ter. Andr. I 4, 7 519 'orantes v.' schol. Gron. Cic. p. 427 Or. Servius Aen. III 144 IV 435 X 31 'et . . . petebant' Servius Aen. VIII 216 520 Priscianus 998 P. 522 Priscianus 1023 Alcuinus 2125 P. Marius Plotius p. 251. cf. 265 G. 'o r. n.' Emporius rhet. p. 305 Cap. 524 'Troes te m.' Emporius rhet. p. 305 Cap.

VARIA LECTIO.

513 OBSTIPVIT *PRγb* PERCVSSVS *FRγ1b1* PERCV[L]SSVS (*corr. m.* 2) *P* PERCULSUS *Mcγ2b2*, *Servii Cass.* ACHATes *P* 514 contingere *γ1* DEXtras *P* 515 ardeba[n]t *γ* SEDE (E *alt. eras.*) *P* TVRBat *P* 516 NIVBE *P* AMICti *P* 517 LIQVANt *P* li[n]quant *γ* linquent *c* 518 QUIT *M* ueniant : cunctiſ nam lecti *b2c1m*, *Servius*, *sed addens* '*nonnulli tamen* lectis navibus *legunt.*' VENIANT CVNCTIS NAM LECTI[s] (S *ult. m.* 2 *add.*) *P* ueniant; cunctiſ nam lectiſ *γ1* VENIANT· CUNCTI· NAM LECTI *M*, *sine interp.* *Fγ2b1c2* VENIANT CUNCTI NAM LE[C]TIS (C *sup. m. rec.*) *R* *Post* veniant *distinctum legerunt Rufinianus et Donatus* IBAnt *P* 519 pacem *Servius Aen.* X 31, veniam *testatus ad h. l.* PETEBANt *P* 520 c.opia (*m.* 1 *fort.* quopia) *γ* FAndi *P* 521 ilion.uſ *c* placito *b1* PECTORe *P* C[E]OPIT (*m. ant. sup.*) *F* *coepit P* caepit *b* 522 .nouam *γ* IVPPITEr *urbem P* iu[p]piter *b* 523 GENTES *Rγ1bc* SVPerbas *P* 524 uentoſ *b1* *vecti P* 525 igniſ *γ1* IGNES *MRγ2bc* *ignis P*

parce pio generi, et propius res aspice nostras.
non nos aut ferro Libycos populare penatis
venimus aut raptas ad litora vertere praedas;
non ea vis animo nec tanta superbia victis.
est locus, Hesperiam Grai cognomine dicunt,
terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae;
Oenotri coluere viri; nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
hic cursus fuit,
cum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion
in vada caeca tulit, penitusque procacibus austris

TESTIMONIA.

526 'parce p. g.' Servius Aen. V 688 'et ... nostras' Servius Aen. VIII 78 X 254 XII 218 527 sq. 'non ... venimus' Emporius rhet. p. 305 Cap. Servius Aen. I 299 'populare p. v.' Donatus ad Ter. hec. I 2, 114 Phorm. I 2, 52 527 'populare p.' Iulius Rufinianus p. 256 R. 528 'raptas ... praedas' Servius Aen. VIII 208 529 Isidorus orig. II 30, 9 Servius Aen. IX 429 'non ea v. a.' Servius Aen. I 232 530 Macrobius Sat. VI 1, 11 Servius Aen. I 12 531 'terra a.' Servius Aen. I 375 'atque u. g.' Servius Aen. III 4

532 'Oenotri c. v.' Probi inst. I 1, 1 533 Servius Aen. III, 335 ecl. V 1 534 Nonius 198, 22 Servius Aen. praef. 535 sq. 'cum ... tulit' schol. Hor. carm. I 28, 21 Servius Aen. III 714 535 Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 23 Probi inst. I 17, 1 Marius Victorinus 2473 Servius Aen. III 517 IV 52 V 626 'cum s. a.' Velius Longus 2231

536 'in ... tulit' Nonius 231, 16 'penitusque p. a.' Nonius 460, 23 'procacibus a.' Donatus ad Ter. hec. I 2, 84

VARIA LECTIO.

526 PROPRIVS *Pγ1c1* PROPRIUS (*corr. col. rubro*) *M* propius *testatur Servius et hic et Aen.* VIII 78 *nostras P* 527 lybicos *γc* populare] O *corr. ex* E *M* PENATES *Mγbc* PE*natis* *P* 528 littora *c* *praedas P* pedes (r a *supra*) *c* 529 . ea *γ* nimo (a *supra*) *b* SUPERUIA (B *rubra*) *M* *victis P* 530—533 = III 163—166 *est locus P* GRAII *P* cognomine (c *m.* 2) *γ* 531 *terra an*TIQVA *P* ADQVE *R* GLEBAE *Mγbc* 532 *oenotri P* OENOTRII *M* CVLVERE *P* culuer. .iri (v *supra*) (*m.* 1 *vid. fuisse* : culueruuri, *m.* 2 coluere viri) *γ* 533 *italiam d*IXISSE *P*

DVCES *Pγ1* 534 *hic P* huc *χ* hic *Servius quoque legisse videtur* : *cf.* IV 46 CVRSVS (S *pr. in ras. ut vid.* : *scriptum fuit* CVRRVS *ut v.* 17) *R* *cursu*S *P* 535 cum] *ab antiquis litera* q *scriptum esse docet Velius Longus* *cum subit*O *P* Cunsubito *c* ORIO͞ *M* 536 *in vada* cAECA *P*

perque undas superante salo perque invia saxa
dispulit: huc pauci vestris adnavimus oris.
quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem
permittit patria? hospitio prohibemur harenae;
bella cient, primaque vetant consistere terra.
si genus humanum et mortalia temnitis arma,
at sperate deos memores fandi atque nefandi.
rex erat Aeneas nobis, quo iustior alter
nec pietate fuit nec bello maior et armis.
quem si fata virum servant, si vescitur aura
aetheria neque adhuc crudelibus occubat umbris,
non metus. officio nec te certasse priorem
paeniteat: sunt et Siculis regionibus urbes

TESTIMONIA.

538 'huc . . . oris' Arusianus p. 212 L. Servius Aen. IV 373. 613 'pauci . . . oris' schol. Veron. 81, 20 539 Macrobius Sat. VI 1, 32 540 sq. 'hospitio . . . terra' Orosius V 2 540 'hospitio p. h.' Servius Aen. I 233. 298 IV 373 541 Priscianus 865 'prima . . . terra' Servius ge. I 12 543 Servius Aen. X 45 'fandi atque n.' Marcianus Capella III 325 544 sq. 'quo . . . armis' Servius Aen. IV 11 546 sq. 'quem . . . aetheria' Nonius 415, 29 'si vescitur . . . umbris' Isidorus orig. I 33, 9 548 sq. 'non . . . paeniteat' Charisius 240 'officio . . . paeniteat' Nonius 254, 28 'nec . . . paeniteat' Donatus Ter. Phorm. prol. 21 Servius Aen. I 720

VARIA LECTIO.

537 PERQVAE *R* *perque P* *u*NDAS *P* ſuperan . te *b* ſalo *superscr*. *γ* 538 *dispulit P* nostris (*i. e.* uostris) *Arusiani Ambros.* 539 QUOT *M* *quod g*ENVS *P* QVAEVAE *P* 540 *permi*TTIT *P* oſpitio *γ* 541 *bella P* 542 Si . *b* *si ge*NVS *P* tempuitiſ *bc*
T
543 AD SPERATE (T *col. rubro*) *M* At ſpirate *c*1 *at spe*RATE *P* 544 *rex erat ae* NEAS *P* quo . *c* 545 *nec pietate fuit P* pi . . cetate *b* 546 *quem si fata v*IRVM *P* 547 *aetheria P* aeria *Lachmannus Lucr. p.* 167 'aetheria aura; *quod animum* aëre . . . *nutrimus*' *Servius Cass.* *Cf.* IV 446 *neq*VE *P* NEC (C *m.* 2 *corr. in* Q') *R* nec *Isidorus*
C
ADHV *R* occupat *c*1 548 *non metus of*FICIO *P* omnino *Charisii cod.* ne *Hamburg. m.* 2, *Heinsius* nec *Servius quoque*, *tuetur Henry : cf.* IV 233 te . . *c* 'non metus : *hoc loco distinguendum est* : . . . *alii* non metus officio *legunt*' *Servius* 549 PAENITEANT *M* Poeniteat *b* *s*VNT *P* urbiſ *b*1

armaque, Troianoque a sanguine clarus Acestes.
* * *
quassatam ventis liceat subducere classem
et silvis aptare trabes et stringere remos,
si datur Italiam sociis et rege recepto
tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus;
sin absumpta salus, et te, pater optume Teucrum,
pontus habet Libyae nec spes iam restat Iuli,
at freta Sicaniae saltem sedesque paratas,
unde huc advecti, regemque petamus Acesten.'
talibus Ilioneus; cuncti simul ore fremebant
Dardanidae.

Tum breviter Dido voltum demissa profatur:
'solvite corde metum, Teucri, secludite curas.
res dura et regni novitas me talia cogunt
moliri et late finis custode tueri.

TESTIMONIA.

550 'Troiano . . . Acestes' Servius Aen. V 30 551 Servius Aen. IV 53. 375 553 Priscianus 862 'sociis . . . recepto' Isidorus orig. I 35, 5 555 'sin a. s.' Servius ad Donat. 1808 P. 559 sq. 'talibus . . . Dardanidae' Diomedes 497 561 Servius Aen. X 621 562 Donatus ad Ter. hec. III 1, 8 'solvite . . . Teucri' Nonius 390, 30 Servius Aen. I 257 'secludite c.' Servius ecl. I 15 563 sq. 'res . . . moliri' Nonius 346, 6

VARIA LECTIO.

550 ARMAQVE *Rγbcm* '*gratiam reddere possumus*, arma *latenter minatur' Servius. Recte intellexisse videntur post Vossium Haeckermannus expl. Verg.* 18 *et Henry.* ARUAQVE *M : cf.* 569 *armaque P* *tro*IANO *P* *Post hunc versum poetam suspicor et de gratia per Acesten referenda plura additurum et eis quae v.* 551 *rogat Ilioneus, paulo accuratius praefaturum fuisse.* 551 *quassatam v*ENTIS *P* 552 *et silvis aptar*E *P* optare *Montalbanius* 'aptare ... *legitur et* optare' *Servii Fuldensis* raemoſ *b* 553 ſotioſ *c*1 rege ... recepto *c* 554 PETAM*us P* 555 absumta *γ* OPTIME *MPγb* obtime *c* TEVCR*um P* 556 libie (i *post. e corr.*) *γ* iã *suprascr. b, om. c* IVL*i P* 557 AD *Pγb*1 ſaltim *c*1 PARAT*as P* 558 HVNC *R* ACE*sten P* aceſtem *b* 559 CVNCTIS *MPc* cuncta *γ*1 ore (r *eras.*) *γ* FREME*bant P* 561 VVLTVM *MRγbc* VVLTVM (M *m.* 2 *del.*) *P* uultu *m* demiſa *γ* PROFATV*r P* PROFATVR (OF *in ras., in spatio trium lit.*) *R* profa.tur (a *corr. ex* e, *m.* 1 profertur, *ut vid.*) *γ* 562 TEUCRIS *M* 563 NOVITAs (S *m.* 2 *add.*) *P* 564 FINES *Rb* teeri *c*

quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem
virtutesque virosque aut tanti incendia belli?
non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,
nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva
sive Erycis finis regemque optatis Acesten,
auxilio tutos dimittam opibusque iuvabo.
voltis et his mecum pariter considere regnis:
urbem quam statuo, vestra est; subducite navis;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
atque utinam rex ipse noto compulsus eodem

TESTIMONIA.

567 Donatus ad Ter. eun. V 2, 41 Servius Aen. I 480 ge. I 262 568 schol. Hor. carm. I 16, 17 569 'seu . . . magnam' Probi inst. I 10, 3 570 'sive E. f.' Claudius Sacerdos I 74 572 sq. 'vultis . . . est.' Donatus ad Ter. Phorm. V 7, 53 572 Arusianus p. 220 L. Servius Aen. IV 596 573 'urbem . . . est' Macrobius Sat. VI 6, 11 Donatus ad Ter. eun. IV 3, 11 Donati ars III 2, 3 Diomedes 435. 449 P. Pompeius 435 L. schol. Lucani I 565 Servius Aen. I 120 574 Nonius 282, 24 Servius Aen. II 7 575 sq. 'atque . . . Aeneas' Priscianus 807. 1021 P. Asper 115, 10 K.

VARIA LECTIO.

565 troia *γ*1 ne . fciat (ne *m*. 2 *in ras.*) *γ* URbem *P* 566 BELLi *P* 567 OBT[N]VSA *P* OBTUNSA *MRγ*1*b*2*c* obti..a *b*1 obtusa *testatur Servius* 480 POeni *P* phoeni *c* 568 tamen *γ*1 TYRIA[SOL]⸗IUNGIT *M* IVNGit *ab urbe P* 569 MAGNA[M] (*sup. m.* 2) *R* SATVRNIaque *P* ARVA (V *in ras., vid. fuisse* M) *P* arma *m* 570 SIVEFRYCESFINIS (F *pr. ut vid. eras.*, ESF *eras.*) *P* ericif *γ* hericif *b* FINES *Mγ*2*b* fine[r] *c* obtatif *γbc* ACesten *P* aceftem *γb* aceftèm *c* 571 IVVabo *P* 572 V[v]oltif *b* VVLTIS *MRγc* &his *in ras. b* et *om. Arusianus* PARITER MECVM *P* CONSIDERe *P* *regnis P* TERRIS *R* 573 urbem quam statuo (*sc.* vultis)? vestra est *proponit Servius* . ftatuo *c*

SVBDVCite *naves P* NAVES *MRb* 574 TY[V]RIOS (V *col. rubro*) *M* tiriuf *c* QVAE *P* DISCRIMIne *agetur P* habetur *Nonii exempl.* habetor *Guictus* agetur *Servius* 575 Adq: *c* ipfo notho *c* CONPVLSVs *P* conpulfuf *γc* *codem P*

adforet Aeneas! equidem per litora certos
dimittam et Libyae lustrare extrema iubebo,
siquibus eiectus silvis aut urbibus errat.'

His animum arrecti dictis et fortis Achates
et pater Aeneas iamdudum erumpere nubem
ardebant. prior Aenean compellat Achates:
'nate dea, quae nunc animo sententia surgit?
omnia tuta vides, classem sociosque receptos.
unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
submersum; dictis respondent cetera matris.'
vix ea fatus erat, cum circumfusa repente
scindit se nubes et in aethera purgat apertum.
restitit Aeneas claraque in luce refulsit

TESTIMONIA.

576 sq. 'equidem . . . dimittam' Nonius 286, 22 Servius Aen. V 2 578 'si quibus e.' Probi inst. I 10, 3 579 'his . . . dictis' Isidorus orig. I 33, 5 580 sq. 'iamdudum . . . ardebant' schol. Veron. 85, 10 584 Pompeius 15 L. 585 'dictis . . . matris' Servius ge. I 47 587 Nonius 236, 9 Servius Aen. V 20 588—593 Macrobius Sat. V 4, 11 588—590 'restitit . . . caesariem' Servius Aen. I 305 588 'clara in luce' gloss. Ciz. p. 11

VARIA LECTIO.

576 *adforet ae*NEAS *P* . [E]QUIDEM (E *sup. minio*) *M* littora *c* 577 *dimitta*M·*P* libiae *γ* IU[B]UEBO (*corr. minio*) *M* 578 *si quibu*S *P* EIEC[U]TIS (U *m.* 2) *P* EIECTUS *M* montibus *cum libris quibusdam deterioribus Burmannus, conferri Sedulii carm. pasch.* 18 *iubet Peerlkampus* 579 *his animV*M *P* FORTIAS *P* 580 *et pater ae*NEAS *P* et] .t *b* IA[M]NDVDVM (*sup. m.* 2) *P* IAMDVDVM *Rγbc* ERVMPERE (P *m.* 2 *corr. ex* B) *P* E[A]RVMPERE (A *m.* 2 *sup.*, E *pr. corr. in* B) *R* . 581 *ardeban*T *P* aeneã *c* conpellat *c* 582 *nate dea P* 583 *omnia t*VTA *P* fotio[r] *c* 584 *unus a*BEST *P* abest] erit *Pompeius: cf.* V 814 585 *subm*ERSVM *P* SVMMERSVM *R* caetera *b* 586—590. 591—611 *F fol. XVI* 586 *vix e*A *P* FVTVS *P* fa.tuf *c* cum] QUAE *F* 587 *scin*DIT *P* aetera *γb* 588 *bis, sed altero ferme abraso et add. in mg.* Θ *M* *resti*TIT *P*

os umerosque deo similis; namque ipsa decoram
caesariem nato genetrix lumenque iuventae
purpureum et laetos oculis adflarat honores:
quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
tum sic reginam adloquitur cunctisque repente
inprovisus ait: 'coram, quem quaeritis, adsum
Troius Aeneas, Libycis ereptus ab undis.
o sola infandos Troiae miserata labores,
quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque
omnibus exhaustis iam casibus omnium egenos

TESTIMONIA.

589 'os ... similis.' Nonius 440, 19. 459, 7 Donati ars III 6, 2 Probi inst. I 4, 15 Charisius 247 Diomedes 459 P. Beda de trop. 385 C. de gen. nom. 82, 15 H. 589–591 'namque ... honores' Claudius Sacerdos I 163 Servius Aen. IV 11 590 sq. 'lumen ... honores.' Nonius 320, 5. 340, 33 591 'et ... honores' Donatus ad Ter. eun. II 1, 24. 3, 65 III 2, 21 'laetos ... honores' Marcianus Capella II 132 592–594 'quale ... adloquitur' Claudius Sacerdos I 163 593 Arusianus p. 219 L. 'Pariusve l. c. a.' Probi ars min. 665 Servius Aen. III 126 ge. III 34 gramm. Vat. in auct. class. Mai V 270 'Pariusve' Probi ars min. 675 595 sq. 'coram ... undis' Macrobius Sat. V 4, 13 'coram ... Aeneas' Priscianus 1106 P. 595 'coram ... adsum' Probi inst. I 12, 1 Priscianus 998 P. Servius Aen. II 538 596 'Troius A.' Servius Aen. I 119 597 Isidorus orig. II 4, 6 599 Arusianus p. 227 L. Servius Aen. IV 75

VARIA LECTIO.

589 *os u*MEROS *P* humeroſ *γc* 590 *caesariem P n*ATO GENETRIX *P* NATOGENETRIX (TOG *in ras.*) *R* LUMEN (L *m.* 2 *corr. ex* N *eras.*) *F* IVVENTA *P* : *cf.* IV 559 591 *purpureum et l*AETOS *P* purp[v]oreum *γ* ADFLA[RA]VIT *P* 592 *quale manus P* 593 *argentum p*ARIVS.*P* .pariuſ. (p *e corr.*) *γ* QVE *P* ve *testatur Probi ars min.* circumdatus *Probi ars min., gramm. Vat.* 594 *tum sic regin*AM *P* tunc *Claudius Sacerdos* S[C]I (C *rubr.*) *M* REGINA[M] (M *sup. m.* 2) *F* 595 *inprovisus a*IT *P* 'coram quem quaeritis adsum: *hoc loco distinguendum; nam si unum esset*, adest *diceret, non* adsum' *Servius.* assum *Prisciani φ* 596 *troius aenea*S *P* libiciſ *γ* ereptiſ *c*1 597 *o sola infand*OS *P* 598 *quae nos rel*IQVIAS *P* RE[L]LIQVIAS (L *sup. m.* 2) *Fc* RE[LI]QUIAS (LI *col. rubro*) *M* relliquias *b, Servii exempl.* DANAVθM *P* da..naum *b* 599 EX[H]AVS[O]TIS (*corr. m.* 2) *F* exhaustis *Servius, veteres* cladem hausi *pro eo quod est* pertuli

urbe domo socias, grates persolvere dignas
non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est
gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
di tibi, siqua pios respectant numina, siquid
usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,
praemia digna ferant. quae te tam laeta tulerunt
saecula? qui tanti talem genuere parentes?
in freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,

TESTIMONIA.

600 'urbe d. s.' Servius Aen. XI 567 601 'non . . . Dido' Charisius 20 P. 601 sq. 'nec . . . orbem.' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 18 602 'magnum . . . orbem' Servius Aen. III 4 603 sq. 'si quid . . . est' Priscianus 1029 P. 604 'mens s. c.' Marius Plotius p. 267 G.

605 sq. 'quae . . . saecula.' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 6 Isidorus orig. II 4, 6 606 'qui . . . parentes.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 70 schol. Hor. carm. I 1, 1 607—609 Isidorus orig. II 4, 6 ('convexa . . . pascet' om. Gud. 2. 3 4) 607 sq. schol. Hor. epod. XV 7 Probus 5, 8 K. 607 'in . . . current' Servius ecl. V 76 608 'convexa . . . pascet' schol. Hor. carm. I 28, 20

VARIA LECTIO.

dixisse monens : cf. IV 14 X 57 XI 256 EXHAVSTOS (H *m. 2 add.*) *Pb* EXHAVSTOS *MRγcψ*, *Arusiani cod.* caſſibuſ *γ*1 E*genos P*
A
600 domoſ *c*1 SOCIOS (A *sup. m.* 2) *P* ſotiaſ (a *in ras.*) *c* DIGNA*s*
. . . A .
P 601 EST EST *F* NOSTRES *M* o dido *b* QUICQUID *Fγ*2*bc* QUIQUID *M* UBIQUE EST *PRγ*, *et m. rec. add.* EST *F* UBIQ· EST *Mc*
VAE
ubiq: ẽ *b* 602 Q· SPARSA (*sup. col. rubro*) *M* que *γ* P*er orbem P* 603 PIVS (V *m. 2 corr. in* O) *R* QVI*d P* 604 IVSTITIA EST *FPRγ*, *Prisciani Halb. Grut. Lugd. Karolir.*, *Servius* 'si valet apud
E
homines iustitia' *interpretans.* IUSTITIAEST *M* iuſtitiae est *bc*, *Prisciani cetera exempl.*
ſ
menſibi *b* CONSTIA *Pb* *recti P* 'mens sibi conscia recti : *secundum stoicos, qui dicunt ipsam virtutem esse pro praemio, etiamsi nulla sint praemia' Servius, qui* di tibi et mens *coniunxisse videtur, item ut vult Peerlkampus.* 605 ferent *Iortinus conl.* IX 254, *non male* quae te digna *m* T*ulerunt P* 606 tati *c*
n
l
PARENT*es P* 607 FLVVI (*sup. m. rec.*) *R* currunt *m* MONTIBV*s umbrae P* 608 LVSTRABVNT· *M* 'dum montibus ... convexa: *alii hoc loco distinguunt . . . alii autem* convexa sidera *volunt' Servius. Fortasse inter v.* 607 *et* 608 *Vergilius interponere voluerat, quid in montibus umbrae lustrarent.* PASC*et P* POSCET *F* PASCIT *Mγ*1, *Isi-*

semper honos nomenque tuum laudesque manebunt,
quae me cumque vocant terrae.' sic fatus amicum
Ilionea petit dextra, laevaque Serestum,
post alios, fortemque Gyan fortemque Cloanthum.

Opstipuit primo aspectu Sidonia Dido,
casu deinde viri tanto, et sic ore locuta est:
'quis te, nate dea, per tanta pericula casus
insequitur? quae vis immanibus applicat oris?
tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?
atque equidem Teucrum memini Sidona venire
finibus expulsum patriis, nova regna petentem
auxilio Beli; genitor tum Belus opimam

TESTIMONIA.

610 'quae . . . terrae' Servius Aen. IV 339 611 Priscianus 737 612 'sed et illi quos dicit fortemque Gyam fortemque Serestum . . . nullum locum inter pugnantium agmina vel gloriosa vel turpi commemoratione meruerunt' Macrobius Sat. V 15, 8 613 Charisius 192 P. Servius Aen. IV 1. 11 614 'sic o. l. e.' Charisius 242 Diomedes 444 Priscianus 1037 P. 615 sq. 'quis . . . insequitur' Charisius 70 P. Servius Aen. IV 14 ge. IV 324 617 Priscianus 1072 P. Servius Aen. IV 365 'tune ille A.' Quintilianus XI 3, 176 Priscianus 1064 617 sq. 'quem . . . undam.' Donatus ad Ter. Andr. III 2, 6 618 Donatus ad Ter. eun. II 3, 32 619 Macrobius Sat. V 14, 15 Priscianus 1034 P. 'equidem . . . venire' de verbo 34 p. 164 Endl.

VARIA LECTIO.

dori Gud. m. 1 609 M*anebunt P* 610 AM*icum P* LEVA *Pyb* LEUA (A *sup. rubra*) *M* 612 gyam *c* CLOANTH*um P* cloat[n]hum *c* Serestum *Macrobius translatum ex* 611 613 OBSTIPVIT *PRybc* PRIM[O] *M* 614 LOCVTA EST *MRy* LOCV*ta est P* locuta . ĩ *b* 615 *Casus P* 616 INMANIBUS *Mc* im[m]anibuſ *b* APPLICAT *Rb*, *quam antiquam scriptionem esse adfirmat Servius.* ADPLICAT *My* ADP*licat P* adplicat (d *in ras.*) *c* *oris P* 617 AN*chisae P* anchiſe *y* 618 frigii *yb* SIMOENTI*s P* *ad undam P* adundãſ *in ras. b* 619 ADQVE (D *m.* 2 *corr. in* T) *R* MEMINI TEVCRVM *R* memini Teucrum *Macrobii exempl. excepto Paris.* 1 SIDO*na venire P* SIDONIA UENTRE (*corr. minio*) *M* 620 PATRIIS (I *m.* 2 *ut vid. add.*) *P* patri[i]ſ *c* *petentem P* 621 BEL[I] (*sup. m.* 2) *P* BELI (*corr. m.* 2) *R* BELVS (*corr. m.* 2) *R* OPIMAM *P* opinam *y*1

vastabat Cyprum et victor dicione tenebat.
tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae nomenque tuum regesque Pelasgi.
ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
seque ortum antiqua Teucrorum a stirpe volebat.
quare agite o tectis iuvenes succedite nostris.
me quoque per multos similis fortuna labores
iactatam hac demum voluit consistere terra:
non ignara mali miseris succurrere disco.'
sic memorat; simul Aenean in regia ducit
tecta, simul divom templis indicit honorem.
nec minus interea sociis ad litora mittit
viginti tauros, magnorum horrentia centum
terga suum, pinguis centum cum matribus agnos,

TESTIMONIA.

625 Donatus ad Ter. hec. III 5, 25 626 Charisius 172 P. 627 'o . . . nostris' Arusianus p. 260 L. 628 Macrobius Sat. IV 6, 9 630 Servius ecl. VI 74 Aen. I 573 631 sq. 'simul . . . honorem' Servius Aen. IV 63 632 'et divum . . . honorem' Eutychius II 2

VARIA LECTIO.

622 *vastabat P* CYPRISM (VM) (*corr. m.* 2) *P* ciprum *γ* DECIONE (E *pr. corr. in* I) *M* ditione *γb* dicione *commendare videtur Servius* 'omnis enim potestas dictis constat' *adnotans* tenebant *b*1 623 *tempore i*AM *P* ILLO (L *alt. corr. ex* I) *M* 624 TROIANE (A *sup. m.* 2) *R troiana*E *P* regiſ *c*1 625 *sq. Displicet homoeoteleuton : cf.* IV 256 *sqq.* 625 *ipse host*IS *P* hoſtiſ (ſ *post. c corr.*, i *in ras.*) *c* '*quidam* hostis *singularem, quidam pluralem legunt' Servius* INSIGNIS (S *alt. eras. ut vid.*) *P*, *item Servius*, *qui* 'laude pro virtute accipiunt' *adnotaverit.* inſigni *c*2, inſign . . *c*1 626 *seque ortu*M *P* AB (B) *M* ab *bc* 627 *quare agi*TE *P* IVVENES TECTIS *R*, *Arusianus* 628 *me quoq*VE *P* SIMVLIS (I) (V *erasa, corr. m.* 2) *P* ſimileſ *c*1 629 *iactatam P* AC *M* CONSIDERE *Pγ : cf.* 572 630 *non ign*ARA *P* mi . ſeriſ *b* ſuccurre (re) *c* 631 *sic P* *me*MORAT *P* MEMEMORAT *R* AENEASN *M* aeneà *c* 632 *tecta P* diuom (v) *γ* DIVVM *MRb* diū *c* et divum *Eutychius* 633 *nec* MINVS *P* littora *c* 634 *vigi*NTI *P* UIGINTIM *M* 635 TERGA (G *m.* 2 *add.*) *R terg*A *P* AGNOS *M*

munera laetitiamque dii.
at domus interior regali splendida luxu
instruitur, mediisque parant convivia tectis:
arte laboratae vestes ostroque superbo,
ingens argentum mensis, caelataque in auro
fortia facta patrum, series longissima rerum
per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.

Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
passus amor) rapidum ad navis praemittit Achaten,
Ascanio ferat haec, ipsumque ad moenia ducat;
omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
munera praeterea Iliacis erepta ruinis
ferre iubet, pallam signis auroque rigentem

TESTIMONIA.

636 Gellius IX 14, 8 637 sq. 'at . . . instruitur' Arusianus p. 237 L. Fronto exempl. eloc. in ed. Mai II 525 637 de gen. nom. 77, 20 H. 639 'arte l. v.' Priscianus 922 640 sq. 'caelata . . . patrum' Nonius 436, 13 643 sq. Diomedes 456 P. Isidorus orig. I 36, 18 Donati ars III 6, 2 Pompeius 473 L. Beda de trop. 382 Cap. Servius Aen. I 65 'patrius amor' Probi ars minor 167 644 'rapidum . . . Achaten' Probi ars minor 217 E. gramm. Vat. in auct. class. Mai V 193 646 'cari . . . parentis' Servius Aen. XI 215 648 'pallam . . . rigentem' Nonius 538, 5 Servius Aen. XI 576

VARIA LECTIO.

636 *mun*ERA *P* DEI *Rγbc* DEI (I *rubra*) *M* 'dei, *i. e. Liberi patris ... aut certe, ut multi legunt* laetitiamque die, *i. e.* diei ... *nonnulli* dii *legunt, sicut veteres* famis fami ... *sane quidam hunc versum intelligi non putant posse' Servius.* '*non dubium est quin* dii *scripserit pro* diei ... *quod inperitiores* dei *legunt' Gellius.* 637 *at domus inte*RIOR *P* ad, *ut vid.*, *γ*1 domoſ *γ* interea *Fronto* regaliſ *γc*1 638 *instruitur m*EDIIS *P* .intruitur *b* tectuſ *c*1 639 *arte laborata*E *P* ARTAE *M* 640 *ingens arge*NTVM *P* CELATA *MPγ*
641 *fortia facta p*ATRVM *P* FORTIA FACTA PATRUM *M* 642 *per tot ducta P* ANTIQVA *Rbc*1 ANTIQVAE (E *m.* 2 *add.*) *Pγ* ANTIQUAE *Mc*2 643 *aeneas nequ*E *P* 644 *passus amor P* ad] & *c* nauеſ *bc* praemittit] '*non* praemittit, *nec enim ipse sequitur, sed* praerapidum' *Servius.* ACHATE *MR* achatem *γ* 645 ad moenia ducat] B——*P* monia *γ* 646 SAT (*sup. m.* 2) *P* CVR*a parentis P*
647 EREP*ta* (*de altera* E *non liquet*) *P* *ruinis P* 648 ſignoſ *c*1 AVRO*que rigentem P*

et circumtextum croceo velamen acantho,
ornatus Argivae Helenae, quos illa Mycenis,
Pergama cum peteret inconcessosque hymenaeos,
extulerat, matris Ledae mirabile donum;
praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
maxima natarum Priami, colloque monile
bacatum et duplicem gemmis auroque coronam.
haec celerans iter ad navis tendebat Achates.

At Cytherea novas artes, nova pectore versat
consilia, ut faciem mutatus et ora Cupido
pro dulci Ascanio veniat, donisque furentem
incendat reginam atque ossibus implicet ignem.
quippe domum timet ambiguam Tyriosque bilinguis;

TESTIMONIA.

649 Isidorus orig. XIX 24, 10 'croceo v. a.' Probi inst. II 1, 54 Claudius Sacerdos II 62 650 'ornatus A. H.' Probus de nom. 51 p. 222 Endl. 653 'praeterea s. I.' Probi inst. I 4, 5 654 sq. 'colloque . . . coronam' schol. Hor. carm. I 17, 28 'colloque m. b.' schol. Hor. epod. VIII 13 655 'duplicem . . . coronam' Servius ge. III 87
658 sq. 'ut . . . Ascanio' Augustinus de gramm. 2011 P. 658 'ut . . . Cupido' Diomedes 404 P. Servius Aen. XII 416 659 'pro . . . veniat' Diomedes 408 anon. de orthogr. 2794 P. 661 'Tyriosque b.' schol. Lucani III 217

VARIA LECTIO.

649 CROCAE.*P* VELAM*en* (*de* M *non liquet*) *P* *acantho P* achanto *γbc* 650 HE[L]RENAE (R *erasa*, L *m.* 2) *P* elenae *Probi de nom. cod.* QV*os illa mycenis P* [m]icenif *c* 651 INCO*ncessosque P* HYMENEOS *Rc* *hymenaeos P* 652 matri[f] *γ* LEDA*e P* *mirabile donum P* 653 ilionae *b* IL*ione quod gesserat olim P* 654—656. 657—659. 660—680 *F fol. XVII* 654 PR*iumi* —— *P* munile *b*1 655 Baccha-tum *b*1 [GEM]MIS (*m. satis ant. sup.*) *F* *gemmis P* *auroque coronam P* 656 *ad naves* —— *P* NAVES *FRγ* ACATHES *F* 657 at] A *b*1 citherea *b* *artes* —— *P* PECTORE (E *in ras.*, *fort.* A) *R* pectore . . *γ* 658 MULTATUS *M* *mutatus* —— *P* 659 DVLCI. (*erasa* I *vel* S) *P* d[l]uci *c* afchanio *γ* *veniat* —— *P* DONIS[Q] *F* 660 Incendet *c* *atque* —— *P* inplic& *γ* 661 TIME*t P* time . t *γ* *ambiguam* —— *P* BILINGUIS (G *m. rec. in ras.*) *F* bilinguef *bc*

urit atrox Iuno, et sub noctem cura recursat.
ergo his aligerum dictis adfatur Amorem:
'nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis,
ad te confugio et supplex tua numina posco.
frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
litora iactetur odiis Iunonis acerbae,
nota tibi, et nostro doluisti saepe dolore.

TESTIMONIA.

662 Priscianus 1000 P. 'et ... recursat' Arusianus p. 261 L. Alcuini gramm. 2141 P. Servius Aen. I 750 V 721 ge. I 67 663 Claudius Sacerdos I 150 'ergo ... dictis' Diomedes 454 P. 'aligerum ... Amorem' Diomedes 455 P. 664—666 Diomedes 440 P. 664 sq. Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 138 Charisius 250 P. Pompeius p. 459 L. Beda de trop. 376 Cap. 664 fragm. metr. p. 580 Gaisf. 665 Priscianus 588 P. schol. Lucani IV 595 'qui ... temnis' Priscianus 563 P. schol. Lucani VI 92 Horatii epod. XVII 59 666 Priscianus 980 Velius Longus 2230 P. 'et ... posco' Servius Aen. VI 116 668 'iacteturque ... iniquae' Nonius 328, 1 669 'nota t.' Donatus ad Ter. eun. II 2, 57 Probi inst. I 17, 4 'et ... dolore' Arusianus p. 222 L.

VARIA LECTIO.

662 *Sub* —— *P* 663 ALI*gerum* —— *P* 664 NATÂE (A *erasa*) *P* NATAE *F* NATẠE (*punct. rubr.*) *M* MEA*e P* *vires* —— *P* POTENTIA· SOLUS ‖ ṄATE· *M* 'solus, nate: *i. e.* solus qui Iovis contemnis fulmina' *Servius* 665 PATRES (E *corr. in* I) *Fγ* *summi* —— *P* TYPHOEA *FMR*, *testantur Priscianus et gramm. Leid. apud Peerlkampum.* tiphoea *b* ty.phoea (ty *in ras.*) c typhoe[a] *γ* 'Typhoea, *multi* Typhoia *legunt' Servius conl. eiusdem adnot. ad* 177. tempnis *bc* 666 AT *Pγ*1 ad *Velius Longus* CONFU —— *P* suplex *γ* munera *χ*, *Prisciani Karolir. Reg. corr.* numena *Karolir. m.* 2 numina *testatur Servius* 667 FRATER —— *P* 668 *litora iactetur odii*S *P* Littora *c* IACTAETUR (Q: *sup. m.* 2) *F* : *cf. ge.* III 76 *Aen.* IV 222 V 284, *Fleckeisen in annal. suis* LXI 33, *Corssen de pronuntiatione linguae Lat.* 364. IACTETVRQ· *MRγbcψ*, *Nonius* 'iacteturque; *vacat* que' *Servius.* iacteturque *si revera in Vergiliano exemplari scriptum fuerit, inter hanc vocem et* litora *hemistichia duo inserturus fuisse putandus sit poeta.* acerbae *m* ACERBAE (INQUAE *corr. m.* 2) *P* acerbae (*superscr.* iniq;) *γ* ACERBAE *eras.*, *in mg. m. recentiore* INIQUAE *F* : *cf.* XI 587 iniq̄: (*in mg.* acerbe) *b* INIQVAE *MRc ut* VIII 292 669 *nota* — *nostro P*

nunc Phoenissa tenet Dido blandisque moratur
vocibus; et vereor, quo se Iunonia vertant
hospitia; haut tanto cessabit cardine rerum.
quocirca capere ante dolis et cingere flamma
reginam meditor, nequo se numine mutet,
sed magno Aeneae mecum teneatur amore.
qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.
regius accitu cari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat, mea maxima cura,
dona ferens pelago et flammis restantia Troiae;
hunc ego sopitum somno super alta Cythera
aut super Idalium sacrata sede recondam,
nequa scire dolos mediusve occurrere possit.
tu faciem illius noctem non amplius unam

TESTIMONIA.

671 sq. 'quo . . . hospitia' Servius Aen. IV 96 672 'haud . . . rerum' Servius Aen. IV 96 VI 694 673 sq. 'quocirca . . . meditor' Priscianus 989 P. 675 Servius Aen. IV 101 676 schol. Hor. serm. I 4, 87 Servius Aen. XII 554 'nostram . . . mentem' Servius Aen. IV 100 678 Abbonis Floriacensis quaest. gramm. 343 (in A. Mai auct. class. V) 'mea m. c.' Servius Aen. IV 2 681 'aut super I.' Probi inst. I 11, 2 Servius Aen. X 52 'super I.' Cledonius 1934 P. 682 Priscianus 1007 P. 683 sq. 'tu . . . dolo' Servius Aen. XI 593

VARIA LECTIO.

670 *nunc phoenissa te*NET *P* Nunc *ut vid.* *c*, *χ* N[H]UNC (*corr. m. rec.*) *F* HUNC *MRγb* : *cf.* 680 671 *vocibus et vereor q*VO *P* iunonia (o *m.* 2) *γ* 672 *hospitia haut tanto P* A[h]VT (*sup. m. rec.*) *R* A[H]UT (T *corr. in* D) *M* haud *γb* cessauit *b1* 673 *quocirca capere a*NTE *P* 674 *reginam — qu*O *P* fac *c* 675 SET *M* AENEAN[E] *M* *sed — te*NEATVR *P* MECVM TENEATVR *libri cum Servio* mentem incendatur *Peerlkampus. Fortasse* media ut teneatur *secundum Graecam locutionem: μέσον λαμβάνειν et ἔχειν* aMORE (a *m. recentiss. add.*) *R*

676 *qua — nostram P* quam *cum gloss.* prout *γ* Quò *b* qua *testantur schol. Hor. et Servius* POSSES *R* 677 *regius — genitoris P* ACCITUS *F* 678 *sidoniam — mea P* ME[a] (*sup. m. rec.*) *R* 679 *dona — re*STANTIA *P* 680 *hunc — super P* cithera *c* 681 *aut — sede P* hidalium *b* 682 *ne — occ*VRRERE *P* 683 *tu — am*PLIVS *P* ~~CO~~NOCTEM *M*

falle dolo et notos pueri puer indue voltus,
ut, cum de gremio accipiet laetissima Dido
regalis inter mensas laticemque Lyaeum,
cum dabit amplexus atque oscula dulcia figet,
occultum inspires ignem fallasque veneno.'
paret Amor dictis carae genetricis, et alas
exuit et gressu gaudens incedit Iuli.
at Venus Ascanio placidam per membra quietem
inrigat, et fotum gremio dea tollit in altos
Idaliae lucos, ubi mollis amaracus illum
floribus et dulci adspirans complectitur umbra.
iamque ibat dicto parens et dona Cupido

TESTIMONIA.

684 'notos . . . vultus' Donatus ad Ter. Phorm. prol. 1 687 Charisius 201 Diomedes 387 P. 'cum d. a.' Claudius Sacerdos I 8 688 Donatus ad Ter. eun. IV 3, 6 'fallasque v.' Servius Aen. IV 2 689 'paret . . . genetricis' Nonius 375, 21 Probi inst. II 3, 6 Servius Aen. IV 238 'paret A. d.' Claudius Sacerdos II 138 Servius Aen. I 118 691 sq. 'at . . . irrigat' Philargyrus ge. IV 115 'placidam . . . inrigat.' Macrobius Sat. VI 1, 44 692 cf. schol. Persii V 56 'et fotum g.' Servius Aen. I 718 693 sq. 'ubi . . . umbra' Isidorus orig. XVII 9, 14 693 'ubi . . . illum' thes. nov. lat. in A. Mai auct. class. VIII 36 694 schol. Hor. carm. III 4, 12 695 sq. 'iamque . . . portabat' schol. Hor. carm. II 8, 14 695 'iamque . . . parens' Diomedes 429 P.

VARIA LECTIO.

684 *falle* — *i*NDUE *P* uoltuſ *γ* VVLTVS *MPRbc* 685—703. 704—722 *G fol. VI* 685 *ut* — *laetiss*IMA *d*IDO *P* ut] .t *b* con *c1* cũ *c2* 686 *nihil legi potuit in P* Regaleſ *b* LATICEM (M *rubra*) *M* lycum *b* 687—696 *in textu om., add. m. 2 in mg. b* 687 *cum* — *dulci*A *P* ADQVE (D *corr. in* T) *R* ADQVE *G* OSCULA (*alterum literae* U *femur rubr.*) *M* FIGet *G* 688 *occultum* — *ve*NENO *P* VENENo *G* 689 *paret* — *al*AS *P* ditiſ *c* 690 *nihil legi potuit in P. Hic in extrema pagina uni versui spatium relictum est.* EXULT *R* greſſuſ *c1* incendit *γ1* 691 AD *M* AD *P* MEMBR*a quietem P* QVIETem *G* 692 irrigat (r *pr. m.* 2, *fort. ex* n) *γ* FOTVM (F *rubra*) *M* In *altos P* 693 locoſ *c* *illum P* 694 et dulci *om. Isidori libri* ADSPIRANS (D *m.* 2 *add.*) *P* aſpiranſ *c* CONPLeCTitur *P* conplectitur *bc* amplectitur *m* *umbra P* VMbra *G* 695 IAMQ· *G* CVpido *P*

regia portabat Tyriis duce laetus Achate.
cum venit, aulaeis iam se regina superbis
aurea composuit sponda mediamque locavit;
iam pater Aeneas et iam Troiana iuventus
conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.
dant manibus famuli lymphas, Cereremque canistris
expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis.
quinquaginta intus famulae, quibus ordine longam

TESTIMONIA.

697 sq. Diomedes 386 P. 'cum . . sponda' Charisius 201 P. 697 Donatus ad Ter. Andr. II 2, 25 'cum v. a.' Maximi Vict. ars 24 'aulaeis . . . superbis' Servius Aen. II 2 698 'aurea c. s.' Servius Aen. I 492 700 'stratoque . . . ostro' Charisius 205. 211 Diomedes 406 P. Arusianus p. 261 L. differentiae voc. 1 p. 226 Endl. 'discumbitur o.' Charisius 224 P. 701 Priscianus de fig. num. ed. Kr. II 389 701 sq. 'Cererem . . . expediunt.' Nonius 297, 3 702 'tonsis . . . villis' Pompeius p. 473 L. de gen. nom. 87, 7 H. Servius ge. III 20 703 sq. Nonius 247, 30 'quinquaginta . . . struere' schol. Persii III 74 'longam penum struere' Gellius IV 1, 15 'longam penum' Charisius 57 P.

VARIA LECTIO.

696 TYRIIS (S *m.* 2 *add.*) *P* DVCAE (A *eras.*) *P* dulce *c*1 ACHATE (A *sup. m. rec.*) *R* ACHhate *P* 697 CUM (*alterum literae* U *femur rubr.*) *M* VENIET (E *alt. eras.*) *R* AVLEIS *PRγbc* aulaeis *praecipit Servius* SVPERbis *P* 698 'aurea : *si* Dido aurea, *pulchram significat*, *et est nominativus; si* sponda, *septimus quidem est*, *sed synizesis fit et spondeus est' Servius : cf. idem ad* 492. *Eadem synizesis* VII 190 conpofuit *b* SPONDA *M* MEDIAMQ· *G* QVe *P* locavit *P* 699 IVventus *P* 700 *in mg.* ´λ· *M* CONVENIENT (*sup. m.* 2) *R* CONVENIVNT (T *m.* 2 *add.*) *P* que] Q· *G* DISCVMbitur *P* OStro *G* ostro *P* *Post* 700 *sequitur* 709—716, *deinde* 701—708 *M* 701 *in mg.* ´B *M* D. ant *c* MANIBVS FAMVLI *GRc*, *Servii exempl.* MANIBVS FAMVLAE (A *add. m.* 2) *P* manibus famule (e *corr. in* i) *γ* MANIB· FAMVLAE *M* famuli manibuf *b*, *Prisciani exempl.* CERerem —— *P* CANistris *G* 702 Expidiunt *c*1 tonsis . . . villis = *ge.* IV 377 TUNSIS *M* f. er̃ *c* MANTelia villis *P* MANTILIA *M*1*γ*1 *de gen. nom.* mātelia *b* : *fluctuant inter* mantelia *et* mantilia *Servii exempl.* uilif *c* 703 QVInquaginta —— *G* *quibus ordine longam P* · longam *Charisius*, *legit Ausonius idyll.* III 28 LONGO *MRγbcmψ*, *schol. Persii*, *Nonius*, *ut* 395 II 766 VI 482. 754 VIII 722 XI 143. '*meministi enim*, *credo*, *quaeri solitum quid Vergilius dixerit*, penum struere *vel* longam *vel* longo ordine : *utrumque enim*

cura penum struere, et flammis adolere penates;
centum aliae totidemque pares aetate ministri,
qui dapibus mensas onerent et pocula ponant.
nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
convenere, toris iussi discumbere pictis.
mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum
flagrantisque dei voltus simulataque verba.
[pallamque et pictum croceo velamen acantho.]
praecipue infelix, pesti devota futurae,
expleri mentem nequit ardescitque tuendo
Phoenissa, et pariter puero donisque movetur.

TESTIMONIA.

704 Nonius 58, 27 'cura p. s.' Priscianus 654 P. 'flammis a. p.' Servius Aen. III 134 'adolere p.' Arusianus p. 217 L. 705 'totidemque p. a. m.' schol. Hor. carm. IV 11, 10 708 'toris . . . pictis' Isidorus orig. XX 1, 3 709 sq. 'mirantur dona . . . vultus' Servius Aen. I 23 712 Nonius 461, 2 714 'pariter . . . movetur' Charisius 191

VARIA LECTIO.

profecto scis legi solitum' Gellius. longam *agnoscere Servius et Priscianus videntur, qui de generibus nominis praecipiant.* 704 *cura G* flammi[ſ] *b* *adolere penates P* PENATIS *Rγ*1 705 *cent*VM *G* C[E]ONTUM *M* QUAE (A *erasa*) *M* PAPARES [AETATE] MINISTRI *M* *Aetate ministri P* 706 *qui da*PIBVS *G* ONERANT *GR* honerent *γ* *pocula ponant P* PONVNT *GR* 707 *nec n*ON *G* no[n] *c* L[A]ETA *M* LAET*a frequentes P* freque[n]teſ *c* 708 *conv*ENERE *G* DISCUMUE[B]RE *M* diſcūbe[re] *c* DISCVMP*ere P* *pictis P* 709 *mi*RANTVR *G* MIRAN*tur iulum P* 710 *fla*GRANTIS *G* VVLTVS *libri* SIMVL*ataque verba P* ſimulataque . . . uerba (e *pr. e corr.*) *γ* 711 *Versum hunc facile desiderari posse monet Heynius, praetermittit Servius : cf.* 648 *sq.* *pal*LAM . PICTU[M] *M* crocea *c* VELA*men acantho P* VELAMIN (I *m. rec. corr. in* E) *R* ACHANTHO (*punct. rubr.*) *M* achanto *c* acanto *b* 712 PRAECIPUAE *M* *pra*ECIPVE *G* FV*turae P* 713 *ex*pLERI *G* NEQVID *Pγ* ARDES*citque tuendo P* 714 *phoenissa et p*ARITER *P* P[H]OENISSA *M* *ph*OENISSA *G* Pheniſſa (h *in ras.*) *b* Foeniſſa *c*

ille ubi complexu Aeneae colloque pependit
et magnum falsi inplevit genitoris amorem,
reginam petit. haec oculis, haec pectore toto
haeret et interdum gremio fovet, inscia Dido,
insidat quantus miserae deus. at memor ille
matris Acidaliae paulatim abolere Sychaeum
incipit, et vivo temptat praevertere amore
iam pridem resides animos desuetaque corda.

Posquam prima quies epulis, mensaeque remotae,
crateras magnos statuunt et vina coronant.

TESTIMONIA.

716 'falsi ... amorem' Diomedes 373 P. 717 sq. Charisius 240 P. 717 'reginam p.' Servius Aen. IX 128 718 sq. 'et ... deus.' Nonius 311, 29 719 'insidat ... deus' Servius Aen. VI 708 720 sq. 'paulatim ... incipit.' Macrobius VI 6, 7 'paulatim ... amore' Nonius 183, 27 720 'paulatim a. S.' Servius Aen. IV 497 723 sq. Isidorus orig. XX 1, 3 723 Servius Aen. I 216 'postquam ... epulis' Macrobius Sat. II 1, 1 724 Nonius 545, 30 Isidorus orig. XX 5, 3 'et v. c.' Pompeius 468 L.

VARIA LECTIO.

715 *ille — a*ENEAE *P* *ille G* COMPLEXVM *G* conplexu *c* PEPENDIT *P* 716 *et — fals*I *P* *et m*AGNVM *G* IMPLEVIT *Rγbc* 717 *reg*INAM *G reginam P* *petit P* 718 *hae*RET *G haeret P* *et inter*DVM *P* ET *m. ant. sup. R* gremio *c* 719 *insidat quant*VS *P* INSIDAT *Mγ2χ, Nonii exempl:, Servius* VI 708 infid.at *b* INSIDEAT *Rc insi*DEAT *G* infidiat γ1 'insideat ... *legitur tamen et* insidat, *i. e. ut quidam volunt*, insidias faciat' *Servius* MISERE (*sup. m.* 2) *P* mifere γ AD *P* AC *G* a.t γ 720 *ma*TRIS *G matris P* *acid*ALIAE *P* SYCHEVM *PRγc*, *Macrobii exempl.* ficheu *b* 721 *inc*IPIT *G incipit P* *et vivo t*EMPTAT *P* ui.uo *b* TEMPTAREUERTERE *M* AMOREM *Rγ*1 722 *supersunt apices superiores literarum* DEM RESI *in G* *iam pridem res*IDES *P* ANIMOSUETA *M* defuaeta *bc* 723 : *cf.* 216 *postquam pri*MA *P* POSQVAM (*sup. m. 2 satis ant.*) *R* POSTQVAM *ceteri* que] .q; *c* REPOSTAE *P* remotae *Servii exempl.* 724 : *cf.* VII 147 *crateras mag*NOS *P* Cratereſ *b*1*c* MAGNO (*sup. m. ant.*) *R* magnoſ (ſ *m. 2 add.*) γ laeti *Nonius*, *ut* VII 147 CORONAN (N *rubra*) *M*

it strepitus tectis vocemque per ampla volutant
atria; dependent lychini laquearibus aureis
incensi, et noctem flammis funalia vincunt.
hic regina gravem gemmis auroque poposcit
implevitque mero pateram, quam Belus et omnes
a Belo soliti; tum facta silentia tectis:
'Iuppiter, hospitibus nam te dare iura locuntur,
hunc laetum Tyriisque diem Troiaque profectis
esse velis, nostrosque huius meminisse minores.
adsit laetitiae Bacchus dator et bona Iuno;
et vos o coetum, Tyrii, celebrate faventes.'

TESTIMONIA.

725 sq. 'fit . . . atria' schol. Hor. carm. III 19 23   726 'dependent . . . aureis' Macrobius Sat. VI 4, 18 schol. Hor. carm. II 16, 11 de gen. nom. 87, 4 H.   'dependent l.' Servius ge. I 391   'lychni': cf. Marcianus Capella V 510   727 'noctem . . . vincunt' schol. Hor. carm. I 27, 5   728 sq. 'hic . . . pateram' schol. Hor. epod. V 47   728 hic . . . gemmis' Charisius 241 P.   729 sq. 'quam . . . soliti' Servius Aen. I 642   731 schol. Veron. 102, 19 K. Servius Aen. IV 590   733 'nostros . . . minores' Servius Aen. VIII 601   734 Macrobius Sat. III 4, 10 Priscianus 862 P. schol. Hor. carm. I 18, 3 IV 15, 26 Servius Aen. IV 92   'et b. I.' Servius Aen. II 296   'bona I.' Servius Aen. I 378   735 Servius Aen. I 747

VARIA LECTIO.

725 *it — tectis P*   It *Menag. prior*, χ : *cf.* IV 443. 665 V 451 VIII 595 IX 497. 661 XI 192 It (I *in ras.*) *b* Id γ1 FIt γ2 FIT *MRc*, *schol. Hor.* : *cf. ge.* IV 188 *Aen.* II 209 VI 220 'it . . . *legitur autem et* fit' *Servius.* alta *schol. Hor. ut* IV 665   VOLVNTaNT (aNT *m. recentiss.*) *R* UOLUTAN̄ (N̄ *rubr.*) *M*   726 *atria — l*YCHN^IL^AQUEARIBVS (IL *m.* 2 *add.*) *P* lychini *c*1 lychyni *Mentel. pr.* lichini *Menag. pr.*, *de gen. nom.* (*etiam in lemmate*) : *cf. Ritschelius mus. phil.* X 450 LYCHNI *Rybψ* LYCNI *M* LA·Q·AURIBUS (V€ *m. rec.*) *R* laquaea. rib; *c* 'laquearibus . . . *legitur et* lacuaribus' *Servius*   727 *incensi — noctem P*   fanalia *c*   728 *hic — g*EMMIS *P*   729 *implevitque mero pa*TERAM *P*   qua *G. Valla ad Iuven.* V 38   730 *a belo — fa*CTA *P*   731 *iuppiter hospitibus P* Iupit̃ *c*   ^D^ARE (D *m.* 2 *add.*) *P*   LOQVNTVR *MR*   732 *hunc — tyriis P*   733 *esse — nostrosq*VE *P*   ne.lif γ   minorif *c*1   734 *adsit — bacc*HVS *P*   ATSIT *M* 'adsit . . . *alii* adsis *legunt' Servius* BACCVS *R* bachuf *c*   735 *et vos — tyrii P*   o *om.* γ   caelaebrate *c*

dixit, et in mensam laticum libavit honorem,
primaque libato summo tenus attigit ore;
tum Bitiae dedit increpitans; ille inpiger hausit
spumantem pateram, et pleno se proluit auro;
post alii proceres. cithara crinitus Iopas
personat aurata, docuit quem maximus Atlans.
hic canit errantem lunam solisque labores,
unde hominum genus et pecudes, unde imber et ignes,
arcturum pluviasque hyadas geminosque triones,
quid tantum Oceano properent se tinguere soles
hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
ingeminant plausu Tyrii, Troesque secuntur.
nec non et vario noctem sermone trahebat
infelix Dido, longumque bibebat amorem,
multa super Priamo rogitans, super Hectore multa;

TESTIMONIA.

738 sq. 'ille . . . auro.' Nonius 319, 21 schol. Hor. serm. I 5, 16 739 'pleno . . . auro' schol. Hor. serm. II 4, 27 742 schol. Hor. serm. I 8, 22 'hic c. c.' Charisius 241 P. 'hic . . . lunam' schol. Lucani I 78 schol. Veron. 81, 15 'canit . . . labores' Quintilianus I 10, 10 744 'arcturum p. h.' Isidorus orig. III 70, 12 747 'ingeminant . . . Troesque' schol. Lucani I 133 749 Arusianus p. 217 L. Nonius 339, 8 'longumque b. a.' Donatus ad Ter. eun. IV 3, 6 Servius Aen. IV 2 750 Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 260 L. Charisius 208 Priscianus 993 anon. de orthogr. 2798 P. Servius Aen. II 506 'multa . . . rogitans' Diomedes 407 Cledonius 1880 Alcuini gramm. 2141 P. Servius Aen. X 42 'super P.' Charisius 205 'super P. r.' Servius ad Don. 1799 P.

VARIA LECTIO.

736 *dixit — mensam P* 737 adtigit *b* attingit γ1 738 IMPIGER *R*γ 740 cythara γ*b* iopeſ *b* io[p]paſ *c* 741 personat, *sc.* atria : *cf.* VI 171. 418 quem (m *erasa*) γ q̃: *b* 'quae *legendum est*, *non* quem' *Servius.* athlanſ *c*1 atlaſ *b* 743 ignif *b*1 744 = III 516 *om.*, *imo mg. add. b* HYADA[S·]· *M* 745 *sq.* = *ge.* II 481 *sq.* tin[u]gere *c* ting . ere γ2 dinguere γ1 746 vel] TVM [EL] (*corr. m.* 2) *P* qui *c*1 OBSTAT [E] (*corr. m.* 2) *P* 747 plausum *schol. Lucani* SEQVNTVR *PR* ſequuntur γ 748 tra[h]ebat *b* 749 INFℇLIX (ℇ *m.* 2 *add.*) *R* 750 PRIAMO (*superp. linea rubra*) *M* haectore *bc*2 HECTORA *P*γ haectora *c*1

nunc, quibus Aurorae venisset filius armis,
nunc, quales Diomedis equi, nunc, quantus Achilles.
'immo age, et a prima, dic, hospes, origine nobis
insidias' inquit' Danaum casusque tuorum
erroresque tuos; nam te iam septima portat
omnibus errantem terris et fluctibus aestas.'

TESTIMONIA.

753 Servius Aen. III 717 'Virgilius ait dico' Remmius Palaemon 1382 P. : cf. V 551 VI 318. 343 VII 546 'a . . . nobis' Servius Aen. II 9 754 'insidias i. D.' Servius Aen. II 65 755 sq. 'nam te . . . aestas' Servius Aen. V 626 756 'omnibus e. t.' Marius Victorinus 2480 P.

VARIA LECTIO.

751 AURORE[λ] *M* aurore *γ* 752 QUALIS *M* 753 I[m]mo *b* hope[ſ]ſ *c* 754 I[ſi]ndias *c* inquid *γc* 755 TUOS (O *corr. ex* U) *M* nam] IAM[N] (*corr. m.* 2) *P*

P̄ UERGILI MARONIS || AENEIDOS LĨB· I EX̃PL· || INCIPIT· LĨB· II· FELICITER *M* VERGILI MARONIS || LIBER· I· EXPLIC· || FELICITER· INCIPIT || LIBER· II· (*sequuntur in altera pag.* 11 *versus, quos vide in proleg.*) *R* ÃENEIDOS̃· LIB· I || AENEIDOS LIB· II *P* FINIT LIB̑ PRIMVS ÃENEIDOS ĨNCĪP̄ LIB̑ II *γ* PVBLII VIRG MÃR ENEIDOS LĨB I· EXPL· INCĨP P̃FAT̃ LIB II· (*sequuntur* 9 *versus, quos vide in proleg.*) *c*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER SECVNDVS

Conticuere omnes intentique ora tenebant.
inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
'infandum, regina, iubes renovare dolorem.
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danai, quaeque ipse miserrima vidi

TESTIMONIA.

AENEIDOS II. 1 Macrobius Sat. V 5, 1 Charisius 153 P. Priscianus de XII vers. Aen. 3, 44 Marcianus Capella I 90 Marius Plotius p. 252 G fragm. de vers. 14 p. 519 Endl. 'conticuere o.' Quintilianus I 5, 43 Charisius 238 inscr. Pompeiana in bull. Neap. III 81 (cf. Buecheler mus. Rhen. XII 251) Servius Aen. III 718 'intentique o. t.' Claudius Sacerdos I 108 Servius Aen. I 256 2 Charisius 240 Diomedes 497 Priscianus 1020. 1061 Marius Victorinus 2584 P. Marius Plotius p. 252 G. Terentianus Maurus 2008 'inde ... Aeneas' Terentianus Maurus 1683 Claudius Sacerdos I 84 Marius Plotius p. 267 G. Servius Aen. III 89 'toro ... alto' de gen. nom. 102, 14 H. 'sic ... alto' Diomedes 373 P. 3–5 'infandum ... Danai' Macrobius Sat. V 5, 2 Charisius 202 Diomedes 388 P. 3 Nonius 56, 8 Diomedes 389. 497 P. Emporius rhet. p. 305 Cap. Terentianus Maurus 2832 Maximus Vict. de carm. her. 6 Marius Plotius p. 252 G. schol. Lucani IV 510 Servius Aen. III 261 V 749 'infandum r.' Diomedes 496 Terentianus Maurus 1687 'regina i.' Terentianus Maurus 1691 4 Donatus ad Ter. hec. III 5, 18 Augustinus de gramm. 2011 P. 'Troianas ut o.' Diomedes 403 Servius Aen. I 601 5 'eruerint D. quae' Marius Plotius p. 299 G. 'quaeque ... vidi' Priscianus 935 Servius Aen. I 114 II 499 5 sq. 'quaeque ... fui' Donatus ad Ter. adelph. III 1, 3

VARIA LECTIO.

AENEIDOS II. 1 arrecti *Claudius Sacerdos* tenebat *γ* 3—8 *recte distinxit Haeckermannus in Muetzelii ephem.* VI 263 *sqq.* dolorem, ... fui . *cum aliis Wagnerus etiam in lect. Verg.* 415 3 INFANDVM (ND *m.* 2 *add.*) *P* 5 ERVERVNT (*corr. m.* 2) *P* eruerint *testatur Diomedes* 389 *P.*

et quorum pars magna fui, quis talia fando
Myrmidonum Dolopumve aut duri miles Ulixi
temperet a lacrimis? et iam nox umida caelo
praecipitat suadentque cadentia sidera somnos.
set si tantus amor casus cognoscere nostros
et breviter Troiae supremum audire laborem,
quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam. fracti bello fatisque repulsi
ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
instar montis ecum divina Palladis arte
aedificant sectaque intexunt abiete costas:
votum pro reditu simulant, ea fama vagatur.
huc delecta virum sortiti corpora furtim

TESTIMONIA.

6—8 'quis . . . lacrimis' Donatus ad Ter. hec. I 2, 53 6 sq. 'quis . . . Ulixi' Priscianus 706 P. schol. Hor. epod. V 14 'quis . . . Myrmidonum' Priscianus 811 schol. Veron. 84, 6 K. 6 'quis t. f.' Diomedes 333 P. Servius Aen. II 361 7 'aut . . . Ulixi' Claudius Sacerdos I 177 8 'temperet a l.' Arusianus p. 264 L. Fronto exempl. eloc. ed. Maï II 546 8 sq. 'et . . . praecipitat' Charisius 241 Priscianus 796 'nox . . . praecipitat' Servius Aen. I 104 II 341 IV 251 XI 660 9 'suadent . . . somnos' Servius Aen. I 753 10 de verbo 34 p. 164 Endl. 11 Marius Victorinus 2467 P. 12 sq. 'quamquam . . . incipiam' Charisius 234 Diomedes 384 Claudius Sacerdos I 136 12 'quamquam . . . horret' Charisius 202 Diomedes 388 Priscianus 1030 P. 'meminisse . . . refugit' Servius Aen. III 3 13 sq. 'fracti . . . Danaum' Donatus ad Ter. hec. I 2, 39 schol. Hor. carm. I 35, 16 13 'fracti . . . repulsi' Servius Aen. III 1 schol. Veron. p. 85, 28 K. 15 sq. 'instar . . . aedificant' Nonius 452, 17 Arusianus p. 238 L. schol. Hor. carm. IV 6, 13 'ecum . . . aedificant' Quintilianus VIII 6, 34 15 'instar m. e.' Claudius Sacerdos I 163 schol. Hor. carm. IV 5, 6 16 Beda de metris 2371 P. 'secta . . . costas' Isidorus orig. I 16, 4 'abiete c.' Servius Aen. II 112 'abiete texto' Pompeius p. 53 L.

VARIA LECTIO.

7 Mirmidonum *γb* auduri *c* 8 *literis minoribus sed eis antiquis insertus in M* temperat *γm Arusianus, Fronto* et a nox *Prisciani exempl.* humida *b* 9 ſonnoſ *c* 10 SED *PRγbc* agnoscere *γ1* 11 SVPPREMVM *PRγ* ſupraemũ *b* ſuppraemũ *c* 12 lu^c^tu *c* 13 fracti (ct *m.* 2) *γ* fa^r^cti *c* FACTIS *M* factiſ *b1* fa.tiſ *b2* repulſi (l *in ras.*) *b* 15 INSTRA (^A^ *corr. m.* 2) *P* INSTAR *M* MONTISS (SIMILIS) *M* ECUM (^Q^; Q *rubra*) *M* EQVM *P* EQVVM *Rγb* aequũ *c* DIVINAE *R* diuine *c1* pal^l^adiſ *c* 16 abiecte *γ1* 17 uagatur (g *c corr.*) *γ* 18 DILECTA *Pγ1*

includunt caeco lateri, penitusque cavernas
ingentis uterumque armato milite complent.

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
insula, dives opum, Priami dum regna manebant,
nunc tantum sinus et statio male fida carinis:
huc se provecti deserto in litore condunt.
nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas

* * *

ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.
panduntur portae; iuvat ire et Dorica castra
desertosque videre locos litusque relictum.
hic Dolopum manus, hic saevos tendebat Achilles,

TESTIMONIA.

19 'includunt c. l.' Arusianus p. 240 L. 19 sq. 'penitus . . . complent' Priscianus 776 P. Pompeius p. 442 L. 'penitusque c. i.' Probi inst. III 3, 2 'cavernas i.' Servius Aen. I 118 20 Probi inst. I 4, 23 'uterum . . . complent' Isidorus orig. I 35, 6 22 'insula d. o.' Charisius 245 Diomedes 455 P. Iulius Rufinianus 246 R. 23 'statio . . . carinis' Servius Aen. II 735 IV 8 25 Donatus ad Ter. adelph. I 1, 2 Servius Aen. III 603 'nos a. r.' Charisius 237 Donati ars III 1, 2 Probi inst. I 7, 7 Consentius de barb. p. 5 26 'longo . . . luctu' schol. Hor. carm. IV 6, 12 27 'iuvat . . . castra' Isidorus orig. I 33, 5 'iuvat ire et videre Dorica c.' Consentius 2057 P. 28 Servius Aen. IV 144 'desertosque v. l.' Cledonius 1923 P. 29 sq. Iulius Rufinianus 242 R. 29 Nonius 410, 24 Quintilianus IX 2, 37 Servius Aen. II 7 'hic . . . Achilles' schol. Lucani VII 328 Servius

---

VARIA LECTIO.

19 ceco *γ* 20 Ingentef *b1c* ingentis *testatur Priscianus* VTR[E]VM (*m. 2 sup.*) *P* COMPLE[N]T *M* conplent (e *e corr.*) *γ* 21 *e*ST *P* TENEDVS *R* 22 *i*NSVLA *P* 23 *nu*NC *P* 24 in *superscr. b* littore *b1* CONDVN*t P* 25 A[I]BISSE (I *sup. abras.*) *M* ABIESSE *R* ABISSE *P* abiisse *testantur grammatici cum Servio* et . . . Mycenas : *cf. v.* 180, *unde fortasse haec huc inlata sunt, cum inperfectam reliquisset poeta sententiam.* PETISSE *PRγ* PET[I]ISSE *M* petiisse *testatur Servius* micenaf *γbc* 26 teucr[a]i *c* 27 do.rica *b* Dorica castra : '*mala est compositio, ab ea syllaba incipere, qua superior finitus est sermo. Plerumque et cacemphaton facit, ut hoc loco*' *Servius.* Doria *hic et* VI 88 *proponit Wagnerus. Cf.* II 462 CAST*ra P* caf[r]ta *b* 28 RELICT*um P* 29 SAEVOS (O *corr. in* V) *P* SAEVVS *MRb* feuuf *γc* TENDEB*at achilles P*

classibus hic locus, hic acie certare solebant.
pars stupet innuptae donum exitiale Minervae
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes
duci intra muros hortatur et arce locari,
sive dolo seu iam Troiae sic fata ferebant.
at Capys et quorum melior sententia menti
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
praecipitare iubent subiectisque urere flammis,
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.
scinditur incertum studia in contraria volgus.

Primus ibi ante omnis, magna comitante caterva,

TESTIMONIA.

Aen. VIII 605 30 Isidorus orig. IX 3, 59 gloss. Zic. 13 31—39 Macrobius Sat. V 5, 3 31 sq. 'pars . . . equi' Asper 113, 19 K. 31 Servius Aen. II 16 35 'at . . . melior' Probi inst. I 4, 17 36—38 Diomedes 411 'aut terebrare . . . latebras (38) aut pelago . . . iubet' Pompeius p. 385 L. 36 sq. Priscianus 1040. 1105 P. schol. Hor. carm. I 16, 3 'suspecta . . . iubet' Nonius 400, 22 'suspecta . . . flammis' Servius Aen. IV 143 37 'subiectisque u. f.' Donati ars III 2, 3 Cledonius 1931 P. Pompeius p. 385 L. Cassiodorus de dial. p. 572 b (ed. Ven. 1729) 39 Probus de nom. 12 p. 216 Endl. 40 'primus . . . omnis' Servius Aen. V 833 VIII 546 XII 448 ge. III 300

VARIA LECTIO.

30 acie γ (r sup.) acieſ *bcm*, *Rufiniani ex.*, *Isidorus*. 'acies . . . *legitur et* acie' *Servius* (*sed Cass. hoc tantum*: 'acie, exercitu'). *Habet autem* acies, *quo placere possit propter praegressum* classibus: *cf.* 599 *et* VII 42 SOLEB*ant* (E sup.) *P* 31 MI*nervae P* 32 molam *c*1 THYMΘ*tes* (E sup.) (*m.* 2 *sup.*) *P* THYMETES *M*γ timoeteſ *b*1 tymoeteſ (h sup.) *b*2 thimoeteſ *c* 33 LOCAR*i P* locare γ1 34 ſic troiae *b* facta *c*1 FEREBAT (*ut vid.*) *P* 35 Ad *b*1 capiſ γ*b*1 *menti P* 36 dana.um *b* SVSPE*ctaque dona P* 37 IVBENT *P* iubet γ *Nonii exempl.*, *Pompeius*, *Prisciani* 1105 *Reg.* 'que *pro* ve *posuit*: *nam sonantius visum est. Antiqua tamen exemplaria* ve *habere inveniuntur*' *Servius*. 'subiectisque *pro* subiectisve' *testantur Donatus*, *Priscianus*, *Cledonius*, *Pompeius*, *Cassiodorus* Vrere *flammis P* urire *b*1 flammaſ *b*1 38 ΘEREBRARE (T sup.) (*sup. m.* 2) *P* VTERΘ (I sup.) (*sup. m.* 2) *P* utero *Pompeius* TEMPTA*re latebras P* 39 CON*traria volgus P* uolguſ γ2 UΘLGUS (U sup.) *M* VVLGUS *R*γ1*bc* 40 omneſ *b*1 COM*itante caterva P* co.mitante *b*

Laocoon ardens summa decurrit ab arce
et procul 'o miseri, quae tanta insania, cives?
creditis avectos hostis aut ulla putatis
dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
*aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
*aut haec in nostros fabricata est machina muros
*inspectura domos venturaque desuper urbi,
aut aliquis latet error: equo ne credite, Teucri.
quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.'
sic fatus validis ingentem viribus hastam
in latus inque feri curvam compagibus alvom

TESTIMONIA.

41 'Laocoon a.' Servius Aen. I 423 45—48 'aut . . . equo' Diomedes 433 46 Priscianus 1029 Servius Aen. II 15 48 Priscianus 1029 'aut . . . equo' Diomedes 429 'ne c. T.' Probi ars minor 666 48 sq. 'ne . . . est' gramm. Vat. in auct. class. Mai V 270 49 Diomedes 411 'timeo . . . ferentes' Servius Aen. I 671 51 sq. 'in latus . . . contorsit' Nonius 193, 23 schol. Veron. 98, 16 K. Servius Aen. I 81 XI 637 'inque feri . . . contorsit' Servius Aen. I 215 V 818 XI 571 51 Priscianus 654. 718 P. Servius Aen. VII 489 'curvam

VARIA LECTIO.

41 LAUCOON *Mc* *ab arce P* 42 INSANia *cives P* 43 [h]oſteſ *b* PVTatis *P* 44 '*ordo est* dona Danaum, *non* dolis Danaum . . . *vel distinguendum est* Danaum, *i. e.* ex Danais' *Servius* NOTVs *ulixes P* .notuſ (gnotus?) *γ* 45 hoc] h' *b* in ligno *Diomedes* OCCVLTANTVr *achivi P* ocultantur *b* 46 atque haec *suo iure suasit Heynius. Sed* aut *cum etiam Diomedes et Priscianus legerint, poetam ipsum arbitror dubium utrum v.* 45 *an* 46 *sq. versui* 48 *opponeret, interim utraque adposuisse, ut tamen in edendo textu aut v.* 45 *aut* 46 *sq. omissurus esset.* NO∴STROS *M* FABRICAT[λ]EST *M* *machina muros P* 47 *inspectura d*OMOS *P* 48 *aut al'quis la*TET *P* ERRO[R] (*sup. m.* 2) *P* '*distinguendum sane* error, *et sic dicendum:* equo ne credite . . . *hoc enim melius est.* equo latet: *id est sub praetexto, sub specie equi, alii* equo, in equo *accipiunt' Servius. Post* equo *interpunxit Diomedes quoque.* ne *suprascr. γ* 49 *quidquid id e*ST *P* Quicquid *γb* eſttimeo (ſtt *in ras.*) *b* 'quidquid id est . . . *iungendum praecedentibus, vel distinguendum est:* quidquid id est, timeo D., et d. f.' *Servius* (*om. Cass.*) Danaos, et eos d. f. *recte interpretatur Lachmannus Lucr.* VI 7 FERENTES *Mb*1*c, Diomedis ω* 50 *sic fatus vali*DIS *P* [h]aſtam *b* 51 in latus] *interpretum opinationes lege apud Servium* *in latus inq*VE *P* FERIT *M* feri. *b* CONPAGIB· *Myc* alv[v]om *γ* AL-

contorsit. stetit illa tremens, uteroque recusso
insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
et si fata deum, si mens non laeva fuisset,
inpulerat ferro Argolicas foedare latebras,
Troiaque nunc staret, Priamique arx alta maneres.

Ecce manus iuvenem interea pos terga revinctum
pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,
hoc ipsum ut strueret Troiamque aperiret Achivis,
optulerat, fidens animi atque in utrumque paratus,
seu versare dolos seu certae occumbere morti.

TESTIMONIA.

c. a.' Probus de nom. 10 p. 215 Endl. 53 'insonuere c.' Servius ge. I 184 54 Diomedes 433 'et si f. d.' Claudius Sacerdos I 74 'si mens . . . fuisset' Servius Aen. X 275 55 sq. cf. Iulius Rufinianus 244 R. 55 Sergius in Donat. 22 p. 486 Endl. 'inpulerat f.' schol. Veron. 81, 30 K. 56 Asper iun. III 'Troiaque n. s.' Maximi Vict. ars 19 Diomedes 423 Velius Longus 2220 Marius Victorinus 2477 P. 57 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 42 Iulius Rufinianus 249 R. Servius Aen. II 270 'ecce . . . interea' Claudius Sacerdos I 84 60 'hoc . . . strueret' Claudius Sacerdos II 4 61 'fidens . . . paratus' Seneca de vita beata 8, 3 62 Nonius 418, 27 Servius Aen. XI 704 'seu v. d.' Servius ecl. X 68

VARIA LECTIO.

VVM *MRbc* 52 *contorsit st*ETIT *P* recuſo *c* 53 *insonuere P* 54 *et si fata de*VM *P* leua *γ* 55 Inpu.lerat *b inpulera*T *P* foeder. (e *post. corr. in* a, *erasa fort.* a) *γ* 56 'Troiia ... *sic enim ista scribi per geminatam* i *metri ratio deposcit' Maximus Vict.* Troia *ceteri grammatici* *troiaque n*VNC *P* ſtareſ *γbc*, *grammatici* 'stares: *si* staret, maneres *sequitur: propter* ὁμοιοτέλευτον*' Servius* PRIAMI (A *m. 2 add.*) *P* ARX *M* MANERES (T *rubra*) *M* : *utrumque etiam Servius legisse videtur.* maneres *Asper iun.* 57 *ecce manus P* poſterga *b* POSTTERGA *MPRγc* 58 *pastores magn*O *P* tra[e]bant *c* 59 *dardanidae qui P* 'quis se, *quibus se*, *alii* qui se *legunt' Servius* (*om. Cass.*) 60 *hoc ipsum uſ str*VERET *P* [λ]PERIRET *M* 61 obtulerat *γb2c obtulerat P* *fiden*S *P* ANIMO *R*, *Senecae libri* animi *testatur Servius* AD[T]QVE (T *m. rec.*) *R*. 62 *seu versare dolos P* uerſare dolo *b*, *Nonius*. 'versare dolo, *dolo evertere* ... *aut* dolos versare, *exercere' Servius.* versare dolos *idem Aen.* XI 704 *ecl.* X 68 superare dolo *Peerlkampus* CERTAE *P* CERTE *Myb*, *Nonii exempl.*

undique visendi studio Troiana iuventus
circumfusa ruit, certantque inludere capto.
accipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
disce omnis.
namque ut conspectu in medio turbatus inermis
constitit atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
'heu quae nunc tellus' inquit, 'quae me aequora possunt
accipere? aut quid iam misero mihi denique restat?
cui neque aput Danaos usquam locus, et super ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt.'
quo gemitu conversi animi compressus et omnis
impetus. hortamur fari, quo sanguine cretus

TESTIMONIA.

63 sq. Asper 113, 29 K. 64 'certant . . . capto' Nonius 253, 27 Servius Aen. IV 591 65 sq. Nonius 240, 4 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 35 'crimine . . . omnes' Donatus ad Ter. adelph. V 1, 12 schol. Hor. carm. I 16, 2 Lucani IX 425 Servius Aen. X 188 65 'accipe . . . insidias' Servius Aen. I 676. 754 VI 66 67 sq. 'namque . . . constitit' Donatus ad Ter. eun. III 5, 48 69 sq. 'heu . . . accipere' Quintilianus IX 2, 9 anecd. Paris. Eckst. 21, 23 'quae nunc . . . accipere' schol. Lucani VII 97 69 'heu . . . inquit' Probi inst. I 4, 16 Cledonius 1936 P. 70 'aut . . . restat' Nonius 378, 26 71 sq. anon. de orthogr. 2798 P. 'cui . . . Dardanidae' Diomedes 407 'et super . . . infensi' Probi ars minor 691 p. 374 Endl. Cledonius 1935 gramm. Vat. in auct. class. Mai V 275 74 'hortamur . . . cretus' Arusianus p. 234 L.

VARIA LECTIO.

OC[M]CVRRERE (R *alt. m.* 2 *corr. in* B) *P* occumbere *Ennii trag.* 384 *exemplo confirmat Servius* 63 *undique visend*IS *P* 64 *circumfusa ruit P* ruit] i. *Asper teste Keilio* (?) CERTAT *R* certañ (ñ *in ras.*) *b* inludere (n *corr. in* l) *b* 65 ACCIPE ŪNUNC DANAUM *M accipe nunc dana*V̄VM *P* 'crimine ... *alii sic legunt :* Danaum insidias et crimen' *Servius* 66 *disce omnis P* D if ce om nif (*sine ras.*) γ OMNES *Mb* 67 *namque ut consp*ECTV́ *P* confpectu[in]medio (m *pr. eras.*) γ immedio *c* 68 *constitit atque o*CVLIS *P* ph[r]ygia γ frigia *bc* 69 *heu quae nunc tel*LVS *P* inquid γ nunc] me *Quintilianus* aecora *bt* 70 DENIQVe *restat P* 71 apud *b* SVPEr *ipsi P* 72 SANGVINe *poscunt P* 73 — III 684 *deficit R* 73 conuerfi *suprascr. c* CONPRESSVS *Pγ* compre[f]fuf *a* *et omnis P* 74 [h]ortamur *b* Cretus *P*

quive fuat, memores quae sit fiducia capto. 75
'Cuncta equidem tibi, rex, fuerit quodcumque, fatebor 77
vera' inquit, 'neque me Argolica de gente negabo:
hoc primum; nec, si miserum fortuna Sinonem
finxit, vanum etiam mendacemque inproba finget. 80
fando aliquod si forte tuas pervenit ad auris

---

ille haec deposita tandem formidine fatur: 76

TESTIMONIA.

77 'fuerit q. f.' Servius Aen. V 710 'sed iam quodcunque fuerit, ut dixit Sinon' e. q. s. Phaedrus III prol. 27 78 sq. 'neque . . . primum' Iulius Rufinianus 268 R. 79 sq. 'nec si . . . finget' Macrobius Sat. VI 1, 57 Nonius 309, 7. 417, 3 Donatus Ter. eun. II 2, 10 81 sq. Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 13 81 Diomedes p. 333 Priscianus 811 Cassiodorus de orthogr. 2287 P. Servius Aen. II 6

VARIA LECTIO.

75 QVIDVE FERAT *libri, Servius* MEMORET *libri, nisi quod distinguit* memor &*a* Capto *P* cepto *χ* 'memoret quae sit fiducia capto' (*quae duplici modo explicantur*) . . . *alii* memorem *legunt, ut sit sensus:* hortabamur ad loquendum memorem ... *vel* quidve ferat memoret' *Servius.* memoret ... capto *spuria et ex* III 609 *sqq. conficta habuit Peerlkampus. Supplementa indidem haec:* quidve ferat. [Priamus rex ipse haud multa moratus Dat iuveni dextram] quae sit fiducia capto *repetenda duxit seminarii Ritscheliani sodalis quidam.* 76 = III 612 *om. Pyb, ima pag. literis miniatis add. M, margine inferiore add. a, superiore b, in ras. m. rec. c: non interpretatur Servius. Adversatur huic versui* 107. 77 Cuncte[a]quidem *ac* fuerit quodcumque fatebor (tquod—or *in ras.*) *b* fuerit qđ..cũq: fatebor (đ *corr. ex* u) *a* fuerit quo[d]cumque *c*2 fueri[n]t quaecumque (quodcumque *m.* 1) *γ*2 fuerint quaecumque *c*1*m* FVERITQVAECVMQ*ue fatebor P* (*quae nolim sic interpretari* : cuncta tibi rex — fuerit! — quaecumque fatebor). 'fuerit quodcumque ... *est autem parenthesis ... suspendendum ergo* rex' *Servius.* fuerit quodcumque *legit Phaedrus.* 78 inquid *γ* ne[q:] *b* NE*gabo P* 79 ne[c] *b* meſerum *γ*1 SINO*nem P* 80—104 *V fol.* I 80 Fincxit *c* INPRO*ba P* improba *b* imp[ba] *c* fugit *γ*1 *finget P* 81 ALIQVOT *V* aliquid, *sed corr. ex* aliquod *a* aliquod (o *corr. in* i) *b* aliquid *c, Prisciani Carolir. et m.* 2 *Halb., Cassiodorus Putschii. Cogitare possis de ablativo* aliqui. PER*ve*NITADAV*res P pervenitadau*RES *V* aure *ya*2*bc, Diomedis libri*

Belidae nomen Palamedis et incluta fama
gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi
insontem infando indicio, quia bella vetabat,
demisere Neci, nunc cassum lumine lugent:
illi me comitem et consanguinitate propincum
pauper in arma pater primis huc misit ab annis.
dum stabat regno incolumis regumque vigebat
conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
gessimus. invidia postquam pellacis Ulixi
(haut ignota loquor) superis concessit ab oris,

TESTIMONIA.

82 'Belidae P.' Charisius 99 P. 'Belides Palamedes' Diomedes p. 310 P. 'Belidae n. P.' Charisius 52 83—85 'quem ... neci' Macrobius Sat. IV 4, 5 84 sq. Claudius Sacerdos I 186 85 Priscianus 874. 921 schol. Hor. carm. I 28, 11 'nunc ... lugent' Priscianus 869 P. Arusianus 243 L. 87 'pauper ... pater' Probi ars minor 224 auct. class. A. Mai V 195 89 sq. 'et nos ... gessimus' Sidonius Apollinaris epist. IV 14 Charisius 241 P. Macrobius Sat. IV 3, 7 Nonius 316, 23 Donatus ad Ter. hec. III 3, 23 schol. Veron. 83, 25 K. Servius ge. II 240 Aen. I 248 90 'pellacis U.' Charisius 52 Velius Longus 2227 P. Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 17

VARIA LECTIO.

82 BELIDE *ut vid. V. De producta syllaba paenultima v. Priscianus* 584 *P.* *nomen — fama V* palam.edif *a* INc*l*VTAF*ama* (*sed de* F *non prorsus liq.*) *P* INCLYTA *Mac* inclita *γb* 83 fup *γ* PR*oditione V* pelafgi (f *e corr.*) *a* Pelasgi *P pelasgi V* 84 indicio (u *m.* 2 *in ras.*) *γ* BE*lla vetabat P* 85 DEMIsERE *neci nunc V* neci. *γ* cafum (f *sup.*) *γa* kassum *Arusianus* LuM*ine lugen*T *V* LVMINE *lugent P* 86 Ille *a*1 C*onsanguinit*ATE *V* PROPINQ*uum V* propinqum *γ* propinquum *abc propinquum P* 87 : *cf.* III 595 *in — annis V* MI*sit ab annis P* 88 ST*abat — reg*VM *V* incolomif *a*2*b*1*c* reg.um *b* reg.ũ (g *in ras.*) *a* uigebat (g *in ras.*) *b* REGV*mque vigebat P* 89 CONSIL*iis V* Confiliif *bc*2 *et nos ali*QVOD *V* aliquod (od *in ras.*) *b* d&cufque (cuf *e corr.*) *a* Decusque *P* 90 I*nvidia V* inuia (di *sup.*) *a* POSTQ*uam V* PELLACIS *Mγ*2*a*2, *b in ras., c, testantur Velius Longus, Donatus, Servius* FALLACIS *Pγ*1*a*1, *b sup. m. rec., m, Charisius: cf. Bentleius ad Hor. carm.* III 7, 20 ..LLACIS (*sed ut* A *potius quam* E *ante* L *fuisse videatur*) *V* ulixei *c* V*lixi P* 91 HAV*t V* Haud (d *e corr.*) *a* Haud *bc* ..gnota (*eras.* in, *ut vid.*) *a* LOQ*uor superi*S *V* loquor (o *post. e corr.*) *a* loquor (quor *in ras.*) *b* CONceSS*it ab*ORIS *V ab oris P*

adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam
et casum insontis mecum indignabar amici.
nec tacui demens, et me, fors siqua tulisset,
si patrios umquam remeassem victor ad Argos,
promisi ultorem et verbis odia aspera movi.
hinc mihi prima mali labes, hinc semper Ulixes
criminibus terrere novis, hinc spargere voces
in volgum ambiguas et quaerere conscius arma.
nec requievit enim, donec Calchante ministro —
sed quid ego haec autem nequiquam ingrata revolvo?
quidve moror, si omnis uno ordine habetis Achivos
idque audire sat est? iamdudum sumite poenas:

TESTIMONIA.

93 Servius Aen. I 37 96 Nonius 362, 24 97 'hinc . . . labes' schol. Iuven. I 168 98 sq. 'hinc . . . ambiguas' Nonius 230, 20 Probi inst. II 1, 41 Charisius 57 anon. de orthogr. 2803 P. 'spargere . . . ambiguas' Probus de nom. 12 p. 216 Endl. Consentius 2026 P. 99 'in vulgum a.' Charisius 9 Sergius 1842 Cledonius 1896 P. exc. Charisii p. 538. 548 K. Servius Aen. I 149 'quaerere c. a.' Servius Aen. I 542 XII 6 gloss. Barth. adv. XXXVII 5 100 sq. 'donec . . . revolvo' Macrobius Sat. IV 6, 22 Claudius Sacerdos I 179 103 sq. 'iamdudum . . . Atridae' Servius Aen. X 617 103 'iamdudum s. p.' Donatus ad Ter. Andr. I 4, 1 Alcuini gramm. 2123 Servius Aen. I 580

VARIA LECTIO.

92 'afflictus *suspendendum' Servius* Adfli . ctuf *a* Afflictuf *c* cenebrif *a*1 LVCTVQV*e trahebam P* FLVCT*uque trahe*BAM (*ut vid.*) *V* trahebem *γ*1 trahebã. *a* trachebam *c* 93 CA*su*M *V* caffum *γ*1 *in*sONTIS *V* INDIGNAB*ar amici P indignabar a*MICI *V* 94 *nec tacui de*MENS *P* Demens — *tulisset V* me *superscr. a* 95 *si patrios P umqua*M *re*MEA*ssem vict*OR *V* 96 *promisi ul*TOREM *P* Promisi — *verb*IS *V* 97 H*inc mihi* — *semper* VL*ixes V* HIC *M* (N superscr.) Hinc (in c *corr.*) *a* *hinc* — *p*RIMA *P* prima . la . bef (a *altera ex corr., in mg.* mali) *c* 98 *criminibus P* hinc] tunc *Nonii exempl.* 99 IN VVLGVM *M Vγabc in volgum P* ambiguam *testatur Sergius* ambI-G*uas et quaerere V* QVERERE *Pγ* querere . . *b* 100 *nec requie*VIT *P* calcante (h superscr.) *b* 101 SE*d V* *sed quid eg*O *P* NEQUIGQUAM *M* nequicquam *c* NEQ*uiquam ingrata* (*ut quae legere non potui tredecim literarum spatium expleant*) *V* 102 *quidve m*OROR *P* MO*ror V* SIVE *P* SED (E *erasa*, D *corr. in* I) *M* OMN*i*S *V* omnef *ab un*O *V* ORDIN*e V* 103 IDQ· *V idque P* *audi*RE *P* AVDIR*e V sat — poenas V* ES (T· *sup. m.* 2) *P* IANDVDVM (*ut vid.*) *P* iamdudum *γabc*

hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae.'
Tum vero ardemus scitari et quaerere casus,
ignari scelerum tantorum artisque Pelasgae.
prosequitur pavitans et ficto pectore fatur:
'Saepe fugam Danai Troia cupiere relicta
moliri et longo fessi discedere bello;
fecissentque utinam! saepe illos aspera ponti
interclusit hiemps, et terruit auster euntis.
praecipue cum iam hic trabibus contextus acernis
staret ecus, toto sonuerunt aethere nimbi.
suspensi Eurypylum scitantem oracula Phoebi

TESTIMONIA.

104 Marius Victorinus 2467 P. 'hoc I. v.' Quintilianus IX 3, 11 'et ... Atridae' Servius Aen. X 503 105 Priscianus 826 106 Arusianus p. 236 L. 108—110 'saepe ... utinam' Claudius Sacerdos I 186 108 sq. 'saepe ... moliri' Charisius 193 P. 108 'saepe f. D.' Probi inst. I 9, 10 109 'et ... bello' Arusianus p. 230 L. 110 'fecissentque utinam' Claudius Sacerdos I 31 Cledonius 1874 P.

111 'et ... euntes' Servius Aen. III 581 ge. I 193 112 sq. 'cum ... ecus' Macrobius Sat. VI 9, 13 114 sq. 'suspensi ... mittimus' Charisius 241 Nonius 386, 18 Donatus ad Ter. eun. III 4, 10

VARIA LECTIO.

104 HOC ITACHUS *Mbc* *hoc ithacu*S *P* ITH*acus* — *me*RCENTVR *V* *m*AGNO *P* 105 *tum vero ar*DEMVS *P* *Sci*TARI *P* SCITHARI (*puncto rubro*) *M* fcita^ri *a* et querere *γ* exquerere *Prisciani Reg.* CAvSVS (*corr. m.* 2) *P* caufaf (f *pr. e corr.*) *a* CAVSAS *Mγbc*, *Servius*, *Priscianus* 106 *ignari sceleru*M *P* scelerum *om. Arusianus* PELASGE *M* pelafge (fge *in ras.*) *a* 107 *prosequitur pa*VITANS *P* 108 *saepe fugam da*NAI *P* donai *a*1 cupier.e (c *in ras.*) *a* voluere *Charisius.* '*ut ostendat propter bellum fugere, ait* cupiere, *non* voluere' *Servius.* 109 *moliri et longo P* Moliri (i *post. in ras.*) *a* difcere (de) *ac* 110 *fecissentque u*TINAM *P* feciss*e*N̄ (N̄ *in ras.*) *b* 111 *interclusit hie*MPS *P* Interclu.fit (*erasa* f) *a* euntef *b* 112 *praecipue cum* IAM *P* PRAECIPUAE IĀM CŪM *M* hic *om. Macrobii exempl.* trauibuf *γ*1 113 *staret ecus toto P* equuf *γabc* 114 *suspensi eurypy*LVM *P* 'suspensi *aut sollicili ... aut ad nimbos refertur distinctione mutata, ut distinguamus* nimbi suspensi' *Servius.* EURYPILUM *M* euripylum *γ* euripylum (i *corr. ex* u) *b* SCITANTEM *P* feitantem (u *erasa*) *γ* feitantē (tantē *in ras.*, *corr. in* feitante) *b* SCITAN

mittimus, isque adytis haec tristia dicta reportat:
"sanguine placastis ventos et virgine caesa,
cum primum Iliacas, Danai, venistis ad oras:
sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica." volgi quae vox ut venit ad auris,
obstipuere animi, gelidusque per ima cucurrit
ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
protrahit in medios: quae sint ea numina divom,
flagitat. et mihi iam multi crudele canebant
artificis scelus et taciti ventura videbant.

TESTIMONIA.

115 'is . . . reportat' Nonius 409, 24 116—119 'sanguine . . . Argolica' Macrobius Sat. III 5, 4 116 schol. Hor. serm. II 3, 207 Servius Aen. VIII 52 118 auct. class. A. Mai V 555 118 sq. 'animaque l. A.' Arusianus p. 244 L. 124 sq. 'et . . . canebant exitium' schol. Veron. 81, 15 K. 'et . . . videbant' Donatus ad Ter. adelph. I 1, 5 Phorm. prol. 13 125 'artificis s.' schol. Iuven. XV 16 Servius Aen. XII 632

VARIA LECTIO.

TUM *M* ſcita.t.um *a* ſcitatum *c*, *Nonii et Donati exempl. Charisius cum ordinem immutari temporibus verborum aut participiorum exemplis confirmet Aen.* I 19 (duci *pro* ductum iri) *et nostro loco*, scitantem *pro* sciscitatum *animadvertisse videtur, quamquam in codice et in editi nibus* scitatum *legitur.* 'scitantem . . . *alii* scitatum *legunt' Servius.* p(h)oebi *b* 115 *mittimus i-que a*DYTIS *P* aditiſ *bc* triſti..a *ac* 116 *sanguine placa*STIS *P* ue(n)ctoſ (c *erasa*) *γ* ce.ſa (*erasa* ſ) *a* 117 'sanguine ... cum primum. *Hic distinguendum est, quia et semel ad Troiam ventum est et ante quam ad eam veniretur, de Iphigenia est sacrificatum' Servius.* *oras P* 118 querendi *γ* LITANDŨ (NDŨ *minio p.*) *M litandum P* 119 VVLGI *libri* AVRES *M2γ2abc* 120 *cf.* V 404 VIII 530 IX 123 *et* VI 54 XII 447 CV*currit P* 121 Oſſa (ſa *in ras.*) *a* cui] quid *Peerlkampus* cui *testatur Servius* POSCA*t apollo P* 122 itachuſ *b* calchant(a)∝ (∝ *e corr.*) *a* calc(h)anta *b* Tu*multu P* 123 Protrait *b* QUA∴ *M* ea (e *m.* 2 *in ras.*) *γ* quem signent *Peerlkampus* quae sint ea *legit Servius* NVMIN*a P* n(v)omina *a* diu(v)om *γ divom P* DIUU˜ *Mc* diuum *ab* 124 michi (*ut saepissime*) *bl* CANEBA*nt P* canebant exitium *schol. Veron.* 125 Ar.t.ificiſ (t *in ras.*) *a* Artifi.ciſ *b* taciti (citi *m.* 2 *in ras.*) *γ* pavidi *Schraderus* taciti *legit Servius* VIDEBAN*t P* .

bis quinos silet ille dies tectusque recusat
prodere voce sua quemquam aut opponere morti.
vix tandem, magnis Ithaci clamoribus actus,
composito rumpit vocem, et me destinat arae.
adsensere omnes, et quae sibi quisque timebat
unius in miseri exitium conversa tulere.
iamque dies infanda aderat: mihi sacra parari
et salsae fruges et circum tempora vittae.
eripui, fateor, leto me et vincula rupi,
limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
delitui, dum vela darent, si forte dedissent.
nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi
nec duplicis natos exoptatumque parentem;

TESTIMONIA.

126 sq. 'tectus . . . morti' schol. Hor. carm. I 9, 21 127 Nonius 363, 19 129 Donatus ad Ter. Phorm. V 1, 29 'composito r. v.' Servius Aen. X 63 130 'adsensere o.' Diomedes 377 P. 131 Nonius 406, 27 132 sq. 'mihi . . . vittae' schol. Hor. carm. III 23, 3 132 'mihi s p.' Nonius 522, 9 Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 32. 2, 7 gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 134 'eripui . . . me' Servius Aen. I 596 136 'dum . . . dedissent' Donatus ad Ter. Phorm. II 1 43

VARIA LECTIO.

126 recuſſat γ1 *a*t 127 OPPONE*re morti P* morti (ti *e corr.*) *a* 128 itachi *b* CLAMORIB*us actus P* 129 Conpoſito *a* rupit χ DESTI*nat arae P* deſtina.t γ 130 ADSENS[E]ORE *M* Aſſenſere *b* QVISque *timebat P* timebant γ1*a*1c1 '*est autem figuratius, si legatur* timebant' *Servius* 131 CON[S]UERA *M* *tulere P* 132 ergo dies *Nonii exempl.* S*acra parari P* parantur *schol. Hor.* 133 uittae (t *pr. e corr.*) *a* ui[t]tae γ V*ittae P* 134 loeto *bc* [&]ex (ex *eras.*) γ 135 LATcV (*corr. m.* 2) *P* obſcur.uſ γ ob[ſ]curuſ *b* *in ulva P* 136 VE[L]GA (*corr. m.* 2) *P* uelle *c*1 forte (f *e corr.*) *a* fortae γ DID*issent P* darent, si forte d. *tuetur Wagnerus.* darent si forte, dedissent *Heynius et Peerlkampus*, *sed ille ut malit omisso hemistichio* si f. d. *versum inperfectum relinquere.* si forte d. *coniungit Servius* 137 SP*es ulla videndi P* ſ peſ (ſ *pr. e corr.*) *a* 138 DVPLICIS *P* dul.ciſ (l *in ras.*) *a* '*quidam sane non* dulces, *sed* duplices *legerunt, quia* dulces *leve esset et commune epitheton liberorum' Servius.* DULCIS *M*γ*b*2*c*: *cf.* IV 33 dulceſ *b*1 PA*rentem P*

quos illi fors et poenas ob nostra reposcent
effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
quod te per superos et conscia numina veri,
per siqua est quae restet adhuc mortalibus usquam
intemerata fides, oro, miserere laborum
tantorum, miserere animi non digna ferentis.'

His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.
ipse viro primus manicas atque arta levari
vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
'quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios;
noster eris. mihique haec edissere vera roganti:
quo molem hanc immanis equi statuere? quis auctor?
quidve petunt? quae religio aut quae machina belli?'

TESTIMONIA.

141 'quod . . . superos' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 54 'quod te p. s. oro' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 24 143 sq. 'miserere l. t.' Probi inst. I 6, 9 144 'miserere . . . ferentis' Nonius 302, 22 Servius Aen. I 597 IV 370 145 Nonius 472, 25 'miserescimus u.' Diomedes 333 anon. de verbo 40 p. 171 Endl. 146 sq. 'manicas . . . Priamus' Nonius 350, 26 146 sq. 'atque . . . Priamus' Nonius 336, 16 Servius Aen. I 145 148 Servius Aen. I 387 'amissos . . . Graios' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 91 'obliviscere G.' Arusianus p. 249 L. 149 'noster eris' Donatus ad Ter. hec. V 2, 4 'mihique . . . roganti' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 32 Servius Aen. I 8

VARIA LECTIO.

139 'fors et poenas; *forte et poenas. Alii iungunt* forset, *ut sit* forsan' *Servius* et] ad *cm, et in ras. m. rec. b* RE*poscent P* 140
v
*effugia et culp*AM *P* piabant *γ* 141 *quod te per su*PEROS *P*
E
142 *per si qua est q*VAE *P* RESTAT *M* reſtat *b* 'restet, *supersit*'
S
Servius ATHVC *P* UMQUA~ *M* 143 *intemerata fi*DES *P* 144 *tantorum mis*ERERE *P* 145 *his lacrimis v*ITAM *P* MISERETCIMVS *P* miseriscimus *anonymi cod.* miſere..ſcimuſ *a* 146 *ipse viro prim*VS
I
P UERO (I *rubra*) *M* uero *c*1 arta (a *post. in ras.*) *b* 147 *vincla*
i
*iube*T *P* uincla (l *m.* 2) *γ* 148 *quisquis es a*MISSOS *P* hincam *c* IAMHINC *P* 149 *noster eris m*IHI *P* differe *b* VERBA *P* 'edissere vera; *hic distinguendum. Vera enim audire desiderat*' *Servius* roganti (ti *in ras.*) *a* 150 *quo molem h*ANC *P* inmaniſ *abc*
ue A l o
151 *quidve petunt q*VAE *P* Quid *a* QVE *P* religi *b*

dixerat. ille, dolis instructus et arte Pelasga,
sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
'vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
testor numen' ait, 'vos arae ensesque nefandi,
quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:
fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,
fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras,
siqua tegunt; teneor patriae nec legibus ullis.
tu modo promissis maneas, servataque serves
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes

TESTIMONIA.

152 'arte P.' Servius Aen. XI 760   153 Nonius 300, 6. 404, 25   154 sq. 'vos . . . numen' schol. Hor. carm. III 5, 11   154 'vos a. i.' Probi inst. I 4, 3   157 Servius Aen. IV 350 VIII 1   161 'si vera . . . rependam.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 20   164 'scelerumque i. U.' Charisius 245 Diomedes 455 P.

VARIA LECTIO.

152 *dixerat ille dolis P*   INSTRUS (CTUS *suprascr.*) *M*   pelafga. (f *et* a *post. in ras.*) *a* pela(r)ga *b*   153 *sustulit exutas vi*NCLIS *P*   exuta. f *a*   pal(a)mif *c*   154 *vos — ignes P*   INGENS (E *suprascr.*) *M*   Vestae *Marklandus ad Stat. silv.* I 1, 36 vestrum *legit Servius*   155 *testor — ait P*   tef..tor (2 *lit. erasae, quarum prior* t *fuit*) *γ*   nomen (v *suprascr.*) *a*   UOSARAE UOSARAE *M*   nefandi (n *pr. e corr.*) *a*   156 *quos — vittaeq*VE *P*   fugi. *a*   ui(t)tae *γ*   vittaeque] '*multi hic distinguunt, et sic subiungunt*: deum quas hostia gessi' *Servius*   quaf (af *in ras.*) *a* quae *γ*   oftia *a*   gaeffi (ffi *in ras.*) *a*   157 *fas mihi graioru*M *P*   158—182 *Veron. fol.* 206, *a*   158 *fas odisse viros a*TQ· *V*   auref *a*1   159 *siqua tegunt ten*EOR *P*   tegunt] *non legi, potest fuisse* NOVI *V*   *teneor V*   160 *tu modo promissi*S *P*   *serves V*   161 *troia — vera P*   fidē *m.* 2 *suprascr. b*   repandam *χ Pieriani*   162 *omnis spes dana*VM *P*   163 PAL*ladi*S *V*   auxil(i)if *a*   impiuf (f *in ras.*) *a*   *quo P*   164 Tytidef (t *e corr.*) *a*   *sed e*NIM *V*   ENIMQVEI *P*   SCELE*rum i*NVENTOR *V* SCELERVMINVENTO*r P*   olixof (v *suprascr.*) *c* *ulixes P*

fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium caesis summae custodibus arcis
corripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas:
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
nec dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
vix positum castris simulacrum, arsere coruscae
luminibus flammae arrectis, salsusque per artus
sudor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu)
emicuit parmamque ferens hastamque trementem.

TESTIMONIA.

166—170 ‘caesis . . . Danaum’ Augustinus de civ. dei I 2 169 ‘retro s. r.’ Servius Aen. XI 290 169 sq. ‘ex . . . Danaum’ Nonius 303, 25 170 ‘fractae v.’ schol. Hor. carm. I 35, 16 Servius Aen. II 13 ‘aversa d. m.’ schol. Hor. epod. X 18 172 sq. ‘vix . . . flammae’ Servius Aen. II 166 175 ‘parmamque f. h. t.’ Servius Aen. II 166

VARIA LECTIO.

165 FATALEM (*corr. minio*) *M* adgreffi (i *m.* 2 *in ras.*) *γ* SAC*rato a*VELLERE *V* facrat[o] *b* ACVELLERE *P* a.uellere *γa* TEMP*lo P* 166 caeffif (*erasa prima* f), *in mg.* at caefif *γ* *arcis P* 167 effugiem *b*1 MANIBV*sque cruentis P* que *om. γ* 168 VIRGINEA*s* (*sed ut* A *non certa sit, superque ea* O *scripta esse videatur*) *V* aufi (f *e corr.*) *a* *ausi — vittas V* VITTA*s P* uitaf[t] *ac* 169 : *cf. ge.* I 200 E[X] (*sup. m.* 2) *P* Ex illo, *in mg.* at ex ilio *γ* FLV*ere ac retr*O *V* r&o[r] *a* SVBLAPSA (*sed* P *an* B, *non liq.*) *V* *referri V* 170—190. 191—198 *F fol. XVIII* 170 aduerfa *γ* DE[AE] (*sup. m.* 2) *F* [d]eae *c* M*ens P* 171 *nec — mons*TRIS *V* DEDIET *F* MONST*ris P* 172 *vix — arsere V* po.fitum *a* in caftrif *c* SIMVLACRV[M] (*sup. m.* 2) *F* CORVSCAE, *quibus praecessisse videtur* CIA, *V* co.rufci. (i *corr. in* e) *b* *Coruscae P* 173 *luminibus — sal*SVS *V* ARRECTI[S] (*sup. m.* 2) *F* a[r]rectuf (u *corr in* i) *b* arectif *c* ‘*Probo sane displicet* salsus sudor, *et supervacue positum videtur*’ *Servius.* *per artus P* 174 *Nihil apparuit in V* Sudomit *γ*1, Sudor iit *γ*2 iit] LIT *F* DICT*u P* 175 *emicuit — tremente*M *V* HASTA*mque trementem P* aftam *a* [h]aftam *b*

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,
nec posse Argolicis excindi Pergama telis,
omina ni repetant Argis numenque reducant,
quod pelago et curvis secum avexere carinis.
et nunc quod patrias vento petiere Mycenas,
arma deosque parant comites, pelagoque remenso
inprovisi aderunt: ita digerit omina Calchas.
hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
hanc tamen inmensam Calchas attollere molem
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset

TESTIMONIA.

176 Nonius 412, 32 181 'arma . . . comites' Servius Aen. II 99 'pelagoque r.' Servius Aen. III 157 184 'nefas . . . piaret' Consentius 2035 P. 187 sq. Priscianus 1028

VARIA LECTIO.

176 *extemplo — aequora V* TEMPTANDAM *P* *aequora calchas P* calca[h]ſ *b* 177 *Nihil apparuit in V* excindi (cindi *in ras.*) *b* ex[c]indi *c* PERGAM*a telis P* 178 *Nihil apparuit in V* omnia[i ni] (i *inf. eras.*), *in mg.* at omnia ni γ Omniá *a*1 Omin.[Ni]a *a*2 NVMENQ*ue reducant P* nomen *a* 179 *Nihil apparuit in V* curuiſ (c *et* uiſ *e corr.*) *a* *carinis P* 180 : *cf.* 25 *et — myce*NAS *V* UENTO (U *m.* 2 *corr. in* L *ut vid.*) *F* PETITERE *P* *Mycenas P* micenaſ *c* 181 *arma* — PARNT. MN. S *pelagoque remenso* (OMNES?) *V* que] q: *in ras. c* PELAG*oque remenso P* 182 *Nihil apparuit in V, nisi quod* OMINA *videbatur agnosci posse* Inprouiſ. *c*1 ADERANT *M* aderunt (a *e corr.*) *a* degerit *a*1*b*1 OMIN*a calchas P* om[i]na (a *m.* 2 *in ras.*) γ*a* omnia *in ras. b* 183 *hanc — m*O*niti — lae*SO *V* NVMIN*e laeso P* nomine *a* leſo γ le.ſo *a* 184 STAS[T]VERE (*corr. m.* 2) *P* quo *Consentius Putschii* Piaret *P* 185 Han[c] *b* hanc *repetitum ex v.* 183 *merito displicuit Peerlkampo*: *poterat scribi*: tam calca[h]ſ γ AT*tollere molem* (T *an* D *non liq.*) *P* adtollere *b* 186 *roboribus text*IS *P* tectiſ *a*1 aeducere *b* IVSIT *P* 187 *ne — port*IS *P* Ne recipi (er *e corr.*) *a* aut duci (ut d *e corr.*) *a* im γ ~~INTRA~~ *M* m[o]enia *ab* POSSET *P*γ*b*2 POSSIT *FMb*1*c*, *Priscianus* poſ ſit (ſit *e corr.*) *a*

neu populum antiqua sub religione tueri.
nam si vestra manus violasset dona Minervae,
tum magnum exitium (quod di prius omen in ipsum
convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum;
sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
venturam, et nostros ea fata manere nepotes.'
Talibus insidiis periurique arte Sinonis
credita res, captique dolis lacrimisque coactis,
quos neque Tydides nec Larisaeus Achilles,
non anni domuere decem, non mille carinae.

TESTIMONIA.

188 Servius Aen. III 281 190 sq. Arusianus p. 231 L. 'quod . . . convertant' Servius Aen. VIII 483 193 sq. 'ultro . . . venturam' schol. Veron. 88, 3 195 'periurique a. S.' Servius Aen. I 657 196 'capti . . . coactis' Donatus ad Ter. eun. I 1, 22 Nonius 253, 22 197 schol. Hor. carm. I 7, 11 Asper 115, 8 K. 'quos n. T.' Probi inst. I 3, 4 'Larisaeus A.' Claudius Sacerdos I 161 Charisius 245 Diomedes 455 P. 198 Terentianus Maurus 1239

VARIA LECTIO.

188 *neu populum P* RE^{L}LIGIONE *Fb*2 relligione *c* relegione *γb*1 ^{LI}REGIONE *M* 189 *nam si vestra P* ^{i}uolaſſ& *a* 190 *tum magnum P* Tunc *b* DII *MPγ* 191 *convertant p*RIAMI *P* PHRYG^{BU}HIS (*corr. m.* 2) *F* prhygybuſ *b* 192 *sin manibu*S *P* Si^{n} *b* ueſtriſ (e *corr. ex* r) *γ* A^{S}CCENDISSET *P* 193 *ultro asiam P* . Vltr. *c*1 magnam *schol. Veron.* pelopeia *b*1 m^{o}enia *b* 194 *venturam P* phata *γ* fa.ta (a *pr. e corr.*) *a* 195 *talibus ins*IDIIS *P* IINSIDIIS *F* PERIV^{R}RII *F* PEIURI *M* ſin.oniſ *a* 196 *credita res P* ŦLACRIMIS *P* quoactiſ *a* coacti *γ*2, *Nonii exempl.* coactis *testantur Servius et Donatus* 197 *quos — neq*VETYDIDES *P* tytideſ *b*1 LARISAEVS *Pγ* lariſae.uſ (*erasa* u) *a* lariſeuſ *bc*, *Diomedis Par. B* CLARISEVS *F* CLARISSAEVS (C *comp. minio*) *M* larisseus *Charisii Neap.*, *Diomedis Par. A et Mon.*, *Claudii cod.* claris saeuus *Charisii exc. Leid.* : *cf.* XI 404 ACHILLIS *F* 198 *non anni dom*VERE *P* omni *c*1 dom^{v}oere *a* decim *b* MILLAE *F* MILLAE *M* cari.ne (ri.ne *e corr.*) *a*

Hic aliud maius miseris multoque tremendum
obicitur magis, atque inprovida pectora turbat.
Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
(horresco referens) inmensis orbibus angues
incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;
pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque
sanguineae superant undas, pars cetera pontum
pone legit sinuatque inmensa volumine terga.
fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant
ardentisque oculos suffecti sanguine et igni
sibila lambebant linguis vibrantibus ora.
diffugimus visu exangues. illi agmine certo

TESTIMONIA.

199 Nonius 412, 19 203 sq. Nonius 191, 14 Donatus ad Ter. adelph. IV 7, 4 203 Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 34 'ecce . . . Tenedo' Pseudoascon. ad Cic. p. 133 Or. 204 'horresco r.' Probi inst. I 14, 3 Charisius 3 Marius Victorinus 2474 P. Servius Aen. VIII 565 207 sq. 'pars . . . legit' Nonius 332, 16 211 Servius ge. I 328 'sibila ora' Servius ecl. V 82 212 sq. 'illi . . . petunt' gloss. Barth. adv. XXXVII 5 Servius Aen. I 82 212 'illi a. c.' Servius Aen. I 393

VARIA LECTIO.

199 *hic — m*ISERIS *P* mauiſ *a*1, mau . ſ *a*2 miseri *Nonii exempl.* 200 *obicitur — at*QVE *P* INPRVIDA (O *supra*) *P* turbat (t *post. in ras.*) *b* 201 *laocoon ductus P* LAUCOON *Mc*1 Lac°°ⁿ *a* NEPTVNI *P* neptuni (o *supra*) (*cras.* i) *γ* 202 *sollemnis tauru*M P Sollemniſ (u *in ras.*) *a* INGENTE (M *supra*) *P* ARA˜ *M* 203 *ecce — gemi*NI *P* 204 *horresco refe*rENS *P* IMMENSIS *Pγ* INMENSI (S *supra*) *M* anguiſ *c* 205 *incumbunt pe*lAGO *P* littora *c* 206 *pectora quorum P* f . ctuſ (lu *supra*) *c* que] q; *in ras. a* 207 *sanguineae supe*RANT *P* superant, undans pars *Peerlkampus* 208 *pone — sinu*AT *P* ſinuat (n *supra*) *γc* ſinuat.. (t *e corr.*) *a* IMMENSA *M* uolumina *c*1 209 SPVMANTETSALO (*inter* T *et* A *spat. 2 litt.*, S *postea add.*) *P* ARva *tenebant P* 210 ſubfecti *c* SANGVINe *et igni P* 211 LABEBANT *P* *ora P* 212 diffigimuſ (v *supra*) *γ* EXˢANGVES *P* exſangueſ *γac* AGMINe *certo P* agmi . ue (*ultima linea literae* m *et* i *in ras.*) *γ*

Laocoonta petunt: et primum parva duorum
corpora natorum serpens amplexus uterque
implicat et miseros morsu depascitur artus;
post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem
corripiunt spirisque ligant ingentibus, et iam
bis medium amplexi, bis collo squamea circum
terga dati superant capite et cervicibus altis.
ille simul manibus tendit divellere nodos
perfusus sanie vittas atroque veneno,
clamores simul horrendos ad sidera tollit,
qualis mugitus, fugit cum saucius aram
taurus et incertam excussit cervice securim.
at gemini lapsu delubra ad summa dracones
effugiunt saevaeque petunt Tritonidis arcem,

TESTIMONIA.

214 conl. 363 sq. et VI 427 'corpora natorum sternuntur limine primo' de gen. nom. 76, 20 H. 215 Priscianus 796 219 'superant . . . altis' Caper 2241 P. 220 Nonius 411, 4 222—224 Macrobius Sat. V 13, 10 'clamores . . . taurus' Charisius 248 Diomedes 459 P. Lactantius de morte persec. 33 222 Nonius 406, 26 223 sq. Beda de trop. 385 C. 'qualis . . . taurus' Macrobius Sat. IV 5, 8 Nonius 398, 9 Donati ars III 6, 2 Victorinus in Cic. p. 84. 97 Or. Servius Aen. IX 102 224 Priscianus 757 P. 'incertam . . . securim' Gellius XIII 21, 6 Servius Aen. XI 767 225—227 Macrobius Sat. III 4, 4

VARIA LECTIO.

213 LAUCOONTA *M* Laocoonta (o *pr. et* on *in ras.*) *a* Laucoonte (e *m.* 2 *corr. in* a) *c* DVorum *P* 214 ampelxuſ *c* VTerque *P* 215 IMPLICAT *Myabc* ARtus *P* 216 illum *b*1 FERentem *P* fer.entẽ (r *et* ent *in ras.*) *a* 217 $\overset{\text{N}}{\text{LIGAT}}$ *P* *et iam P* 218 CIrcum *P* 219 $\overset{\text{i}}{\text{dat.}}$ *a* *altis P* 220 DIVELLERe *nodos P* 221 '*est interpositus versus: nam potest tolli salvo sensu*' *Servius* Perfu.ſaſ (*erasa* ſ, aſ *e corr.*) *a* ſaniac *γ* $\overset{\text{t}}{\text{uitaſ}}$ *a* atro (t *in ras.*) *a* VENeno P 222 $\overset{\text{ſ}}{\text{Clamore}}$ *b* HORRENDOS (E *m.* 2 *add.*) *P* SIdera *tollit P* 223 mugitus, veluti fugit *Macrobii* IV 5, 8 *exempl.* mugitu. *c*1 $\overset{\text{v}}{\text{fauciſ}}$ *a* *aram P* 224 INCERTAM (M *m.* 2 *add.*) *P* incertam *Servius* excuſit *c* *Securim P* 225 *in mg. m.* 2 *add. c* AD *P* at *ut vid.* gemini.. *a* lapſ. (p *corr. ex* b) *a* SVMMa *dracones P* 226 DIFFUGIUNT *M*: *cf.* 212 TRITONidis *arcem P* Tritonidos *Macrobii Par.* 1

sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.
tum vero tremefacta novos per pectora cunctis
insinuat pavor, et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
laeserit et tergo sceleratam intorserit hastam.
ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae
numina conclamant.
dividimus muros et moenia pandimus urbis.
accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
subiciunt lapsus, et stuppea vincula collo
intendunt. scandit fatalis machina muros

TESTIMONIA.

227 'clipei orbe' gloss. Zic. p. 20 'clipeique s. o. t.' Charisius 210 229 'insinuat p.' Servius Aen. I 104 III 106 'et ... merentem' Servius Aen. VII 307 229 sq. 'et ... ferunt' Nonius 303, 2 Servius Aen. XI 708 230 'sacrum qui' Terentianus Maurus 1255
232 'ducendum ad s. s.' Servius Aen. II 44 234 Isidorus orig. XV 3, 59 Cassiodorus de orthogr. 2279 P. Servius Aen. XI 567 'et moenia p. u.' Servius Aen. II 252 235 'accingunt o. o.' Donatus ad Ter. eun. V 9, 30. 46 Servius Aen. IX 74 'accingunt o. o. dapibusque futuris' (I 210) gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 'accingunt operi' Servius Aen. I 210 235 sq. 'accingunt ... lapsus' Priscianus 796 'pedibus ... lapsus' Diomedes 407 236 sq. 'et ... intendunt.' Nonius 329, 4 Servius Aen. IV 506 237 'scandit ... muros' Servius Aen. II 190 schol. Veron. 85, 24 K. 237 sq. 'scandit ... armis' Nonius 312, 3 Philargyrus ge. III 176

VARIA LECTIO.

227 ſup *γa* o$^{\text{b}}$re *c* *teguntur P* 228 tremifacta *a*1 *ut vid.* NOVVS *libri* PECT*ora cunctis P* pecto$^{\text{ra}}$ *a* cuncti . ſ (i *corr. ex* u, *ut vid.*) *γa* 229 EXPENDISS*e merentem P* expe$^{\text{n}}$diſſe *γ* 230 Laocoon$^{\text{ta}}$ *γ* Laoco .onta (o *pr. e corr.*, *crasa fort.* c) *a* Laucoonta *c* CVSP*ide robur P* 231 Laeſſerit *γ*1 Leſſerit *a*1 INTORS*erit hastam P* haſtam (ſ *e corr.*) *a* 232 *ducendum ad P* ſede$^{\text{ſ}}$ *a* que *in ras.* *a* quae *γ* deuae *c*1 233 *numina co*NCLAMANT *P* numine *γ*1 234 *dividimus m*VROS *P* DI$^{\text{DI}}$UIMUS (DI *minio p.*) *Mc* PANDIMUR$^{\text{S}}$ *P* pan$^{\text{m'}}$di . . *c* 235 *accingunt o*MNES *P* ACCI$^{\text{G}}$NUNT *M* Accinegunt *c* RO-TARVM (O *m.* 2 *corr. ex* V) *P* 236 *subiciunt lap*SVS *P* labſuſ *a* EST *P* ſtu$^{\text{p}}$pea *ab* ſtupea *γc* 237 *intendunt sc*ANDIT *P* fataleſ *γ*2 MACCHINA *P*

feta armis. pueri circum innuptaeque puellae
sacra canunt funemque manu contingere gaudent.
illa subit mediaeque minans inlabitur urbi.
o patria, o divom domus Ilium et incluta bello
moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
substitit atque utero sonitum quater arma dedere:
instamus tamen inmemores caecique furore,
et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
ora dei iussu non umquam credita Teucris:
nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
ille dies, festa velamus fronde per urbem.

TESTIMONIA.

238 'feta a.' Servius Aen. I 51. 506 VI 516 239 'funem . . . gaudent.' Nonius 268, 7 240 'mediae . . . urbi' schol. Hor. carm. III 4, 54 241 'o patria o d. d.' Probi inst. I 5, 1 241 sq. 'o patria . . . Dardanidum' Macrobius Sat. V 1, 10 Priscianus 733 242 Probi inst. I 9, 4 242 sq. 'quater . . . dedere' Asper 114, 15 K. 244 'instamus t. i.' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 8 Servius Aen. IX 374 245 Servius Aen. II 345 'et m. i.' Servius Aen. I 330 247 Nonius 275, 6 248 sq. schol. Hor. carm. IV 6, 14 'nos . . . dies' Macrobius Sat. III 4, 4 Probus de nom. 21 p. 219 Endl.: cf. Probi ars minor 256

VARIA LECTIO.

238 *feta armis pu*ERI *P* Facta *b* 239 *sacra canu*NT *P* fu^n^em *a* fe^u^nē *c* FUNEMQ· FUNEMQ· (*prius eras.*) *M* CONSTINGERE *P* 240 *illa subit m*EDIAE *P* 241 *o patria o di*VVM *P* DIUUM *Mabc* di^u^um *γ* INCL^Y^UTA (Y *col. rubro*) *M* inclita *γabc* 242 *moenia dar*DANIDVM *P* dardani^d^um *a* 243 *substitit atque ut*ERO *P* ſubſiſtit *γ* Sub^ſ^ti.tit (ti *pr. e corr.*) *a* 244 *instamus tamen P* 245 *et monstrum inf*ELIX *P* arcae *γ* 246 *tunc etiam fatis ap*ERIT *P* caſandra *c* futuriſ *in ras. a* 247 *ora — no*N *P* hora *Nonii exempl.* ora (a *in ras.*) *a* iuſſi^u^ *b* 'non umquam, *non aliquando, i. e. nunquam. Nam si* nonnumquam *essent, duae negativae facerent unam confirmativam' Servius* 248 *nos — deu*M *P* delubra//////deum *a* VLTIMV^S^ *P* 249 *ille — vel*AMVS *P* per] peſ *a1*

Vertitur interea caelum et ruit Oceano nox
involvens umbra magna terramque polumque
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri
conticuere, sopor fessos complectitur artus.
et iam Argiva phalanx instructis navibus ibat
a Tenedo tacitae per amica silentia lunae
litora nota petens: flammas cum regia puppis
extulerat, fatisque deum defensus iniquis
inclusos utero Danaos et pinea furtim
laxat claustra Sinon. illos patefactus ad auras
reddit equs, laetique cavo se robore promunt
Thessandrus Sthenelusque duces et dirus Ulixes

TESTIMONIA.

250—252 'vertitur . . . dolos' Nonius 328, 17 250 sq. Macrobius Sat. V 5, 5 'ruit . . . polumque' Isidorus orig. V 31, 3 Beda de temp. rat. 7 (vol. VI 157 ed. Lond.) 250 Macrobius Sat. VI 1, 8 Nonius 380, 17 schol. Hor. serm. I 1, 36 'vertitur i. c.' Isidorus orig. XIII 1, 5 'et ruit o. n.' Servius Aen. X 256 251 Servius Aen. IV 7 255 'tacitae . . . lunae' schol. Hor. carm. II 8, 10 III 30, 9 schol. Lucani VIII 171 256 sq. 'flammas . . . extulerat' Isidorus orig. I 36, 13 Servius Aen. III 519 258 sq. 'inclusos . . . Sinon' Iulius Rufinianus p. 228 R. 'pinea claustra' Servius Aen. II 112 'et . . . Sinon' Servius Aen. II 158 261 'Graiae linguae quam se libenter addixerit, de crebris quae usurpat vocabulis aestimate: dius Ulixes' Macrobius Sat. V 17, 15

VARIA LECTIO.

250 *vertitur intere*A *P* oceano . . . Nox *a* 251 *involvens umb*RA *P* umbram *γ*1 MAGNAM *Pγ*1 polumque] q; *in ras. a* 252 *myrmidonumq*VE *P* Mirmidonum *b* 253 *conticuere sopo*R *P* CONPLECTITVR *Pab* 254—258. 260—267 (*ante* 260 *in summa pag. abscissus unus versus*) *F fol. XIX* 254 *sqq. Recte distinxisse sententiam videtur Heynius* 254 *et — ph*ALANX *P* Etiã *m. rec. in ras. b* argiue *c*1 falanx *γb* phalanx (x *e corr.*) *a* 255 tacita *c*1 LVN*ae P* 256 Littora *c* P*uppis P* pu[p]piſ *a* 257 fectiſ *c* deum ał dei *γ* defen[v]ſiſ *γ* INIQV*is P* iníquuſ (u *post. corr. in* i) *γ* 258 INCLVS[OS] *F* Inclufof (ſ *utraque in ras.*) *a* 259 *abscissus in F* CLA[TR]USA *M* *ad auras P* 260 *reddit — pro*MUNT *F* EQVvS *P* EQUUS *Mγbc* equ[v]ſ *a* ſe (e *e corr.*) *γ* 261 *thessandrus — duc*ES *F* Theſandruſ *γabc* ſthelenuſ *a* ſteneluſ *b* D[R]IUUS *F* dius *Macrobius* *ulixes P*

demissum lapsi per funem, Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemus primusque Machaon
et Menelaus et ipse doli fabricator Epeos.
invadunt urbem somno vinoque sepultam;
caeduntur vigiles, portisque patentibus omnis
accipiunt socios atque agmina conscia iungunt.

Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
incipit et dono divom gratissima serpit.
in somnis ecce ante oculos maestissimus Hector
visus adesse mihi largosque effundere fletus,
raptatus bigis ut quondam aterque cruento

TESTIMONIA.

262 'demissum . . . funem' Quintilianus VIII 3, 84 Nonius 286, 15 (dimittere, desuper mittere) Isidorus orig. II 20, 4 'Acamasque Thoasque' Claudius Sacerdos I 145 262—264 'Acamas . . . Epeos' Claudius Sacerdos I 125 Charisius 251 P. 262 sq. 'Acamas . . . Neoptolemus' Donati ars III 5, 2 'Acamas . . . Machaon' Priscianus 1039 P. Pompeius 463 L. 263 sq. 'primus . . . Menelaus' Cledonius 1930 263 'primusque M.' Servius ad Donat. 1797 Cledonius 1931 P. Pompeius 71 L. Servius Aen. I 24 264 'ipse . . . Epeos' Charisius 129 Diomedes p. 309 P. Charisii exc. p. 536 K. Probi inst. I 4, 12 anon. art. gr. fr. 28 p. 81 Endl. 265 Macrobius Sat. VI 1, 20 Servius Aen. X 365 266 'caeduntur v.' Nonius 272, 3 268 sq. Quintilianus VIII 6, 60 269 'et . . . serpit' Servius Aen. III 176 272 sq. 'aterque . . . tumentes.' Macrobius Sat. IV 3, 8

VARIA LECTIO.

262 *demissum — fu*[r]NEM *F* Demifum *γ* Demifum *a* LABSI *Ma* A[H]CAMAS *P* ACHAMAS *M* achamaf *γac*, *Prisciani φ* athamas *Charisius* THO*asque P* tho. afque *γ* (thomasque *Prisc. Par. R*) tohafque *b* 263 *peli*DESQUE *F* NEOPTELEMUS *M* Neoptolemusque *Donatus* MACHA*on P* machoon (oon *c corr.*) *a* 264 DOLIS *P* FABRICATO *F* EPEOS *Fγ2a2c*, *Probi cod.* EPAEOS *M* EPIOS (*ut vid.*) *P* epiof *γ1a1b*, *Charisius*, *Diomedes* 266 uigilef ..... portif *c* PATENT*ibus omnis P* OMNES *Mγabc* 267 CON*scia iungunt P* 268—288. 289—309 *F fol. XX* 268 MORTA*libus aegris P* 269 DIvVM *P* DIUUM *Mγabc* GRATISSIMU[A] *P* SER*pit P* 270 MAESTISSI*mus hector P* meftifimuf *c* haector *bc* 271 ADESESE *P* adef[fe] *a* EFFVN*dere fletus P* 272 condam *ac* *cruento P*

pulvere perque pedes traiectus lora tumentis.
ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli
vel Danaum Phrygios iaculatus puppibus ignis,
squalentem barbam et concretos sanguine crinis
volneraque illa gerens, quae circum plurima muros
accepit patrios! ultro flens ipse videbar
compellare virum et maestas expromere voces:
'o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,
quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
expectate venis? ut te post multa tuorum

TESTIMONIA.

274—276 Macrobius Sat. V 5, 6   274 sq. 'ei . . . Hectore' Priscianus 740. 1012. 1024 P. Probi ars minor 674   'quantum . . . Hectore' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 32   274 'ei . . . erat' Cledonius 1936 Alcuini gramm. 2142 P.   'qualis erat' Probi inst. I 6, 3   275 'qui . . . Achilli' Arusianus p. 235 L.   'exuvias i. A.' Servius Aen. XI 76   277 Nonius 404, 12   'squalentem b.' Servius ge. IV 91   279 'ultro . . . videbar' Servius Aen. VII 194   280 'et . . . voces' Nonius 350, 29   281 Macrobius Sat. VI 2, 18 schol. Hor. serm. I 7, 24   'o lux D.' Servius Aen. XI 349   282—284 'quibus . . . funera' Augustinus de gramm. 2011 P.   283 sq. 'ut . . . funera' Diomedes 404   283 'expectate v.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 7 hec. prol. 2, 25

VARIA LECTIO.

273 per] p *suprascr γ*   pede ſ *b*   T*umentis P*   274 hei *Probi ars minor, Cledonius, Alcuinus*   '*totum iungendum, ne doloris distinctione frigescat sicut plurimis doctissimis visum est.' Servius*   RAT (E) *P*   *ab illo P*   275 Haectore *bc*   qui . *c*   ACHILLI *M, Macrobii ω* ACHILLEI *F* achilli ſ (*sed* ſ *corr. add.*) *a*, *item ut vid. γ* achilliſ *bc*, *Arusianus, Macrobii Salisb.* A*chilli P*   276 phygioſ (r) *γ* prygioſ (h) *b*   ia . culatuſ *γ*   PVPPI*bus P* pupibuſ (p) *ab*   igneſ (i) *γ* igneſ *b* *ignis P*   277 concreto (*ut vid.*) *c*1   SANGINE *F*   SA*nguine crinis P*   crineſ *γabc*   278 VVLNERAQVE *FMγabc* *vulneraque P*   quo circum (o *corr. in* c, cir *in ras.*) *a*   MVRO*s F*   279 *accepit patr*IOS *P*   280 Conpellare *a compellare P*   etpromere, *i. e.* ecpromere *Nonii exempl.*   281 *o lux dardan*IAE *P*   spes] SPESS∴US (S∴US *eras.*) *M*   FISSIMA (di) *M* sanctissima *Acronis Med.* fidissima *Servius*   282 *quae* — *t*ENVERE *P*   haector *bc*   283 *sq. m.* 2 *in mg. add. c*   283 EXSPECTATE *Mγac expectate P*   *ve*NIS *P*   te . poſt *a*2 tempuſ *a*1, *ut* te pos *scriptum extitisse coniciam.*   tuorum] dierum *Gud. m.* 1

funera, post varios hominumque urbisque labores
defessi aspicimus! quae causa indigna serenos
foedavit voltus? aut cur haec volnera cerno?'
ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,
sed graviter gemitus imo de pectore ducens
'heu fuge, nāte dea, teque his' ait 'eripe flammis.
hostis habet muros, ruit alto a culmine Troia.
sat patriae Priamoque datum: si Pergama dextra
defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
sacra suosque tibi commendat Troia penatis:
hos cape fatorum comites, his moenia quaere,
magna pererrato statues quae denique ponto.'

TESTIMONIA.

285 sq. 'quae . . . voltus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 10 289 Priscianus 1012 P. 'heu . . . dea' Donatus ad Ter. hec. II 2, 16 Cledonius 1936 290 schol. Hor. carm. IV 6, 3 'hostis h. m.' Nonius 317, 27 'ruit . . . Troia' Nonius 379, 31 Servius Aen. XII 453 ge. I 105 291 'sat . . . datum' Donatus ad Ter. hec. IV 2, 18 293 sq. 'sacra . . . comites' schol. Hor. carm. IV 4, 54 293 Macrobius Sat. III 4, 12 Augustinus de civ. dei I 3 294 'hos . . . comites' Servius Aen. IV 341

VARIA LECTIO.

284 *funera pos*T́ *P* VRBES *P* 285 *defessi asp*ICIMVS *P* caufa (f *in ras.*) *a* c.aufa (*erasa* l) *c* 286 Faedauit *b* *foedavit P* uoltuf *γ* VVLTVS *FMPabc* $\overset{H}{B}$AEC *P* ȦHAEC *M* u$\overset{v}{o}$lnera *γ* VVLNERA *Fbc* 287 *ille nihi*L *P* $\overset{N}{M}$IHIL *M* querentem *γ* uana (uan *in ras.*) *a* morat$\overset{v}{o}$r (o *pr. e corr.*) *a* 288—313 *V fol.* 231 *a* 288 *sed graovit*ER *P* genituf *a*1, gem$\overset{i}{t}$uf *a*2 *duce*NS *V* 289 *heu — n*ATE *P* nocte`*γ*1 $\overset{E}{D}$A (*sup. m. ant.*) *F* ^{b}if *c* 290 *hostis — mur*OS *P* ^{h}ab& *c* alta *Dorvillius, Wagnerus lect. Verg.* 376 A *m. 2 sup. Fa* TROIIA *F* 291 *sat — pria*MO *P* P̀RIATRIAE *F* datum ẽ *b* 292 *defendi — et*IAM *P* 'etiam : *multi distinguunt, ut sit* adhuc ... *sed melius est* etiam hac' *Servius* ha.. *c*1 FVISS*ent V* 293 *sacra — ti*BI *P* COMM*endat — penatis V* PENATES *FMγ2abc* 294 *hos — fatoru*M *P* CAPET *M* m$\overset{o}{a}$enia *b* quaere.. *c* quere *γ* '*multi* quaere *distinguunt et sic subiungunt* : magna pererrato' *e. q. s. Servius* QUAERE | MAGNA·PERERRATO *M* 295 *magna pererra*TO *P* QVAE (A *m.* 2 *add.*) *P* *pont*O *V*

sic ait, et manibus vittas Vestamque potentem
aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

Diverso interea miscentur moenia luctu,
et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque obtecta recessit,
clarescunt sonitus armorumque ingruit horror.
excutior somno, et summi fastigia tecti
ascensu supero atque arrectis auribus asto:
in segetem veluti cum flamma furentibus austris
incidit, aut rapidus montano flumine torrens
sternit agros, sternit sata laeta boumque labores
praecipitesque trahit silvas; stupet inscius alto

TESTIMONIA.

296 sq. Macrobius Sat. III 4, 12 297 Servius Aen. I 358 'effert p. i.' Servius Aen. II 271 299—301 'et . . . sonitus' Priscianus 1030 300 'arboribusque o. r.' Servius Aen. II 706. 725 302 'excutior s.' Servius Aen. III 176 304—308 Macrobius Sat. V 13, 12 Claudius Sacerdos I 163 304 sq. Servius Aen. I 566 V 595 XII 524 'in segetem . . . incidit' Diomedes 459 P. 304 Nonius 395, 12 305—307 'aut . . . silvas' schol. Hor. carm. III 29, 37 305 sq. 'aut . . . agros' schol. Hor. carm. IV 14, 28 305 'aut . . . torrens' Asper 112, 11 K. 307 sq. 'sedet inscius . . . pastor.' Quintilianus VIII 6, 10

VARIA LECTIO.

296 *sic — manib*VS *P* Sic (c *m.* 2) γ AMNIBVS (M N *superscr.*) *V* uitaſ (t *superscr.*) *a* VESTAAM *F* 297 *aeternumque P* aditiſ *γab* adfert *b*1 298 DI-*verso i*NTEREA *V* *diverso interea P* DIVERUERSO *F* Dinerſa *c*1 INTRE (E A *superscr.*) *F* maenia (o *superscr.*) *b* 299 *et magis atque m*AGIS *P* et] AT (E *superscr.*) *M* quamquā. (a *post. e corr.*) *a* QVAM *V* 300 *anchisae domu*S *P* OBTECT*a V* 301 ſonituſ (ſ *utraque e corr.*) *a* INGR*uit horror P* INGr*uit horror V* 302 ſomo (n *superscr.*) (ſo *e corr.*) *a* 303 atq; *m.* 2 *sup. c* arrectiſ. (iſ *m.* 2 *in ras.*) γ adrectiſ *c*1 ERECTIS *ut vid. V* arrectis *Servius* ASTO *Fb*2*c* AS*to P* ADSTO *MVγa* ...to *b*1 304 flamma (ſ *et* m *post. e corr.*) *a* FVRENTIB*us austris P* 305 RABIDVS *ut vid. V* flumina *c* torrent (ſ *superscr.*) *c* *torrens P* 306 ſata *superscr. a* BOVVM *Fc* BOVM *MPVab* bum (o *superscr.*) γ QV*e labores P* 307 precipiteſ γ TRAHET (I *rubr.*) *M* ..... trahit *a* trait *b* stupet] sedet *Quintilianus* INSCIV*s alto P* inſciuſ (ſ *pr. erasa*) *a*

accipiens sonitum saxi de vertice pastor.
tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
insidiae. iam Deiphobi dedit ampla ruinam
Volcano exsuperante domus, iam proximus ardet
Ucalegon, Sigea igni freta lata relucent.
exoritur clamorque virum clangorque tubarum.
arma amens capio; nec sat rationis in armis,
sed glomerare manum bello et concurrere in arcem
cum sociis ardent animi; furor iraque mentem
praecipitant, pulchrumque mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
sacra manu victosque deos parvomque nepotem

TESTIMONIA.

308 Servius Aen. IV 152 'saxi de v. p.' Servius Aen. IV 360 310 sq. 'iam . . . domus' Servius Aen. VI 495 311 sq. 'iam . . . Ucalegon' Quintilianus VIII 6, 26 Donatus ad Ter. Phorm. V 1, 5 Nonius 240, 15 Isidorus orig. I 36, 8 schol. Iuvenal. III 199 Beda de trop. 380 C. 313 'clangorque t.' Diomedes 455 P. 314 hist. Aug. p. 308 Grut. 'nec . . . armis' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 111 316 sq. 'furor . . . praecipitant' Servius Aen. IV 531 318—321 Augustinus de civ. dei I 3 318 'ecce . . . Panthus' Servius Aen. II 203 319 Priscianus 721 320 sq. 'parvum . . . trahit' Servius Aen. II 457

VARIA LECTIO.

308 *sonitu*M *V* ſaxi. (i *e corr.*) *a* paſtor (ſ *e corr.*) *γ* 309 uere *γ*1 MA*nifesta* — *V* PAT*escunt P* 310 deiphoebi *γabc*1 dedit *b* RV*inam V* 311 VOLCANESVPERANTE *P* Vulcano . ſupante (*e e corr.*) *a* cf. 759 uolcano ſuperante *γ* VVLCANO SVPERANTE *MVbc* domoſ *γ* PROX*imus ardet PV* 312 Vcalego N (N *e corr. add.*) *a* ſigaea *c* la . ta *b* REL*ucent P* 313 exo . ritur *γ* CLANGO*rque tubarum* (C *corr. ex* O) *P* 314 STAT *P* RATION*is in armis P* 315 CONC*urrere in arcem P* 316 Cum (C *m. 2 in ras.*) *b* sociiſ (ſ *pr. e corr.*) *a* ita *a*1 *que mentem P* 317 PRAECIPITANT *Mabc*, *Servius* PRAECIPITAT *Pγ*1 PVLCRVM *Pb* SVCCV*rrit in armis P* 318 pantuſ *b* ELABSVS *P* achiuom *γ* achiuum *abc* ACH*ivom P* 319 Pantuſ *b* ATHRYADES *M* otriadeſ *b* ARCHIS (*punct. minio sup.*) *M* *sacerdos P* 320 MANVS *P* uictuſ *γ*1 PARUUM *Myab* pa . ruū *c* PARVVM*que nepotem P*

ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
'quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?'
vix ea fatus eram, gemitu cum talia reddit:
'venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae. fuimus Troes, fuit Ilium et ingens
gloria Teucrorum; ferus omnia Iuppiter Argos
transtulit; incensa Danai dominantur in urbe.
arduus armatos mediis in moenibus astans
fundit ecus, victorque Sinon incendia miscet
insultans. portis alii bipatentibus adsunt,
milia quot magnis umquam venere Mycenis;
obsedere alii telis angusta viarum
oppositi; stat ferri acies mucrone corusco
stricta, parata neci; vix primi proelia temptant

TESTIMONIA.

322 Priscianus 721 Pseudoasconius Cic. p. 106 Or. Servius Aen. I 146 'quo . . . Panthu' Probi inst. I 4, 22 323 Nonius 421, 5 324—327 Macrobius Sat. V 1, 9 324 sq. 'venit . . . Dardaniae' Priscianus 651. 780 P. Nonius 401, 28 324 schol. Gron. Cic. p. 386 Or. 'venit s. d.' Charisius 86 P. 326 sq. 'ferus . . . transtulit' Macrobius Sat. III 9, 15 Nonius 307, 14. 425, 26 schol. Lucani VII 647 332 Probi inst. I 18, 12

VARIA LECTIO.

321 trait *c* CVRRV[S] *P* 'cursu; *legitur et* cursum' (currum *Cass.*) *Servius* que] q: *sup. c* LIMI*na tendit P* 322 phantu *γab* PR*endimus arcem P* pre[n]dimuf *γ* arce m (m *corr. add.*) *a* 323 [a]efatuf *c* gemitu. *ac* R*eddit P* 324 *venit summa P* 325 *dardaniae P* 326 *gloria teucr*ORVM *P* feruf. (f *e corr.*) *a* iupiter *c* 327 *transtulit* iNCENSA *P* Tran[f]tulit *b* danai (a *post. corr. ex* i) *γ* donai *a*1

328 *arduus arma*TOS *P* armato. *c* in] im *c* m[o]enibuf *b* aftanf *ab*2 ...tanf *b*1 ADSTANS *MPγc* 329 *fundit* — *v*ICTOR *P* Fu.dit *a* fudit *m* equ[v]of *a* EQUUS *Mybc* 330 *insultans P* portif. (if *m.* 2 *in ras.*) *γ* al[ı]i *γ* BIBIPATENTIBVS (BI *pr. eras.*) *P* 331 *milia quot P* quod *γa*1*c*1 ueneraf *c*1 myeaenif *c* micenif *γab*

332 *obsedere al*IT (T *corr. in* I) *P* al[i]i *a* 333 oppofiti [f]tat*b* OPPOSITIS·STAT *Mγ*1*a*1*c*1 *oppositi s*TAT *P* co.rufco *a* 334 *stricta* — *n*ECI *P* uix (ix *m.* 2 *in ras.*) *γ* prima *c*1 praelia *b*

portarum vigiles et caeco Marte resistunt.'
talibus Othryadae dictis et numine divom
in flammas et in arma feror, quo tristis Erinys,
quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
addunt se socios Ripheus et maximus armis
Epytus oblati per lunam Hypanisque Dymasque,
et lateri adglomerant nostro, iuvenisque Coroebus
Mygdonides: illis ad Troiam forte diebus
venerat insano Cassandrae incensus amore,
et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
infelix qui non sponsae praecepta furentis
audierit.
quos ubi confertos audere in proelia vidi,
incipio super his: 'iuvenes, fortissima frustra

TESTIMONIA.

340 'oblati per l.' Servius Aen. II 255 341—344 'iuvenis . . . ferebat' Macrobius Sat. V 5, 7 341 'et . . . nostro' Nonius 36, 22 344 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 86 'et gener a.' Servius Aen. III 330 347 Arusianus p. 217 L. 348—353 'iuvenes . . . ruamus' Isidorus orig. I 36, 20 348 'incipio s. h.' Pompeius p. 48 L.

VARIA LECTIO.

335 *portarum vigiles P* ceco γ reſiſtent *c* 336 *talibus othryad*AE *P* OTHRYADE *M* othriadae *b* diuom γ DIVVM *Mabc* et numine divom *damnavit Peerlkampus, legit Servius* 337 *in flammas et in P* ERYNIS *P* ERYNIS *M* erinif *γbc*2 erenif *c*1 338 *quo — voca*T *P* quod γ ad *superscr.* γ aetera *b* 339 *addunt se socios P* ſotiuſ *b*1 RIPHAEVS *P* rypheuſ *b* ripheuſ (*sed* riphe *in ras.*) *a* rhipenſ *c* 340 *epytus — pe*R *P* AEPYTUS *P* Epytuſ (y *in ras.*) *a* Aepituſ *b* Epituſ *c* hyphaniſ *γa* dimaſ *γc* 341 *et — adglom*ERANT *P* adglomerat *a* corebuſ *b* 342 *mygdonides ill*IS *P* migdonideſ *abc* illis qui ad *Macrobii exempl.* AT *P* 343 *venerat insan*O *P* inſano (a *e corr.*, o *in ras.*) *a* caſandre *c* 344 *et gener auxiliu*M *P* phygibuſ *γc* frygibuſ *b* 345 *infelix qui non P* 346 Audierat *cm, in mg. m.* 2 *add. b audierit P* 347 AVDER *P* ardere *Gronovius ad Senecae Herc. fur.* 779 *et Burmannus : cf.* XII 71 praelia *b* VIDi *P*
348 Incipio *in ras. a* FORTISS*ima* FRV*stra P* '*ordo talis est:* iuvenes, fortissima pectora, frustra succurritis urbi incensae, quia

pectora, si vobis audentem extrema cupido
certa sequi, quae sit rebus fortuna videtis.
excessere omnes adytis arisque relictis
di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
incensae: moriamur, et in media arma ruamus.
una salus victis nullam sperare salutem.'
sic animis iuvenum furor additus. inde lupi ceu
raptores atra in nebula, quos inproba ventris
exegit caecos rabies, catulique relicti
faucibus expectant siccis, per tela, per hostis
vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.

TESTIMONIA.

350 'quae ... videtis' Asper 112, 16 K. 351 sq. 'excessere ... steterat' Macrobius Sat. III 9, 1 Augustinus de civ. dei II 22 cf. ibid. III 7. 14 Orosius VI 1 'excessere ... di' Macrobius Sat. V 22, 7 Arusianus p. 228 L. Augustinus de civ. dei III 15 353 'moriamur ... ruamus' Priscianus 1040 P. 354 Seneca nat. qu. VI 2, 2 Vegetius de re milit. III 21 Iulius Rufinianus p. 243 R. Prisciani praeexerc. p. 360 C. schol. Lucani V 693 355—360 Macrobius Sat. V 5, 9 355 sq. 'inde ... nebula' Quintilianus VIII 3, 72 355 'lupi ceu' Terentianus Maurus 474 Diomedes 456 P. 356 sq. 'quos ... rabies' Nonius 291, 12

VARIA LECTIO.

excesserunt omnes dii, unde si vobis cupido certa est me sequi audentem extrema, moriamur et in media a. r.' *Servius* 349 audentem *a2b*, *Isidorus* audent^{em} *γ2* audentẽ (tẽ *in ras.*), *in mg.* ł audendi *c* AVDENDI *Mγ1a1* AVDEN— *P* '*multi* audendi *legunt, multi* audenti, *sed neutrum procedit. Ergo* audentem *legendum est' Servius.* audendi e. cupido certa, sequi *usu infinitivi Homerico, non Vergiliano Ladevicus progr. Neostr. a.* 1853 *p.* 22, *refutatus a Wagnero lectt. Verg.* 377 CVPIDo *P* 350 que *γ* VIDETis *P* 351 discessere *Augustinus: cf. Orosius* aditiſ *ab*. aditiſ. (a *corr. ex* u, iſ *ex* u), *in mg.* ał audit' *γ* RELICTIs *P* relictuſ *a1* 352 DII *MPγac* STE^{T}SERAT *P* SVCCVRRItis *urbi P* 353 IN$^{E\cdot}$CENSA *M* Ruamus *P* 355 LVpi *ceu P* 356 nebula (e *m.* 2 *e corr.*) *a* IMPROBA *M* Ventris *P* 357 Exaegit *b* 358 EXSPECTANT *Mac* Per *hostis P* HOSTES *M* ^{h}oſtiſ *b* oſtiſ *c* 359 *mediaeque tenemus P* 360 nox ... umbra *aliunde assuta esse conl.* 340 *conicecit Ortuinus, cui adsentiri mavult Peerlkampus quam ex Hor. serm.* II 1, 58 nox *in* mors *mutare; et legit* nox *Servius : nobis tibicen sane, sed is Vergilianus videtur. cf.* 397. 420. 621 CIRCVMVolat *umbra P*

quis cladem illius noctis, quis funera fando
explicet aut possit lacrimis aequare labores?
urbs antiqua ruit multos dominata per annos;
plurima perque vias sternuntur inertia passim
corpora perque domos et religiosa deorum
limina. nec soli poenas dant sanguine Teucri:
quondam etiam victis redit in praecordia virtus,
victoresque cadunt Danai. crudelis ubique
luctus, ubique pavor et plurima mortis imago.
Primus se Danaum magna comitante caterva
Androgeos offert nobis, socia agmina credens,
inscius, atque ultro verbis compellat amicis:
'festinate, viri. nam quae tam sera moratur
segnities? alii rapiunt incensa feruntque
Pergama; vos celsis nunc primum a navibus itis?'

TESTIMONIA.

361—363 Macrobius Sat. V 1, 10 361 sq. 'quis enim cladem illius temporis, quis fando funera explicet aut aequare lacrimis possit dolores' Orosius II 18 'quis . . . explicet' Servius Aen. X 602 363 Priscianus 798 P. 365 sq. 'perque . . . limina' Macrobius Sat. IV 3, 13 367 Priscianus 1018 Alcuini gramm. 2124 Agroetius 2268 P. schol. Hor. carm. III 5, 29 Servius Aen. III 414 368 'victoresque c. D.' Servius Aen. III 288 369 schol. Veron. 102, 14 K. 'et . . . imago' Servius Aen. VIII 557 370 sq. 'primus . . . nobis' Priscianus 602 373 sq. 'festinate . . . segnities' Nonius 441, 32 373 'festinate v.' Servius Aen. IV 573 374 sq. 'alii . . . Pergama' Nonius 302, 32 375 'nunc . . . itis' Servius Aen. II 254

VARIA LECTIO.

361 FVNE*ra fando P* 362 *labores P* laborē *b*1 dolorem *Macrobius* dolores *Orosius* 363 URB·.·.S *M* DOMINAT*a per annos P* agitata *Prisc. Lugd.* 364 IN*ertia passim P* inaertia *b* 365 domoſ (o *post. e corr.*) *a* relegioſa *γ* relligioſa *bc*, *Servius* DE*orum P* 366 SANGV*ine teucri P* 367 PR^A^ECORDIA *M* PRAE*cordia virtus P* sanguis *Prisciani φ* 368 CRUDELI*s ubique P* crudeleſ *a*1 369 pavorque *schol. Veron.* MOR*tis imago P* 370 *primus se da*NAVM *P* 371 *androgeos of*FERT *P* Androgeoſ *γb*2*c*, *Prisciani Reg.*, *testatur Servius* Androge^v^oſ *a* ANDROGEUS *Mb*1, *Prisciani ω* offe^r^&*c* 372 *inscius atq*VE *P* 373 *festinate P* .tã. *in ras. c* morat^v^or *b* 374 *segnities ali*I *P* aliiſ *a*1 375 *pergama vos* ICELSIS *P* A′ *M* a *fort. e corr. γ*

dixit, et extemplo (neque enim responsa dabantur
fida satis) sensit medios delapsus in hostis.
opstipuit retroque pedem cum voce repressit.
inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem
pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
attollentem iras et caerula colla tumentem:
haut secus Androgeos visu treme factus abibat.
inruimus densis et circumfundimur armis,
ignarosque locī passim et formidine captos
sternimus: adspirat primo Fortuna labori.
atque hic successu exultans animisque Coroebus
'o socii, qua prima' inquit 'fortuna salutis
monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur:

TESTIMONIA.

377 'sensit . . . hostis' Charisius 241 Priscianus 1183. 1188. 1189. 1199. 1205 P. 379—382 Macrobius Sat. V 5, 11 379 sq. 'inprovisum . . . nitens' Iulius Rufinianus 215 R. 'veluti . . . nitens' Nonius 365, 22 380 'pressit h. n.' Nonius 353, 16 Arusianus p. 249 L. 'humi n.' Servius Aen. I 193 381 (cf. anonymus Hauptii de gen. nom. 81, 11: dorsum generis neutri ut Vergilius 'dorsum immane mari' et alibi 'dorsa caerulea') 385 'aspirat p. F. l.' Arusianus p. 217 L. Servius Aen. III 529

VARIA LECTIO.

376 *dixit et ext*EMPLO *P* 377 *fida* — *s*ENSIT *P* DELABSVS *Pa* dilapſuſ *γ*2, *Charisii cod.* illapsus *Priscianus* oſtiſ *a* hoſteſ *b* 378 obſtipuit *γc opstipuit P* repraeſſit *b* 379 *inprovi*SVM *P* ∴∴ PROUISUM *M* 380 *pressit P* Praeſſit *c* humo *Arusianus* humi *testatur Servius et hic et ad* I 193 trepid^{v}iſ *c* 381 : *cf. ge.* III 421 *attol*lENTEM *P* Adtollentem *b* dorsa *anon. de gen. nom.?* 382 *haud* — *and*ROGEOS *P* Haut *γ*1 HA·UT *M* H^{a}ud (d *e corr.*) *b* Haud (d *e corr.*) *a* Haud *c* androge^{v}oſ*γ* ANDROGEUS *Mac* andro^{g}ieuſ *b* .abibat *c* 383 *inruimus dens*IS *P* circumſundimur (*sed* r *post. e corr.*) *ab* circumfundimuſ (ſ *corr. in* r) *c* circumf^{n}udimuſ (ſ *corr. in* r) *γ* CIRCVMFVDIMVS *P* : *cf.* III 635. *Ceterum vix credo Vergilium hunc versum et simillimum* 409 *tam exiguo spatio distinctos sic relicturum fuisse.* 384 *ignarosque loc*I *P* Ignaroſ (o *e corr.*) *b* 385 *sternimus adspi*RAT *P* aſpirat *b* 386 *atque hic succe*SSV *P* ·Adquae *c* ſucceeſu *c* cho^{S}rebuſ *b* 387 *o* — *pri*MA *P* QUAE *Ma*1 qua. *γ* inquid *γa*1 ꝈALVTIS (*corr. m.* 2) *P* 388 *monstrat iter P* oſtendit (ſtendit *in ras.*) *a*

mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis
aptemus. dolus an virtus, quis in hoste requirat?
arma dabunt ipsi.' sic fatus deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
induitur laterique Argivom accommodat ensem.
hoc Ripheus, hoc ipse Dymas omnisque iuventus
laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat.
vadimus inmixti Danais haud numine nostro,
multaque per caecam congressi proelia noctem
conserimus, multos Danaum demittimus Orco.

TESTIMONIA.

389 'mutemus c.' Servius Aen. III 286 390 'dolus . . . requirat' Macrobius Sat. V 16, 7 Servius Aen. II 341 391 sq. 'deinde . . . galeam' Servius Aen. III 468 392 'Androgei g.' Charisius 71 P. Servius Aen. VI 20 'Vergilius: Androgeos Androgei' Probi inst. II 1, 39 393 'lateri . . . ensem' Nonius 71, 10. 244, 14 Arusianus p. 212 L. 394 sq. 'hoc Ripheus . . . facit' Claudius Sacerdos I 145 'omnis . . . facit' Servius Aen. I 35 396 Nonius 143, 31 Donatus ad Ter. adelph. V 6, 8 'vadimus i. D.' Servius Aen. I 487 397 sq. 'multa . . . conserimus' Nonius 270, 22 397 'per caecam noctem' Servius Aen. II 255 398 'dimittimus O.' schol. Port. 6

VARIA LECTIO.

389 *mutemus P* mutamuſ *γ*1 *clipe*OS *P* clypheoſ *b* 390 *aptemus dolus P* qui[f]c [h]oſte *b* requirit *Macrobii ω excepto Salisb.* 391 *arma —i*PSI *P* 'arma: *subdistingue, ut sit quasi interrogantis, ut responsio:* dabunt ipsi' *Servius* factuſ *a*1*b*1*c*1 coma[N]tem *a* 392 *androgei gale*AM *P* clypei *γb* 393 INDUI[TUR] (T *et* R *col. rubro*) *M* ARGIVVM *libri, om. Arusianus* ACCOMMO*dat ensem P* accommodat (c *pr. e corr.*) *a* adcomodat *b* 394 Ripheuſ *γac*, *Claudii Sacerd. cod.* RIPHAEUS *M* rhipeuſ *b* RIPEVS *P* 'hoc ipse: *multi hic distinguunt, et ad Aeneam referunt, et ideo subiungit:* spoliis ... armat. *Alii* hoc ipse Dymas *distinguunt' Servius.* dimaſ *ab*1 IVVE*ntus P* iuuentuſ (uſ *e corr.*) *a* 395 ſpoliiſ (ſ *pr. in ras.*) *a* *armat P* 396 IMMIXTIS *M* inmix.ti *a* haut *γ*1 NVMIN*e nostro P* n[v]omine noſtro *γa* 397 pr[o]aelia *b* *Noctem P* 398 demittimuſ *γ*2*b*2*c*2, (emi *in ras.*) *a* : *ut* II 85 IX 527 X 664 DIMITTIMVS *MPγ*1*b*1*c*1, *schol. Port.* : *cf. ad* V 692 *orco P* arco *c*1

diffugiunt alii ad navis et litora cursu
fida petunt, pars ingentem formidine turpi
scandunt rursus ecum et nota conduntur in alvo.

Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
ecce trahebatur passis Priameia virgo
crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
ad caelum tendens ardentia lumina frustra,
lumina, nam teneras arcebant vincula palmas.
non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,
et sese medium iniecit periturus in agmen.
consequimur cuncti et densis incurrimus armis.
hic primum ex alto delubri culmine telis
nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
armorum facie et Graiarum errore iubarum.

TESTIMONIA.

401 Nonius 249, 28 'et . . . alvo' Arusianus p. 240 Pompeius p. 400 Servii ars p. 533 L. Servius Aen. I 176 402 Prisciani praeexerc. p. 360 Cap. Servius Aen. VI 104 403 sq. 'ecce . . . crinibus' Donatus ad Ter. adelph. IV 7, 4 'passis . . . crinibus' Priscianus p. 870 P. 'ecce trahebatur a templo adytisque Minervae' Macrobius Sat. IV 3, 14 'nonnunquam Virgilius in una re ad augendum pathos duobus aut pluribus locis coniunctis utitur . . . circa Cassandram ex modo: ecce trahebatur, ex habitu corporis: passis . . . crinibus, ex loco: a templo adytisque M.' idem IV 5, 21 405 'ad . . . lumina' Nonius 410, 33 Servius Aen. XI 818 407 Nonius 386, 24 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 115 410 sq. 'telis . . . caedes' Priscianus 880 412 Servius Aen. XI 885

VARIA LECTIO.

399 nauef *γ2abc* littora *b1c* 400 formine (di) *c* TVR*pi P* 401 Sca(n)dunt *a* fcandere *Moretanus* EQUUM *Mγabc* CONDVNTV*r in alvo P* 403 ECE *P* 404 cafandra *γabc* aditif *γab* MIN*ervae P* 405 *sq.* = *Ciris* 402 *sq.* LVM*ina frustra P* 406 .arcebant (*erasa* f) *a* *vincula palmas P* 407 HANC *P* MEN*te coroebus P* COERIB· (O E) (*corr. minio*) *M* chorebuf *b* 408 INICIT (E) (*corr. m.* 2) *P* iecit *a* iecit (in) *m* moriturus *ab* AGM*en P* agmen. (m *e corr.*) *a* 409 INCV*rrimus armis P* 410 PRIMVM *P* culmine (u *ex corr., fort.* a) *γ* T*elis P* 411 obluimur *c1* M*iserrima caedes P* miferima (r) *ac* cedif *a* 412 faciae *γ* galearum *a* gra . iarũ *b* *iubarum P*

tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira
undique collecti invadunt, acerrimus Aiax
et gemini Atridae Dolopumque exercitus omnis,
adversi rupto ceu quondam turbine venti
confligunt, Zephyrusque Notusque et laetus eois
Eurus equis; stridunt silvae, saevitque tridenti
spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.
illi etiam, siquos obscura nocte per umbram
fudimus insidiis totaque agitavimus urbe,
apparent; Priami clipeos mentitaque tela
adgnoscunt atque ora sono discordia signant.
ilicet obruimur numero; primusque Coroebus

TESTIMONIA.

413 Priscianus de accent. 7 'ereptae v. i.' Donati ars I 5, 3 Maximi Vict. ars 17 Sergius in Donat. 24 p. 487 Endl. Diomedes 430 P. Marcianus Capella V 518 414 'undique c. i.' Servius Aen. II 727 'acerrimus A.' Probi inst. I 2, 3 Probi ars minor 112 p. 249 Endl. auct. class. A. Mai V 173 415 'gemini A.' Servius Aen. III 180 416—419 Macrobius Sat. V 13, 14 416—418 'diversi magno ceu . . . equis' Macrobius Sat. VI 2, 28 417 sq. 'et . . . equis' Isidorus orig. V 31, 14 Servius Aen. I 35 XI 4 418 'stridunt s.' Probi inst. II 3, 4 Claudius Sacerdos II 107 420—422 'illi . . . apparent' Nonius 313, 3

422 'mentitaque tela' Macrobius Sat. VI 6, 17 424 sq. 'primus . . . dextra' anon. de nom. 29 p. 135 Endl.

VARIA LECTIO.

413 tum̄ (m *e corr.*) *a* tunc *Servii exempl.* EREPTE *M* VIRG*inis ira P* 414 ACERRI*mus aiax P* 415 dolopumue *bc* EXERC*itus omnis P* exercituſ (ſ *e corr.*) *a* 416 *adversi rupt*O *P* Aduerſiſ *b*1 diuersi magno ceu *Macrobii* VI 2, 28 *exempl.* condã *bc* 417 *confligun*T *P* zepiruſ *a* zaepheruſ (zephoerus?) *c* notiſ *a* nothuſ *c* eoi.ſ *a* 418 *om., add. literis rubris ima pag. sic:* ∴∴∴ EQUIS STRIDEN ∴∴∴∴∴∴//EVRVS EQVIS STRIDVNT SILVE SAEVITQ· TRIDENTI *M* *eurus* — *st*RIDVNT *P* TRIDENDI (*corr. m.* 2) *P* tridenti. (*erasa* ſ) *a* 419 *spumeus atq*VE *P* imo (i *e corr.*) *a* 420 *illi* — *q*VOS *P* 421 *fudimus in*SIDIIS *P* fundimuſ *γ*1*a*1 AGTAVIMVS *P* 422 *apparent P* *p*RI.MI (*ante* M *fuit fort.* A) *P* PRIMI *Mγabcψ* *Sententiam sic interpretor:* adgnoscunt mentita arma, clipeos et tela, non Graecorum, sed Priami Troianorumque esse. clypeoſ *γ* 423 A.gnoſcunt *c* agnoſcunt *γab adgnoscu*NT *P* adq; *a, om. γ* 424 *ilicet obru*IMVR *P* ILLICET (L *post. fere abras.*) *M* I.licet *abc* choroebuſ *γ* coreb: *b*

Penelei dextra divae armipotentis ad aram
procumbit; cadit et Ripheus, iustissimus unus
qui fuit in Teucris et servantissimus aequi
(dis aliter visum); pereunt Hypanisque Dymāsque
confixi a sociis; nec te tua plurima, Panthu,
labentem pietas nec Apollinis infula texit.
Iliaci cineres et flamma extrema meorum,
testor, in occasu vestro nec tela nec ullas
vitavisse vices, Danaum et, si fata fuissent,
ut caderem meruisse manu. divellimur inde
Iphitus et Pelias mecum (quorum Iphitus aevo

TESTIMONIA.

425 sq. 'Penelei . . . procubuit' Charisius 71 P. 'divae . . . procubuit' Macrobius Sat. IV 3, 14 426 sq. 'cadit . . . Teucris' Nonius 266, 12 427 Arusianus p. 260 L. 'servantissimus a.' Servius Aen. V 851 X 9 ge. II 398 428 'dis a. v.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 4. 2, 18 Seneca epist. 98, 4 431 Donatus ad Ter. Andr. III 3, 9 Servius Aen. I 488 'Iliaci c.' de gen. nom. 76 H. Servius Aen. VI 351 432 sq. 'testor . . . Danaum' schol. Lucani VI 204 432 'testor in o. v.' Servius Aen. II 155 433 'vitavisse v. D.' Servius Aen. III 376 434—436 'divellimur . . . gravior' Iulius Rufinianus p. 241 R. 434 sq. 'divellimur . . . mecum' Priscianus 919 Donatus ad Ter. Andr. III 2 39 'Iphitus et P. mecum divellimur inde' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 8 435 sq. Quintilianus IX 3, 35 anecd. Paris. Ecksteinii 11, 4 'quorum . . . Ulixi' Diomedes 411 Augustinus de gramm. 2013 P.

VARIA LECTIO.

425 *penelei d*EXTRA *P* Penelei (i *in ras.*) *b* 'Penelei dextra, *aut ut alii tradiderunt*, Peneleo' *anon. de nom.* Penelei *testatur Charisius* 426 *procu*MBIT *P* procubuit *Charisii et Macrobii* ω .cadit *a* RIPHEUS *Mγac* Rifeus *Nonii exempl.* RIPHAEVS *P* rypeuſ *b* 427 *qui fui*T *P* equi *in ras. a* 428 *dis — visum P* visum est *Seneca* PEREVNTT *P* .iphaniſ (*eras. fort.* r) *γ* hypaniſ (hy *in ras.*) *a* dimaſ *γab* 429 *confixi a sociis P* phantu *b* 430 *labentem pieta*S *P* NEQVE *Pγ* apolloniſ *c*1 431 *iliaci — et P* ILLACI (L *post. corr. in* I) *M* cineriſ *c*1 flamma. *γ* 432 *testor in occas*V *P* ullaſ (a *corr. ex* o, ſ *corr. add.*) *a* .el^{v}lu^{a}ſ *c* 433 *vitavisse vices P* Danaum *ad* manu *pertinere vidit Peerlkampus.* vices Danaum *coniungunt cum M Servius et schol. Lucani* fa.ta *γa* 434 *om., imo mg. add. b* *ut caderem mer*VISSE *P* manu diuellimur (manudi *et* imu *in ras.*) *a* 435 *iphitus et pelias P* Iphituſ (phit *in ras.*) *a* Iphytuſ *b* ipithus *Diomedis Par. A et Monac.* epithus *Diomedis Par. exc. : cf.* 340 epitus *bis anecd. Paris.* corum *a*1 q^{v}orum *a*2 iphytuſ *γb*

iam gravior, Pelias et volnere tardus Ulixi),
protinus ad sedes Priami clamore vocati.
hic vero ingentem pugnam, ceu cetera nusquam
bella forent, nulli tota morerentur in urbe,
sic Martem indomitum Danaosque ad tecta ruentis
cernimus obsessumque acta testudine limen.
haerent parietibus scalae, postisque sub ipsos
nituntur gradibus, clipeosque ad tela sinistris
protecti obiciunt, prensant fastigia dextris.
Dardanidae contra turris ac tota domorum
culmina convellunt (his se, quando ultima cernunt,

TESTIMONIA.

436 'et . . . Ulixi' Gellius IX 12, 17 Philargyrus ge. III 226 441 'obsessum . . . limen' Servius Aen. XI 585 442 sq. 'postesque . . . gradibus' Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 261 L. Probi ars minor 314 Priscianus 1000 P. 445 sq. 'turres . . . convellunt' Priscianus 744 445 'turres ac tecta d.' Cledonius 1903 P. Servius Aen. IX 530

VARIA LECTIO.

436 *iam gravi*OR *P* uolnere *γ* UULNERE *Mb* uulnera *ac*1 VLIXeI *P* ulixei *ac* olixis *anecd. Paris.* 437—457. 458—468 *F fol. XXI* 437 *protinus ad sed*ES *P* AD *m.* 2 *sup. F* ſedem *b* 438 *hic — ingent*EM *P* 439 florent *c*1 MORERE G VR (NT *corr. m.* 2) *P* morirent *c*1 VRB*e P* 440 matem (r) *a* AT *P* TEC*ta ruentis P* 441 ATRA (ACTA) *F* LIM*en P* 442 POSTES *Fγbc, Prisciani ω* poteſ (f) *a* postis *testatur Probi ars minor* Ipsos *P* 443 clypeoſ *γb* adtela (ad *in ras.*) *c* ACTELA *MPγa*1, *ortum, ni f., ex scriptura* at tela. ADTECTA (ACTELA) *F: cf.* 445. 'ad tela, *id est contra tela, et hoc verum est, nam si* ac tela, *sinistris manibus simul tenent tela et scutum, cum se tegunt.' Servius* SIN*istris P* 444 praeſfant (n) *c* DEX*tris P* 445 contra *c* econtra *Moret. pr.* turreſ *b, Prisciani ω* et *Pierii χ, Prisciani ω* TOTA DOMO*rum* (CT *m.* 2, *eras.*) *P* tota domorum (tecta *m.* 2) *γ* tuta domorum *a* TECTADOMORUM (*erasis literis quibusdam supra*) *F* TECTADOMORUM *Mbc, Priscianus, Cledonius Putschii.* 'tecta *participium est . . . quamvis legatur et* tota domorum' *Servius* 446 HIS *m.* 2 *sup. F* VLTIM*a cernunt P*

extrema iam in morte parant defendere telis),
auratasque trabes, veterum decora illa parentum,
devolvont; alii strictis mucronibus imas
obsedere fores, has servant agmine denso.
instaurati animi regis succurrere tectis
auxilioque levare viros vimque addere victis.

Limen erat caecaeque fores et pervius usus
tectorum inter se Priami, postesque relicti
a tergo, infelix qua se, dum regna manebant,
saepius Andromache ferre incomitata solebat
ad soceros et avo puerum Astyanacta trahebat.
evado ad summi fastigia culminis, unde

TESTIMONIA.

448 'decora a. p.' Priscianus 772 P. 449 sq. 'strictis . . . fores' Servius Aen. II 485 'imas o. f.' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 38 452 Nonius 420, 30 453 Nonius 336, 7 455 sq. 'infelix . . . solebat' Servius Aen. XI 563 456 sq. 'ferre . . . soceros' Probi ars minor 536 auct. class. A. Mai V 248 456 Charisius 240 P. 458 'evado . . . culminis' Nonius 294, 10

VARIA LECTIO.

447 iam morte *c* TEL*is P* 448 Auraſ[la] *b* ILLA *Pa*1 ILLA[ALTA] (*corr. m. ead. ut* 441) *F* alta *m. rec.*, *sed erasa lectione antiqua γ*, *ut primo scriptum fuisse* illa *coniciat Heinsius.* ALTA *Ma2bc, Priscianus: cf.* I 429 PAREN*tum P* 449 DEVOLVVNT *FMPγbc* Deuolunt[u] *a* alii *om., add. in mg. c* 450 OBSIDERE *F* foraſ *b*1 HAS SERVANT (H *m.* 2 *add.*) *P* [t]afferuant *γ : cf.* 763 'has servant; *alii* adservant' (*om. Cass.*) *Servius : cf.* 446 VI 298. *An* ac servant? 451 Inſtaura*·ti *c* Inſtaurato *a*1 ſuccurr[re]e *a* ſuccurr[re]e *c* T*ectis P* 452 AVXILI[O] *F* UIRO[S·] *M* VIA[M] *F* uim *in ras. a* ADDEREUICTIMS *M* ADD*ere victis P*

453 CAE[CAE] *F* CAECE[A] *M* VIVS[PER] *F* PERVIV*s usus P* 454 poteſ[ſ] *a* R*elicti P* 455 t. ergo (t *in ras.*) *a* 'dum, *donec* ... *alii tamen* cum *legunt*' *Servius.* MA*nebant P* monebant *γ*1 456 andromachae *b* incomitate *c*1 INCOMIT*ata solebat P* ſolebant *a*1 457 *om. Goth. pr., interpretatur Servius* AT (T *corr. in* D) *M* ASTYANACT*a trahebat P* [λ]STYANACTA *M* aſtianacta *γ* aſtyanacte *c*1 trahebant *γ*1 458 'evado, e *vacat*, *ut* emortuus. *Sane minus est* hac, *id est* hac evado' *Servius*, *et* evado hac summi *coniecit Guietus : cf.* IV 685 ſummiſ *γ*1 undae *c*1 *unde P*

tela manu miseri iactabant inrita Teucri.
turrim in praecipiti stantem summisque sub astra
eductam tectis, unde omnis Troia videri
et Danaum solitae naves et Achaica castra,
adgressi ferro circum, qua summa labantis
iuncturas tabulata dabant, convellimus altis
sedibus inpulimusque: elapsa repente ruinam
cum sonitu trahit et Danaum super agmina late
incidit. ast alii subeunt, nec saxa nec ullum
telorum interea cessat genus.

Vestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrhus
exultat, telis et luce coruscus aëna;
qualis ubi in lucem coluber mala gramina pastus,

TESTIMONIA.

460 sq. 'turrim . . . eductam' Priscianus 761 460 Priscianus 757 'turrim . . . stantem' Gellius XIII 21 Charisius 25 P. eiusdem excerpta 541 K. 467 'ast a.' gloss. Portense p. 6 469 sq. Gellius II 3, 5 470 'et luce c. a.' Macrobius Sat. V 12, 2 Arusianus p. 218 L. 471—475 Macrobius Sat. V 5, 12 471 'coluber . . . pastus'

VARIA LECTIO.

459 ĖTELA *M* INERTIA, *in mg. m.* 2 IRRITA *F* irrita *γ2a2b* Teucri *P* 460 TVRREM *ut vid. F* turrim *confirmant Valerius Probus apud Gellium et Priscianus* turrem *Charisius* p̃capiti *c* SVMM*isque sub astra P* 461 VID*eri P* 462 *om. Goth. tert.* *et* — *so*LITAE *P* ACHAICA *MPab*, *Servii exempl.* : *cf.* 27 V 623 ac[h]aica *γ* achai[c]a *c* ACHAIA *Fχ* 463 *adgressi fer*RO *P* Aggreſſi *b* que *γ*1 LA-[A]BENTIS (*sup. col. rubro*) *M* labanteſ *γ* 464 *iuncturas t*ABVLATA *P* 465 *sedibus inp*VLIMVS *P* ſedimuſ *γ*1 IMPVLIS [MU] *F* impulimuſ *γ2c* elapſa *ut* XII 356 *γu* ELAPSA [A] *P* ealapſa (ea *in ras.*) *b* EALAPSA *M*: *cf.* VI 100 EALABSA *F* ealapſa. *c* RVENTE [EP] *P* repente *Servius* RVINAM (M *m. rec.*) *M* 466 *cum sonitu P* ſonitu.. *a* 467 *incidit ast P* aſt alii (ſt alii *in ras.*) *a* SVBEvNT (V *m.* 2 *add.*) *P* ne[c]ullum *a* 468 *telorum in*TEREA *P* 469 *vestibulu*M *P* PYRRVS *Pyc* pirruſ *a* phyrruſ *b* 470—482 *Veron. fol.* 228 *a* 470 *exultat te*LIS P tœliſ *c* corruſcuſ *a*1 aena *superscripto* h *in libro 'mirandae vetustatis, qui ipsius Virgilii fuisse credebatur' apud Gellium* 471 *qualis u*BI *P* Qualiſ *b* COLVBER (V *an* O *non liq.*) *V*

frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
nunc positis novos exuviis nitidusque iuventa
lubrica convolvit sublato pectore terga,
arduos ad solem, et linguis micat ore trisulcis.
una ingens Periphas et equorum agitator Achillis,
armiger Automedon, una omnis Scyria pubes
succedunt tecto, et flammas ad culmina iactant.
ipse inter primos correpta dura bipenni
limina perrumpit, postisque a cardine vellit
aeratos; iamque excisa trabe firma cavavit
robora et ingentem lato dedit ore fenestram.
apparet domus intus et atria longa patescunt,
apparent Priami et veterum penetralia regum,

TESTIMONIA.

Nonius 201, 19 Arusianus 251 L. 'mala g. p.' anon. Hauptii de gen. nom. 80, 13 475 'et . . . trisulcis' Nonius 448, 22 476 'una i. P.' Probi inst. I 4, 13 477 'armiger A.' Probi inst. I 4, 11 478 Servius Aen. II 723 IV 10 'et . . . iactant' Nonius 328, 9 482 'et . . . fenestram' Nonius 459, 15 Servius Aen. II 464 XII 453

VARIA LECTIO.

472 *frigid*A *P* frigido *γ*1 473—475 : *cf. ge.* III 437—439 473 *nunc p*OSITVS *P* poſituſ *γ*1 po . ſit . iſ (it *in ras.*, i *post. corr. ex* u) *a*
l
NOVVS *MVγabc* NOIVVS *P* EXVVIS *P* 474 : *cf. ge.* III 426 *lubrica* CO*nvol*VIT *P* CONVOLVENS, *sup. m.* 2 ENT *ut vid.*, *V* (*ge.* III 426) PEC*tore V* pectore terga (eterg *in ras.*) *a* 475 *arduus ad solem P* Arduuſ (u *post. in ras.*) *a* ARDVVS *MVγbc* TRI*sulcis V*
p
476 *una — peri*PHAS *P* periſhaſ *b* EQVOR*um agitator V* ACHILLES *Pb*1 477 *armiger autom*EDON *P* autome . don (e *m.* 2 *in ras.*) *γ*
h
OMNES *M* ſcyria (ſcy *in ras.*) *a* ſciria *b* ſciria *c* 478 *succedunt P* *tect*O *P* muro *Servius ad Aen.* II 723 flammam ad fastigia *Servius l. l.* AT *P* IACTA*nt V* 479 *ipse inter primo*S *P* BIPENNI (E *an* I *non liq.*) *V* bipenni *confirmat Servius* 480 *limina perrum-*
CISA
PIT *P* POSTES *Mabc* 481 *aeratos iamqu*E *P* EX *P* exciſſa *γ*1*a*1 EXCIS*a trabe fir*MA *V* firma (a *m.* 2) *γ* 482 *robora et inge*NTEM *P* *lato — ore V* 483—496 *Veron. fol.* 228 *b* 483 *ap-*
ATRIALONGE (?) PATESCVNT
paret domus P INTVSETVETERVMPENETRALIAREGVM *V* 484 *om. V* *apparent pria*MI *P* uenturum *γ*1 ue . te . rum *γ*2 ∴ NETRALIA *M*

armatosque vident stantis in limine primo.

At domus interior gemitu miseroque tumultu
miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes
femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.
tum pavidae tectis matres ingentibus errant,
amplexaeque tenent postes atque oscula figunt.
instat vi patria Pyrrhus: nec claustra nec ipsi
custodes sufferre valent; labat ariete crebro
ianua, et emoti procumbunt cardine postes;
fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
immissi Danai et late loca milite complent.
non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis
exit oppositasque evicit gurgite moles,

TESTIMONIA.

486 sq. 'domus . . . miscetur' Iulius Rufinianus 221 R. 490 Servius Aen. III 351 'amplexaeque t. p.' Probi ars minor 314 491 'instat . . . Pyrrhus' Nonius 420, 29 491 sq. 'nec claustra . . . valent' Nonius 396, 29 492 sq. 'custodes . . . ianua' Beda de metr. 2371 'labat . . . ianua' Priscianus 803 P. Eutychius II 1 anon. de verbo 42 p. 175 E. 492 'labat a. c.' Priscianus 612 493 'et . . . postes' Nonius 202, 18 'emoti . . . postes' schol. Hor. carm. IV 15, 11 496—499 'non sic . . . trahit' Macrobius Sat. V 5, 13 496 sq. 'non . . . exit' Diomedes 459 P. Nonius 296, 18 Servius ecl. V 82 'cum . . . moles' Donatus ad Ter. adelph. IV 4, 16 'cum . . . exit' Servius ge. I 116 497 'oppositasque . . . moles' Probi inst. I 18, 12

VARIA LECTIO.

485 STANTES *Mγ2ab1* P*rimo P* priamo *a1* 486 ad *γ1* domoſ (v *superscr.*) *γ* *gemitu — tu*MVLTV *V* TVM*ultu P* 487 PAENITVS *P penitu*S *V* *cavae plangoribus V* *aedes P* 488 FEM*ineis ululan*T *V* CL*amor P* 489 TV*m pavi*DAE *V* pauide *γ* matriſ *b1* E*rrant P*

490 POSTES *MPγ2bc*, *testatur Probi ars minor* POST . S *Vγ1* poſtiſ *a* FICUNT (C *col. rubro corr. in* G) *M* *figunt P* 491 PYRRVS *MPc* pyrruſ (h *superscr.*) *γ* piruſ (r *superscr.*) *b* *nec — i*PSI *V* claſtra (v *superscr.*) *a* nec ipſi *γabc*, *Nonius : cf. Wagneri qu. Verg.* XXXII 8 NEC*ipsi P* NEQ · IPSI *M*, *defensum a Wagnero l. l. p.* 535 492 CRE*bro P* 493 CARDI ∴ NE *M* PESTES (O *superscr.*) *M* postis *Nonii ω* 494 *fit V* ui . a *a* *primosque trucid*ANT *V* promoſ *c1* TRVCIDA*nt P* 495 *Nihil legi potuit in V* inmiſſi *abc* COMPLET (N *superscr.*) (N *rubr.*) *M* conplent *c* 496 *cum s*PV*m*EVS *V* amniſ (a *in ras.*) *c* 497 Exit *c*, *Nonii ω : Lachmannus ad Lucr. p.* 209

fertur in arva furens cumulo camposque per omnis
cum stabulis armenta trahit. vidi ipse furentem
caede Neoptolemum geminosque in limine Atridas,
vidi Hecubam centumque nurus Priamumque per aras
sanguine foedantem quos ipse sacraverat ignis.
quinquaginta illi thalami, spes ampla nepotum,
barbarico postes auro spoliisque superbi
procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.

Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.
urbis uti captae casum convolsaque vidit
limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
arma diu senior desueta trementibus aevo

TESTIMONIA.

500 'geminos . . . Atridas' Maximus Vict. de rat. metr. I 3 501 'vidi . . . nurus' Asper 114, 17 K. 502 schol. Iuven. X 268 Isidorus orig. X 100 Augustinus de civ. dei I 2 Servius Aen. II 55 'sanguine f.' Servius Aen. II 286 III 216 IV 673 503 Servius Aen. V 645 'quinquaginta i. t.' anon. Hauptii de gen. nom. 102, 10 504 sq. 'barbarico . . . procubuere' Nonius 391, 11 505 'tenent . . . ignis' schol. Veron. 89, 2 K. 506 Charisius 165 Cledonius 1923 P. Servius Aen. I 30. 203 XI 3 'forsitan et P.' Probi inst. I 9, 7 507 schol. Iuven. X 265 509 sq. 'arma . . . umeris' schol. Iuven. X 267

VARIA LECTIO.

EXIIT *MPγbψ*, *Servius*, *defensum a Wagnero lectt. Verg.* 316 *sqq.* exi.it (exilit?) *a* : *cf. ge.* II 81 oppofitof *c*1 erupit *Macrobius* MO*les P* molof *c*1 498 ruens *Dawesius misc. crit.* 11 CAM*pos* —— *P* omnef *ab* 499 ftabilif *γa* *ipse furentem P* 500 neoptolemum (o *pr. in ras.*) *a* *limine atridas P* 501 hecubam *γ* PR*iamum* —— *P* 502 SACR—— *P* ignef *γ*1*ab* 503 talami *b* SPESAM — *i. e.* spes ampla *P* fpef ampla, *in mg.* at tanta *γ* SPESTANTA *Mabcm Servius Aen.* V 645 504 SVP*erbi P* fuperbi. *a* 505 Procubere *c* defecit *γ*1 deficit (ic *e corr.*) *a* ignef *γ*1 *ignis P* 506 fuerunt *c*1 FAT*a* —— *P* fa.ta *c* requires *Charisii cod.* 507 u.ti captae (*in mg.* at uti capte) *γ* cafuf *b*1 CONVVLSA *Pyab* conuul.fa *c* colapsa *schol. Iuven.* *vidit P* 508 *limina tect*ORVM *P* et *sup. b* MEDIVM (IS *sup.*) *P* mediif *γ*1*c* medi (v *sup.*) *γ*2 'medium ... *si autem* mediis *legeris, non stat versus nisi excluso s' Servius* : *cf.* 665 in] ET (IN *sup.*) *P* 509 *arma diu s*ENIOR *P*

circumdat nequiquam umeris et inutile ferrum
cingitur ac densos fertur moriturus in hostis.
aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe
ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus,
incumbens arae atque umbra complexa penates.
hic Hecuba et natae nequiquam altaria circum,
praecipites atra ceu tempestate columbae,
condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis
ut vidit, 'quae mens tam dira, miserrime coniunx,
impulit his cingi telis? aut quo ruis?' inquit.
'non tali auxilio nec defensoribus istis
tempus eget, non, si ipse meus nunc adforet Hector.
huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
aut moriere simul.' sic ore effata recepit
ad sese et sacra longaevom in sede locavit.

TESTIMONIA.

510 'inutile f.' Servius Aen. II 544 510 sq. 'inutile f. cingitur' Servius ecl. III 11 512 'nudo...axe' schol. Lucani V 632 514 'incumbens arae' appendix ad Probi art. min. 31 p. 442 Endl. 521 sq. 'non ... eget' Arusianus p. 227 L. 'non defensoribus ... eget' schol. Lucani VII 88 523 'haec ... omnis' schol. Gron. Cic. 382 Or. 524 sq. 'sic ... sese' Nonius 384, 7

VARIA LECTIO.

510 *circumda*T *P* NEQVI€QVAM *P* humeriſ *γac* 511 *cingitur ac P* hac *γ* HOSTES *Mγ2bc* 512 *aedibus in* MEDIIS *P* 513 *ingens ar*A *P* iuxta quam, *in mg.* al iuxtaq. *γ* u&[r]erima *γa* 514 Inc[v]o.benſ *c* *incumbe*NS *P* araeq: [at] *b* CONPLEXA *Pb* 515 *hic hecuba P* HAECUBA *M* ha[c]euba *γ* NEQUIGQUAM *M* NEQVICQVAM *P* 516 *praecipi*TES *P* 517 *conde*NSAE *P* diu[v]om *γ* DIUUM *Mabc* amplexi *c* TENEBA[S]N[D]T *M* 518 *ipsum P* h[aut] *c* ſum..tiſ (iſ *e corr.*) *a* 519 *ut vidit* QVE *P* miſerrimae *γ* miſerrimæ *c* 520 *impuli*T *P* *cin*GI *P* co *a*1, q[v]o *a*2 inquid *γa*1 521 *non tali auxili*O *P* Nec tali *b* non defensoribus *schol. Lucani* 522 *tempus* — sI *P* egit *γ*1 ip. ſe *b* haector *bc* 523 huic *a*1 *huc* — coNCEDE *P* omneſ *ab* 524 *aut* — *sim*VL *P* ore *om. Nonii exempl.* 525 *ad sese et sacra P* longaeu[v]om *γ* LONGAEUUM *Mabc*

Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
unus natorum Priami, per tela, per hostis
porticibus longis fugit et vacua atria lustrat
saucius. illum ardens infesto volnere Pyrrhus
insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta.
ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
concidit ac multo vitam cum sanguine fudit.
hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,
non tamen abstinuit, nec voci iraeque pepercit.
'at tibi pro scelere' exclamat, 'pro talibus ausis,
di, siqua est caelo pietas, quae talia curet,
persolvant grates dignas et praemia reddant

TESTIMONIA.

526 Arusianus p. 229 L. 528 sq. 'vacua . . . saucius' Servius Aen. XII 476 529 sq. 'illum . . . insequitur' Servius Aen. VII 583 'insequitur infesto volnere P.' Servius Aen. X 140 531 Nonius 294, 12 533 'quamquam . . . tenetur' Servius Aen. II 377 534 Arusianus p. 254 L. 'nec . . . pepercit' Claudius Sacerdos I 34 535—537 'at . . . dignas' Iulius Rufinianus 208 R. 535 Macrobius Sat. IV 2, 2 schol. Hor. epod. V 1 'at . . . exclamat' gloss. Barth. adv. XXXVIII 15 'at . . . scelere' Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 43 536 sq. epigramma in Osanni syll. 455 CLXXV ex sched. Hasii Vatic. 537 sq. 'persolvant . . . debita' Servius Aen. XI 856

VARIA LECTIO.

526 *ecce — elap*SVS *P* . lapſuſ *c* phyrri *γ* pyrri *abc* 527 *unus natoru*M *P* hoſteſ *a*2*bc* 528 *porticibus lon*GIS *P* Porticib: (cib *in ras.*) *a* fuit (g *supra*) *ac* 529 *saucius — ar*DENS *P* UULNERE *Mγabc* phyrruſ *γa* pyrruſ *bc* 530 *insequitur ia*MIAM *P* praemit *γc* 531 oculos] VLOLOS (CU *supra*) *P* PAREN*tum P* 532 hac *γ*1 FVdit *P* 533 PRIAMVM (S *infra*) *P* medi . *γ* Morte tenetur *P* 534 tamen (N *corr. add.*) *a* ASTINUIT (B *supra*) *M* obſtinuit (o *corr. in* a, i *pr. in ras.*) *a* uoce *b*1 Repercit *P* 535 A . t *a* clamat (ex *supra*) *b* talib; (l *c corr.*) *a* Ausis *P* 536 Diſ *a*1 DII *titulus Osanni*, *qui* DIIS *correxit* caeſt *γ*1 qaeſt (v *supra*) *γ*2 pic . . taſ (e *in ras.*) *b* QVE (A *supra*) *P* CURENT *M* 537 PERSOLVAT DIGNAS GRATES *titulus* REDD*ant P* REDDAT *titulus* persolvant *et* reddant *Servius*

debita, qui nati coram me cernere letum
fecisti et patrios foedasti funere voltus.
at non ille, satum quo te mentiris, Achilles
talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque
supplicis erubuit, corpusque exangue sepulchro
reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.'
sic fatus senior, telumque inbelle sine ictu
coniecit, rauco quod protinus aere repulsum
ec summo clipei nequiquam umbone pependit.
cui Pyrrhus 'referes ergo haec et nuntius ibis
Pelidae genitori. illi mea tristia facta
degeneremque Neoptolemum narrare memento:
nunc morere.' hoc dicens altaria ad ipsa trementem

TESTIMONIA.

538 sq. 'qui . . . fecisti' Servius Aen. I 114 IV 602 X 443 540 sq. 'at . . . Priamo' Quintilianus V 11, 14 Charisius 240 P. 544 sq. 'telum . . . coniecit' Nonius 267, 25 Servius Aen. XII 50 544 'telumque inbelle' Servius Aen. II 231 546 Servius ge. I 403 547—549 'referes . . . memento' Isidorus orig. I 36, 29 547 sq. 'referes . . . genitori' Nonius 381, 22 548 sq. Donatus ad Ter. adelph. I 2, 36 'illi . . . memento' Nonius 409, 8 548 'illi . . . facta' Donatus ad Ter. hec. I 2, 19 Phorm. I 2, 41 549 Charisius 240 P. Donatus in Ter. hec. V 4, 38 Phorm. V 8, 38 Servius Aen. IX 742 X 73 550 sq. 'altaria . . . nati' Macrobius Sat. IV 4, 14 'altaria . . . traxit' Nonius 412, 24

VARIA LECTIO.

538 lo&um *γb* 539 Feciſti. *c* UULTOS *M* VVLTVS *Pγabc* 540 MENTIRES (E *post. corr. in* I) *Mc* 541 ^h^oſte *γ* ſuit. *c* 542 Subplicis *a* corpuſ^q:^ *b* exſangue *a*1 exſangue. (e *post. m.* 2) *γ* exſanguine *c*1 SEPVLCRO *P* ſepulchro (ſ *m.* 2) *γ* 543 haectorum^e^ *γ* haectoreum^l^ *bc* REGN*a P* REMIS*it P* 544 factuſ *c*1 inbele *b* INBELLEISINE *M* SIN*e ictu P* hictu *γ* 545 R*epulsum P* 546 ET *MPγabcψ*, *Servius* e *Vratisl.* clypei *γ* NEQUIGQUAM *M* P*ependit P* 547 *inter lineas m.* 2 *add. a* PYRRVS *Pac* phyrruſ *γ* pyrruſ^h^ *b* NVNTIV*s ibis P* 548 PAELIDE^A^ *M* Pelide *γ* illi *Donatus* illic *interpretatur* triſti..a *a* fata *Donati ad Ter. adelph.* I 2, 36 *exempl.*

549 NARRAR*e memento P* 550 diceſ^n^ *c* IPS*a trementem P* trement.ē (*eras.* a *vel* u) *c*

traxit et in multo lapsantem sanguine nati,
implicuitque coma laevam, dextraque coruscum
extulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
haec finis Priami, fatorum hic exitus illum
sorte tulit, Troiam incensam et prolapsa videntem
Pergama, tot quondam populis terrisque superbum
regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus
avolsumque umeris caput et sine nomine corpus.

At me tum primum saevos circumstetit horror.
opstipui; subiit cari genitoris imago,
ut regem aequaevom crudeli volnere vidi

TESTIMONIA.

553 'capulo ... ensem' Seneca suasor. IV p. 24, 5 B. Macrobius Sat. IV 4, 14 Priscianus 982 P. Nonius 377, 29 'capulo t.' Arusianus p. 263 L. 554 'haec ... fatorum' Gellius XIII 21, 12 Charisii exc. 555, 29 K. schol. Veron. 85, 29 Probus de nom. 20 p. 218 Endl. 'haec f. P.' Charisius 239 P. Probi ars minor 513 556 sq. 'tot ... Asiae' Macrobius Sat. IV 3, 6 557 sq. 'iacet ... corpus' schol. Veron. 97, 19 557 'regnatorem A.' Servius Aen. II 14 'iacet ... truncus' schol. Hor. carm. III 4, 32 Servius Aen. II 135 558 Nonius 354, 17 Diomedes 508 'avolsumque u. c.' Arusianus p. 212 L. 'et ... corpus' Servius Aen. VII 337. 559. 561 'at ... horror, ut r. a.' (om. 560) Diomedes 403 560 'obstipui s. c.' Probi inst. I 7, 3 'subiit c. g. i.' Macrobius Sat. IV 6, 9 561 'ut r. a.' schol. Iuven. IV 94 Augustinus de gramm. 2011 P. 'crudeli v.' Augustinus de

VARIA LECTIO.

551 LABSANTEM *Pa* SANGVIN*e nati P* 552 Implicuit *γab* COMA *Pγ*1 comā *γ*2*c* COMAM *Mab* LAEVAM *P* leuə. *c* LAEUA *Mγab* *coruscum P* 553 .enſẽ *c* E*nsem P* 554 *hacc* — *p*RIAMI *P* Hęc (ęc *in ras.*) *c* ſat.orũ *c* Priami, fatorum hic *Haeckermannus in annal. Iahn. suppl.* XVIII 310 *sqq. Eandem interpunctionem commendaverat Peerlkampus.* Priami fatorum *coni. M, Servius cum Gellio aliisque, sed haesisse interpretes in voce quae est* sorte, *prodit Servius narrans 'et quidam* exitus sorte *pro* sortis *tradunt, ablativum pro genetivo.'* EXVITVS *P* 555 *sorte tulit P* PROLABSA *P* 556 *pergama t*OT *P* 557 *regnator*EM *P* aſiae (a *pr. m.* 2 *in ras.*) *γ* aſſię *a* trunchuſ *γ* 558 Auolſumque *γ* Auulſum *abc avolsumqu*E *P* humeriſ *γc* capud *c* 559 *om., in mg. inf. m.* 2 *add. a* *at* — *p*RIMVM *P* Ad *a*1 SAEVVS *MPγabc* CIRCVMINSTETIT *P* orror *a* 560 *opstipui s*VBIIT *P* Obſtipui *γab* rubiit (r *corr. in* ſ), *in mg.* al ſubiit *γ* 561 *ut regem a*EQVAEVOM *P* aequaeuom, al aequaeū *γ* aeque.uom *a* AEQUAEUUM *Mb* aequeuum *c*

vitam exhalantem; subiit deserta Creusa
et direpta domus et parvi casus Iuli.
respicio et, quae sit me circum copia, lustro.
deseruere omnes defessi, et corpora saltu
ad terram misere aut ignibus aegra dedere.

[Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem
erranti passimque oculos per cuncta ferenti.
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et poenas Danaum et deserti coniugis iras
praemetuens, Troiae et patriae communis erinys,
abdiderat sese atque aris invisa sedebat.
exarsere ignes animo; subit ira cadentem

TESTIMONIA.

gramm. 1981 P. 562 'subiit d. C.' Nonius 403, 22 563 'et parvi c. I.' Macrobius Sat. IV 3, 3 564 schol. Hor. serm. I 1, 57 'et . . . lustro' appendix ad Probi art. min. 27 p. 441 Endl. Servius Aen. XI 834

VARIA LECTIO.

562 *vitam ex*HALANTEM *P* EXLHALE[λ]NTEM (L *del. hasta rubra*) *M* ex[h]alantem *b* ſubiit (i *post. eras.*) *γ* deſſaerta *c*1 563 *et direp*TA *P* R[D]IREPTA *M* praui *c*1 pr[a].ui *c*2 564 *respici*O *P* et *om. m* circum me *appendix ad Probi a. m.* 565 *deser*VERE *P* deſeſſiſ *c*1 [ſ]altu *c* 566 *ad ter*RAM *P* ad] AT (T *corr. in* D) *M* at *γb*1 567—588 *om. MPγabcm cum ceteris Bernensibus, ψ : habent Dorvillianus, Gothani duo cum paucis aliis apud Heynium recentissimis.* '*Post hunc versum* (566) *fuerunt, quos Tucca et Varius obliti sunt* (qui a T. et Vario sublati sunt *Bergkius, qui saltem* obliti *servare poterat*)': iamque adeo . . . mente ferebar' *Servius, qui ad* 592 *contraria esse dicit* VI 511 *sqq.* '*in secundo hos versus constat esse detractos:* iamque ... ferebar' *Servius in vita. Vncis inclusi eos tantum versus, qui a Tucca et Vario obliti desunt in optimis libris, quamquam nec hos spurios habeo nec eos, qui* (*usque ad* 627) *sequuntur, sine reliquis stare posse puto. Disputavit de hoc loco suo more Gruppe in eo libro, qui Minos inscribitur, p.* 173 *sqq.* 568 ſecretam *Servii Cass.* 572 Danaum poenas *Servii Cass.* 573 permetuens *ante Heinsium*

ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
aspiciet, partoque ibit regina triumpho,
coniugiumque domumque patres natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium totiens sudarit sanguine litus?
non ita. namque etsi nullum memorabile nomen
feminea in poena est nec habet victoria laudem,
extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis
laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.
talia iactabam et furiata mente ferebar,]
cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
optulit et pura per noctem in luce refulsit
alma parens, confessa deam qualisque videri
caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum
continuit, roseoque haec insuper addidit ore:
'nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
quid furis aut quonam nostri tibi cura recessit?
non prius aspicies, ubi fessum aetate parentem

TESTIMONIA.

589 sq. 'cum . . . obtulit' Servius Aen. I 407 591 'alma . . . deam' Servius ecl. VIII 102 'alma p.' Diomedes 429 'confessa d.' Servius Aen. VIII 611 595 Charisius 241 P.

VARIA LECTIO.

576 sceleratae *Valesius* 578 regnata *Servii Cass.* 579 *ab interpolatore fictum esse suspicatur Wagnerus.* patriſ *Menag. alt.* 588 ferebar] loquebar *Servii Fuld.* loquebatur *Cass.* 589 *cum — no*N *P* tum *Burmanniani quidam* OCULOS *M* cla[ra] *c* 590 *obtulit — p*ER *P* optulit *γ* OBTULIT *Mabc* 591 *alma — co*NFESSA *P* paranſ *γ*1 592 *caelicolis et qu*ANTA *P* Caelicol.iſ *a* DEXTRAM *M* '*hinc autem versus fuisse sublatos Veneris verba demonstrant dicentis:* non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae' *Servius cont. adnot. ad.* 566 593 *continuit rose*O *P* hec *γ* 394 *nate — indo*MITAS *P* indomituſ *c*1 tanta[v]ſ *c* 595 *quid — q*VONAM *P* 596 *non — aspi*CIES *P* aſpic[i]eſ (eſ *in ras.*) *a* [U]IBI *M*

liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa
Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae
circum errant acies et, ni mea cura resistat,
iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis.
non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae
culpatusve Paris; divom inclementia, divom,
has evertit opes sternitque a culmine Troiam.
aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
mortalis hebetat visus tibi et umida circum
caligat, nubem eripiam; tu nequa parentis
iussa time neu praeceptis parere recusa):
hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
saxa vides mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros magnoque emota tridenti
fundamenta quatit totamque a sedibus urbem

TESTIMONIA.

597 sq. 'superet . . . puer' Macrobius Sat. IV 3, 3 597 'coniunxne C.' Probi inst. I 9, 7. 10, 1 601—603 'non . . . opes' Priscianus 1004 601 Macrobius Sat. V 17, 16 Cledonius 1923 schol. Hor. carm. II 11, 22 602 Iulius Rufinianus 234 R. 602 sq. 'divum inclementia . . . opes' Donatus ad Ter. Andr. V 3, 12 604—606 'aspice . . . eripiam' Macrobius somn. Scip. I 3, 19 610 sq. 'Neptunus . . . quatit' Priscianus 765 'magno . . . quatit' Servius Aen. V 810

VARIA LECTIO.

597 *liqueris anc*HISEN *P* Linquerif *b*1 coni[n]ux *b* 598 *ascaniusque p*VER *P* OMNES *Mab* 599 RESISTA*t P* refiftit *γ*1 600 tuleri[n]t *γc* INIMICUMS *M* HAVSER*it ensis P* auferit *γc* [h]auferit *b* 601 LACENAE *MP* lacene. (*erus.* a *ut vid.*) *γ* 602 diu[v]om *bis γ* DIUUM *bis Mabc* DIVOMINCLEMENTIADIV*om P* 603 hAf *γc* aeuertit *c* TRO*iam P* 604 OMNESM *M* ominẽ *c*1 quae] QVE *Pγ* *tuenti P* 605 Mortalef *b* [H B]EUETAT (H *et* B *col. rubro*) *M* humida *γab* CIRCV*m P* 606 CALIGA[T] *M* PARENTIS *P* 607 Iu[f]fa *a* PRAECEPITIS *P* parare *γ* 608 au[v]olfa *γ* auulfa *abc* 610 Neptunof *γ* magno. (o *e corr.*) *a* 611 AB *Pya : cf.* I 84 VRBE*m P*

eruit. hic Iuno Scaeas saevissima portas
prima tenet, socimmque furens a navibus agmen
ferro accincta vocat.
iam summas arces Tritonia (respice) Pallas
insedit, limbo effulgens et Gorgone saeva.
ipse pater Danais animos viresque secundas
sufficit, ipse deos in Dardana suscitat arma.
eripe, nate, fugam, finemque inpone labori.
nusquam abero et tutum patrio te limine sistam.'
dixerat, et spissis noctis se condidit umbris,
apparent dirae facies inimicaque Troiae
numina magna deum.

TESTIMONIA.

612 sq. 'hic . . . tenet' schol. Hor. carm. III 3, 23   614 'ferro a. v.' Servius Aen. I 16   615 sq. schol. Hor. carm. I 15, 11   615 'Tritonia P.' Servius Aen. X 668   616 'nimbo e.' Servius Aen. IX 110   617 sq. 'ipse . . . sufficit' Nonius 386, 5 Servius Aen. III 89   618 'ipse . . . arma' Diomedes 406 Servius Aen. II 326   619 'eripe n. f.' Servius Aen. I 382   620 'nusquam a.' schol. Veron. 89, 4 K.   622 sq. 'inimica . . . deum' Servius Aen. I 407

VARIA LECTIO.

612 [S]CAE[S]A *M* fc.eaf (*crasa* a) *c* fceaf *a* fceaf.. *γ*   SEVISSIMA *Pγ*   S[λ]EUISSIMA *M*   613 tenent *c1*   NAVI*bus agmen P*   agmen (men *in ras.*) *a*   614 acc[e]inta *b*   615 a[r]cef *γ*   refpice. *c*   PA*llas P*   pallaf (laf *m.* 2) *γ*   616 limbo *Moret. sec. pro varia lect., quod recte defendit Henry* (*twelve years* 106 *et in Fleckeiseni annal.* LXXIII 458) 'nimbo ... *alii* limbo *legunt*' *Servius* NIMBO *MPγabcψ, schol. Hor., quod valde infeliciter tueri conatur Wagnerus lectt. Verg.* 334   ETFULGENS (*i. e.* ecfulgens) *M*   Saeva *P*   'Gorgone saeva : *aut etiam per saevam Gorgonem fulgens aut ipsa saeva terrore Gorgonis*' *Servius. Hoc posterius recte probavit Ladevicus.*   617 SEC*undas P*   618 darnia *c1* [da]darn.a *c2*   SU[S]CITAT *M*   *arma P*   619 'eripe, *accelera, raptim fac, vel* eripe te fuga' *Servius.*   fuga *Leid.*   IMPONE *M*   LAB*ori P*   620 NUSQUAM (S *corr. ex* M) *M*   LIM*ine sistam P*   lemine (limene?) *c1*   621 fpi[f]fif *γa* fpyufif (u *corr. in* f) *c*   cundidit *c1*   VM*bris P*   622 *apparent* dIRAE *P*   623—635 *Veron. fol.* 220 *b*   623 *numina P*

Tum vero omne mihi visum considere in ignis
Ilium et ex imo verti Neptunia Troia;
ac veluti summis antiquam in montibus ornum
cum ferro accisam crebrisque bipennibus instant
eruere agricolae certatim, illa usque minatur
et treme facta comam concusso vertice nutat,
volneribus donec paulatim evicta supremum
congemuit traxitque iugis avolsa ruinam.
descendo, ac ducente deo flammam inter et hostis
expedior; dant tela locum flammaeque recedunt.

Atque ubi iam patriae perventum ad limina sedis
antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos

TESTIMONIA.

624 'tum . . . considere' Probi inst. I 4, 5 624 sq. 'considere . . . Ilium' Diomedes 374 P. 626—631 Macrobius Sat. V 11, 9 627 Servius Aen. I 54 'crebrisque b. i.' Servius Aen. XI 135 628 'illa u. m.' Servius Aen. I 162 632 sq. 'descendo . . . expedior' Macrobius Sat. III 8, 1 Donatus ad Ter. eun. V 2, 36 adelph. V 6, 6 'flammam . . . expedior' Nonius 296, 31 632 'descendo . . . deo' Servius Aen. I 382 IV 228 schol. Veron. 95, 26 K. 'ducente d.' Claudius Sacerdos I 82 634 'atque . . . perventum' Probi inst. I 4, 9. 9, 3

VARIA LECTIO.

624 *tum vero o*MNE *P* c̃ uiſum *b* in *sup. c* IGNES *Ma2b* ignemsilium *Diomedis Paris. B* 625 *ilium* — *i*MO *P* 626 *ac veluti sum*MIS *P* 627 *cum* — ACCISAM *P* quam (quom?) ſ. excisam *Servius Aen.* I 54 *Cass. secundum Scioppii et Verseri testimonia* BIPENNIBVS *Pγabc* BIPINNIBVS *MV* inſtat (n *sup.*) *γ* 628 *eruere agr*ICOLAE *P* agrilae (co *sup.*) *c* uſque illa *b* minantur *a*1 629 *et treme fa*CTA *P* tremae facta *c* : *cf. v.* 228. 382 *Priscianus* 803, *Lachmannus Lucr.* 192, *Corssen de pronunt. ling. Lat.* II 311 *sq.* tremefacta *γab* ·COMAM· *superscr. M* concuſſo (ſ *pr. in ras.*) *a* 630 VVLNERIBVS *Vγabc volneri*BVS *P* VICTA *V* SVPPREMVM *P* ſuppremum *γ* ſupraemum *a* 631 *conge*MVIT *P* UONGEMUIT (C *sup.*) *M* igiſ (v *sup.*) *a* auolſa (v *sup.*) *γ* auulſa *abc* 632 *descen*DO *P* discedo *Macrobii* ω ac (c *corr. ex* d) *γ* deo *γ*2*b*1 : *testantur Macrobius, Donatus, Servius, schol. Veron.* dō *a*1 DEA (O *sup.*) *Mc* DEA (DEO *sup. m.* 2) *V* dea *γ*1*a*2*b*2, *Claudius Sacerdos* DE. (A *sup.*) *P* HOSTES *Vbc* 633 *exped*IOR *P* expedior *γ*2 expediam, *ut vid.*, *γ*1 dan (t *sup.*) *c* flamme. (e *m.* 2) *γ* recendunt *γ*1 634 *atque P* 635 *antiquasque d*OMOS *P* ALTO (*om.* S *ut vid.*) *V*

optabam primum montis primumque petebam,
abnegat excisa vitam producere Troia
exiliumque pati. 'vos o, quibus integer aevi
sanguis' ait 'solidaeque suo stant robore vires,
vos agitate fugam.
me si caelicolae voluissent ducere vitam,
has mihi servassent sedes. satis una superque
vidimus excidia et captae superavimus urbi.
sic o sic positum adfati discedite corpus.
ipse manu mortem inveniam; miserebitur hostis
exuviasque petet. facilis iactura sepulchri.

TESTIMONIA.

637 Nonius 372, 23 'excisa . . . Troia' Servius Aen. III 201 638 sq. 'vos . . . ait' Nonius 224, 6 Servius Aen. III 415 'vos . . . sanguis' Servius ecl. VIII 27 638 'vos . . . aevi' Iulius Rufinianus 236 R. 'integer aevi' Servius Aen. IV 599 642 'has . . . sedes' Servius Aen. II 703 642 sq. 'satis . . . urbi' Nonius 388, 31 'satis . . . excidia' Priscianus 993 de fig. num. 6, 25 Servius Aen. III 476 643 'captae s. u.' Caper 2242 P. 644 Servius Aen. IX 484 646 'facilis i. s.' Seneca de remed. fort. 5

VARIA LECTIO.

636—648 *Veron. fol.* 220 *a* 636 *optābam primu*M *P* OP*tabam* — *pete*BAM *V* obtabam *γabc* montef *b* 637 *abnegat* — *v*ITAM *P* excifa. *b* p.ducere *a* TROIA·M̊ *M* 638 *exiliumque pat*I *P* EXSILIVM *V* P*ati V* UOS (O *sup. minio*) *M* uof o (f *in ras.*) *a* INTE*ger aevi V* intiger *a*1 639 *sanguis* — *sol*IDAE *P* que (e *in ras.*) *a* *robore vir*ES *V* uirof *b*1 640 *vos* — *fug*AM *P* 641 *me* — *cae*LICOLAE *V* *me* — *vo*LVISSENT *P* dūcere *γ* 642 *has* — *serv*ASSENT *P* *has* — *ser*VASSENT *V* *satis una sup*ERQVE *V* 643 *in mg.* λ *M* *vidimus* — *excidi*A *P* VI*dimus* — *urbi V* et *sup. b* urbe *γ*1 644—646 *damnat Peerlkampus* 644 *hic om., sed ima pag. m. ant. add., in mg. B, M* SIC *o sic* — *corpus V* *sic o sic positu*M *P* SIC·P·O·SIC *M* ficof fic *γ*1 pofitum *m. rec. superscr. a* affati *γ*2*a*2*b* 645 *in mg.* C *M* *ip*S*e* M*anu* M*ortem inveniam V* manum *γ*1*a*1 MORTE *P* '*hic ordo est:* ego inveniam mortem manu hostis: ille miserebitur et petet exuvias' *Servius*, *unde intellegitur*, *eum sic distinxisse:* manu mortem inveniam (miserebitur) hostis. aut miserebitur *coni. Wagnerus* ʰoftif *b* *hostis P* 646 EX*uvias* — *sepulcri V* p&et & *γ* p&. & *a* facilis iactura sepulchri] *interpretatur Servius*

iam pridem invisus divis et inutilis annos
demoror, ex quo me divom pater atque hominum rex
fulminis adflavit ventis et contigit igni.'

Talia perstabat memorans, fixusque manebat.
nos contra effusi lacrimis coniunxque Creusa
Ascaniusque omnisque domus, ne vertere secum
cuncta pater fatoque urguenti incumbere vellet.
abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?
'men efferre pedem, genitor, te posse relicto
sperasti, tantumque nefas patrio excidit ore?
si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui
et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae

TESTIMONIA.

648 sq. 'ex quo ... igne' Macrobius Sat. IV 3, 8 'ex quo ... ventis' schol. Lucani I 151 Servius ge. I 332 648 'ex quo ... rex' Priscianus 995 P. 649 Servius Aen. VIII 429 'fulminis a. v.' Servius Aen. I 230 cf. schol. Veron. 89, 7 K. 655 'rursus ... feror' Nonius 384 29 'mortemque m. o.' Servius Aen. IV 451 657 sq. 'mene ... sperasti' Donatus ad Ter. Andr. IV 5, 13 657 'mene ... genitor' Nonius 297, 16 schol. Veron. 89, 11 'mene e. p.' Claudius Sacerdos I 84 658 'tantum ... ore' Arusianus p. 230 L. Servius Aen. VI 686 659 Augustinus de magistro 3. 19 660 'et ... animo' Servius Aen. IV 15

VARIA LECTIO.

647 IAM *pridem — annos V* 648 DEM*oror — rex V* Demoror (or *post. in ras.*) *a* diuom *γ* diuum *abc* HOMI*num rex P* homin. *a* 649—674 *Veron. fol.* 248. 649 Fluminif *c*1 F.uminif *c*2 afflauit (f *pr. e corr.*) *a* igne *Macrobii exempl.* 650 MANEBAT *P* 651 effufi. *b* coniux *b* CREV*sa P* 652 SECV*m P* 653 VRGENTI *Py* urguent *a*1 VELLE*t P* 654 A*b*NEGAT *V* ISDEM (*sup. col. rubro*) *M* HISDEM (H *m.* 2 *add.*) *P* hifdem *γabc* 655 OP*to P* obto *b* 656 furtuna *a*1 DABAT*ur P* 657 men *schol. Veron.* MENE *MPVγabc* ETFERRE (*i. e.* ecferre) *M* effere (r *e corr.*) *ac* 658 TANTVM *P* 659 RELI*nqui P* 660 HAEC (AE *eras.*) *V* ADDER*e troiae P* adde..re troiae *γ*2, additur troiae *γ*1 *ut vid.*

teque tuosque iuvat, patet isti ianua leto,
iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
gnatum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis
eripis, ut mediis hostem in penetralibus utque
Ascanium patremque meum iuxtaque Creusam
alterum in alterius mactatos sanguine cernam?
arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima victos.
reddite me Danais, sinite instaurata revisam
proelia. numquam omnes hodie moriemur inulti.'

TESTIMONIA.

661 'patet .., leto' Pompeius p. 341 Servii ars 519 L. Servius Aen. II 548 XI 422 664 'hoc . . . parens' Marcianus Capella III 276. 278 Probi inst. I 3, 3 Charisius 2. 3. 5 Servius de ult. syll. 1802 Cledonius 1884 Marius Victorinus 2467. 2475. 2580 P. Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 E. Sergius in Donat. 7 p. 479 E. fragm. Servii 9 p. 198 E. Pompeius p. 51 L. Servius Aen. IV 228 VI 792 schol. Veron. 89, 21 K. 'hoc erat alma' Terentianus Maurus 1667 'hoc erat' Mallius Theodorus p. 531 G. 664 sq. 'hoc . . . eripis' Priscianus 948. 958 Velius Longus 2219 P. 665 'eripis' schol. Veron. 90, 6 K. 666 'iuxtaque C.' Probi inst. I 11, 2 668 'arma v. f. a.' schol. Veron. 81, 5 cf. 89, 16 K. 670 'numquam . . . inulti' Donatus ad Ter. Andr. I 2, 25. II 4, 7 adelph. II 2, 7 IV 2, 31. 5, 26 'numquam o. h.' schol. Veron. 89, 28 K.

VARIA LECTIO.

661 iſtic *a2c*, *Pompeius et Servii ars* iſtinc *m* iſtae *ut vid. a1* isti *adverbium dicit Servius* LETo *P* lo&o *γ* 662 Priami multo de s. *χ* multo maculatus s. *Venetus* 'multo ... *quasi bis sanguinem fuderit Priamus' Servius. Fortasse* ultro : *cf.* V 55. *Nisi forte transponendo sic:* iamque aderit Pyrrhus Priami de sanguine inulto *corrigere malis.* SANG*uine pyrrhus P* phyrruſ *ab* pyrruſ *c* 663 NATVM *PVbc* PATRIS *m. 2 sup. P* PATREMQ· *Mγ* patrẽq *c* AR*as V* *aras P* 664 Hoc (c sup.) *b* hocc *χ*, *ut scribendum suadet Velius Longus: 'et sic in antiquissimis codicibus invenitur bis* c *scriptum' Priscianus.* *Tela per V* IGNES *Vγa ignis P* hoſteſ *bχ*, *Prisciani* 948 ω, *nisi quod* hostis (per ignis sup.) *Halberst.* 665 ERIPIT *M* pen&ra...lib: *a* pen&ra.libuſ *c* *Vtque P* ut..que (t *e corr.*) *γ* 666 IVXTAQVAE *P* *Creusam P* 667 MACTATOSANGVINE *MPV* mactatum, maculatum, iactantes *χ* *cernam P* 668 *arma vi*ri *P* 669 *reddite P* 670 *proelia n*VMQVAM *P* Praelia (o sup.) *b* HODIEOMNES *V*

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram
insertabam aptans meque extra tecta ferebam.
ecce autem complexa pedes in limine coniunx
haerebat, parvomque patri tendebat Iulum:
'si periturus abis, et nos rape in omnia tecum;
sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,
hanc primum tutare domum. cui parvos Iulus,
cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquor?'

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,
cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.
namque manus inter maestorumque ora parentum
ecce levis summo de vertice visus Iuli
fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis

TESTIMONIA.

671 sq. 'clipeoque . . . aptans' anon. de verbo 41 p. 173 Endl. Servius Aen. II 393 X 383 673 'ecce . . . pedes' schol. Veron. 89, 34 K. 674 'parvumque . . . Iulum' Macrobius Sat. IV 3, 3 Servius Aen. I 486 IV 31 schol. Veron. 90, 2 K. 675 Priscianus 908 P. 678 Nonius 439, 10 'et . . . relinquor' schol. Veron. 90, 7 K. 682 sq. 'ecce . . . apex' Macrobius Sat. III 3, 7

VARIA LECTIO.

671 *hinc fer*[AC]ROCINGOR *P* Hi[n]c *a* ruffuf *b*1 clypeo *γ* 672 INSÉRTEBAM *M inserta*BAM *P* 673—678. 679—699 *F fol. XXII* 673 *ecce aute*M *P* conplexa *b* coniu[n]x *b* 674 *haereba*T *P* PARVVM *libri* tene[d]bat *a* 675—700 *Veron. fol.* 245 675 *si perituRVS P* periturу abif& *b*2 perituru . . . . . *b*1 abhif *γ*1 *rape in omnia V* rape *in ras. a* 676 *sin al*IQVAM *P* SUM[P]TIS (P *col. rubro*) *M* 677 *ha*NC *F ha*NC *P* HAC *V* cui . *c* PARVVS *libri* ILVS *V* 678 *cui p*ATER *P* coniu[n]x *b* RELINQU[O]AR *M* 679 *tali*A *P* .VOCIFERENS *V* TECTM *V* TECTUM· ṪĖ *M* 680 QVVM *F cu*M *P* fubitum *ac*, *Servius : cf. ge.* IV 554 *Aen.* V 522 SVBITV[M] *F* fubito *γb* SVBITO *MPV* dictu . *b*2 dictum *b*1 qua *a*1 miferabile *γa*1 681 *na*M *P* meftorum *b* 682 *ecce — sum*MO *P* 683 *fundere lume*N *P* [I]LUMEN (I *col. rubro*) *M* te[a]ctu *c* qua *a*1 i[n]oxia *c* molli *χ*, *non male. mollis V*

lambere flamma comas et circum tempora pasci.
nos pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.
at pater Anchises oculos ad sidera laetus
extulit, et caelo palmas cum voce tetendit:
'Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
aspice nos hoc tantum; et, si pietate meremur,
da deinde augurium, pater, atque haec omina firma.'

Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore
intonuit laevom, et de caelo lapsa per umbras
stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
illam, summa super labentem culmina tecti,

TESTIMONIA.

684 schol. Hor. serm. I 5, 74 'lambere f. c.' Eutychius II 1 'et . . . pasci' Cledonius 1934 P. 685 sq. Macrobius Sat. III 3, 7 687 'at p. A.' Servius in sec. Don. 1797 P. 689. 691 (om. 690) Boethius de interpret. ed. sec. p. 291 (ed. Basil. 1546) 690 'aspice n. h. t.' schol. Gron. Cic. 409 Or. Servius Aen. I 226 X 473 690 sq. 'et si . . . firma' Probus 14, 10 K. 693 'intonuit l.' Charisius 154. 215 Diomedes 339 P. Probi inst. I 7, 3 Servius ge. IV 7 Aen. II 54 Philargyrus ge. IV 7 schol. Veron. 90, 16 K. 694 'stella f. d.' Servius Aen. V 524 schol. Veron. 90, 21 K.

VARIA LECTIO.

684 *lambere fla*MMAS comaſ (S *eras., corr. m.* 3) *P* *et — pasci V* 685 *nos — tr*EPIDARE *P* metu (et *in ras.*) *γ* crineſque flagranteſ (ſque flagranteſ *in ras.*) *b crinemque flagrantem V* FRAGLANTEM *P* 686 *excutere et s*ANCTOS *P* ſcoſ *abc* '*hic ergo* sanctos *sacros accipiemus*' *Servius* reſtringere *c*1 reſt.ingere (u) *c*2 IGNES *MPVγbc* ignif *a* 687 *at pater an*CHISES *P* ad] AT (T *corr. in* D) *M* laetoſ (v) *b* 688 *extulit et ca*ELO *P* *cum voce V* 689 *iuppiter om*NIPOTENS *P* PRAECIBVS *F* PRAECIB· *M* 690 *aspice nos h*OC *P* HOS (c) *M* 691 *in ras. b* augurium *Probus*, *probavit H. Keilius Philol.* II 166 AVXILIVM *libri*, *Boethius*: '*non enim unum* augurium *vidisse sufficit, nisi confirmetur ex simili*' *Servius*: *cf.* 703 X 254 HAEC *om. F* H.IC *V* HAE (c) *M* OMIN*a firma P* omuia *γ*1, omn.a (i) *γ*2

692 fa.tuſ *b* ſubi[to] *c* fragere (o) *c* 693 : *cf.* IX 631 lae.uom (v) *γ* LAEVVM *FMVac* leuū *in ras. b* LABSA *FP* VMB*ras P* 694 STELLAM *M* CVCVR*rit P* 695 LA*bentem — tecti V* TEC*ti P*

cernimus Idaea claram se condere silva
signantemque vias; tum longo limite sulcus
dat lucem, et late circum loca sulpure fumant.
hic vero victus genitor se tollere ad auras,
adfaturque deos et sanctum sidus adorat.
'iam iam nulla morast; sequor et qua ducitis adsum.
di patrii, servate domum, servate nepotem.
vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troiast.
cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.'
dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis
auditur, propiusque aestus incendia volvont.
'ergo age, care pater, cervici inponere nostrae;
ipse subibo umeris, nec me labor iste gravabit.

TESTIMONIA.

698 'et . . . fumant' Isidorus de nat. rer. 30 p. 57 B. schol. Persii II 25 699 'hic . . . genitor' Probi inst. I 9, 12 700 Priscianus de XII vers. Aen. 7, 117 702 Macrobius Sat. III 4, 13 'servate d. s. n.' Nonius 387, 23 703 sq. Nonius 251, 4 703 cf. schol. Veron. 90, 28 K. 704 Servius Aen. VI 112 707 Donatus ad Ter. hec. I 1, 6 IV 3, 4 Phorm. I 2, 12 adelph. IV 2, 33 Arusianus p. 239 L. 'ergo a. c. p.' Probi inst. I 10, 4

VARIA LECTIO.

696 CERNIMVs *idae*A *V* IDEA *Pyac* SILUA·M *M* SILVAM *Fa*1 *silva V* 697 *in mg. add. c* *longo limi*TE *V* lo[N]go *a* SVLC*us P* 698 circum late *schol. Persii* SVLP[R]VE *P* ſulphure *yab* ſulſure *c* 699 TOLLERE *Pa*1 tolle[t].. (e *corr. in* i) *γ* TOLLIT *MVbc, et ni fallor a*2 ad auras] MIRAS *ut vid. V : an* mirans *voluit?* 700 Affatur *ab* ſanctum (e *m.* 2) *γ* ſcm̃ *a : cf.* 686 701—725 *Veron. fol.* 223 *b* 701 MORAEST *Pyabc* MA[λ]IOREST *M* [S]EQUOR *M* duciti.ſ (ſ *in ras.*) *a* AD*sum P* 702 DIS *P* DII *MV* 703 aug[v]irium *γ* n[v]omine *a* TROIAEST *Myabc* TRO*ia est P* 704 CAEDO *Mbc* COME*s ire V* commeſ.ire *γ* comaſire *a*1 recuſſo *a*1 705 'dixerat ille: *hic distinguendum. Alii* ille *et* ignis, *sed male' Servius.* ille //// & *c* m[e]onia *γ* CLARIO*r ignis P* 706 PROPRIVS *Pyb*1 propi.uſ *b*2 IN*cen*DIA *V* VOLVVNT *MVyabc volvunt P* 707 *ag*E *V* pat̃ *sup. c* imponere *b inponere V* NO*strae P* 708 humeriſ *γ* *labor iste g*RAVABIT *V* GR*avabit P*

quo res cumque cadent, unum et commune periclum,
una salus ambobus erit. mihi parvos Iulus
sit comes, et longe servet vestigia coniunx.
vos, famuli, quae dicam animis advertite vestris.
est urbe egressis tumulus templumque vetustum
desertae Cereris iuxtaque antiqua cupressus
religione patrum multos servata per annos:
hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
tu, genitor, cape sacra manu patriosque penatis;
me, bello e tanto digressum et caede recenti,
attrectare nefas, donec me flumine vivo
abluero.'
haec fatus latos umeros subiectaque colla

TESTIMONIA.

713 'est u. e. t.' Arusianus p. 227 L. schol. Lucani V 510 714 'desertae C.' schol. Veron. 91, 3 K. 715 Nonius 378, 33 Claudius Sacerdos I 101 717—720 Macrobius Sat. III 1, 1 717 Nonius 253, 33 Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 71 'cape s. m.' schol. Veron. 91, 23 K. 'patriique p.' Macrobius Sat. III 4, 13 719 sq. 'donec . . . abluero' Macrobius Sat. III 1, 6 Isidorus orig. XIII 21, 1 Iulius Rufinianus 256 R. Donatus ad Ter. adelph. I 2, 47 Phorm. II 3, 73 IV 1, 24 Servius Aen. IV 635 VI 230. 636 719 'flumine vivo' schol. Veron. 91, 13 K. 721 'latos umeros' schol. Veron. 91, 17

VARIA LECTIO.

709 *Quo res c*VMQVE *V* *Vnum et com*MVNE *V* cũmune *c* COMMV*ne periclum P* peric.lu *c* 710 V*na — iulu*S *V* PARUUS *Mγabc* IVL*us P* 711 *comes — coni*VX (*sed fort.* NX) *V* ue^{gi}ſtia *c* CONIV*nx P* coni^{n}ux *bc* 712 V*os fa*MVLI *V* QV^{A}E (A *m.* 2 *add.*) *P* *dicam ani*MIS *V* ADVERTIT*e vestris P* 713 urbe (e *in ras.*) *a* *egressis tu*MVLVS *V* ETGRESSIS (*i. e.* ecgressis) *M* GRESSI *P* VET*ustum P* 714—726 *Veron. fol.* 223 *a.* 714 *desertae P* CAERERIS *M* cupreſuſ *a* c^{u}ypreſſuſ (y *in ras.*) *b* 715 RE^{L}LIGIONE *V* *religio*NE *P* Relligione *b2c* ſeruate *b1* 716 *hanc ex di*VERSO *P* unum *a1* 717 *tu genito*R *P* PENATES *Mγ2a2bc* 718 *me bello e P* me] MEM *V* & tanto (*i. e.* ec tanto) *γ1* & ant. *a1* &^{t}anto *a2* tant^{o}e *b* ex tanto *Macrobii Salisb.* 719 ADTRECTARE *V* attractare *cm*, '*Mediceus et vetera alia exemplaria*' *Pierii. attrecta*RE *P* me] NE *V* 720 *abluero P* 721 *haec fat*VS *P* latuſ *γ1* humeroſ *γc*

veste super fulvique insternor pelle leonis,
succedoque oneri; dextrae se parvos Iulus
implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;
pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum;
et me, quem dudum non ulla iniecta movebant
tela neque adverso glomerati ex agmine Grai,
nunc omnes terrent aurae, sonus excitat omnis
suspensum et pariter comitique onerique timentem.
iamque propinquabam portis omnemque videbar
evasisse viam, subito cum creber ad auris
visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
prospiciens 'nate' exclamat, 'fuge, nate; propinquant.
ardentis clipeos atque aera micantia cerno.'

TESTIMONIA.

722 sq. 'fulvi . . . leonis' Servius Aen. XI 536 723 sq. 'succedo . . . inplicuit' schol. Veron. 91, 19 723 'succedoque o.' Servius Aen. IV 10 VII 214 724 'non p. a.' Seneca de morte Claudii 1, 2 725 Priscianus 979 P. 'pone s. c.' Probi inst. I 11, 2 'ferimur . . . locorum' Probi inst. I 8, 1 726—729 Seneca epist. 56, 12 728 sq. 'nunc . . . suspensum' schol. Lucani VIII 6 729 'et pariter . . . timentem' Macrobius Sat. IV 4, 6 Iulius Rufinianus 247 R. Servius Aen. XI 550 733 'fuge n. p.' Priscianus 799 734 Nonius 196, 20. 348, 7 Servius Aen. VI 110

VARIA LECTIO.

722 *veste P* FLVI *V* fl(u)ui *c* insternoſ *a*1 723 *succ* ιDO (*ut non videatur* E, *sed* N *fuisse ante* D) *P* honeri *γ* D*ex*TRAE *V* PARVVS *MVγabc* 724 Implicuit *bc inp*LICVIT *P* quae *b* 725 *po*NE *P* coniu(n)x *c* ferimu. *a*1 726 *et m*E *P* ñullu(a) *c* i(i)necta *c* ...mo·uebant *b* 727 *tela P* NEC *Pγa* GLOMERATAI *M* GRAII *P* 728 *nunc omne*S *P* OMNES A *M* om̄iſ *in ras. a* (terrent) aurę *b* 729 *suspensum et P* .comiti (co *in ras.*) *b* comitiqua *a*1 honerì *γ* oneriq: *in mg. add. c* 730 *iumque propi*NQVABAM *P* 731 *in ras. a*
evasisse viam P vicem *Marklandus ad Statii silv.* V 2, 152 viam *defendunt conl.* III 282 VI 425 AURES *Mγ*2*b*2 732 *visus adesse P*
733 *prospiciens P* '*haec singula pronuntianda sunt ... quidam adfectiose distinguunt*' *Servius* 734 *ardentis cli*PEOS *P* Ardenteſ *c*
ATQVAE *P* at(q.) *c* '*nonnulli quaerunt, ex cuius persona* cerno *dictum sit. Sed altius intuentes* cerno *Aeneae dant, ut ipse hunc versum dixisse videatur*' *Servius*

hic mihi nescio quod trepido male numen amicum
confusam eripuit mentem. namque avia cursu
dum sequor et nota excedo regione viarum,
heu misero coniunx fato mi erepta Creusa.
substitit erravitne via seu lassa resedit
incertum: nec post oculis est reddita nostris,
nec prius amissam respexi animumve reflexi,
quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam
venimus; hic demum collectis omnibus una
defuit, et comites natumque virumque fefellit.
quem non incusavi amens hominumque deorumque,
aut quid in eversa vidi crudelius urbe?
Ascanium Anchisenque patrem Teucrosque penatis
commendo sociis et curva valle recondo.
[ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis.]
stat casus renovare omnis omnemque reverti

TESTIMONIA.

736 sq. 'namque . . . viarum' Servius Aen. II 359   738 'heu m. c.' Probi ars minor 673   745 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 6 V 3, 4   746 Servius Aen. II 6   747 sq. schol. Hor. carm. IV 4, 54   750 'stat . . . omnes' Nonius 391, 33 Consentius 2057. 2068 P. Servius Aen. I 646 XII 678

VARIA LECTIO.

735 *hic mihi nes*CIO *P*   736 *confusam e*RIPVIT *P*   Comfufam *b*1 cr[u].fu *c*   738 coniux[n] *b*   FATONE *MPγbcψ*   fato.ue.(*crasa* q, *corr.* u *ex* x) *a* fato est *Peerlkampus* '*ordo est:* fato erepta Creusa substititne erravitne via? *non enim dubitat fato esse sublatam*' *Servius*   aerepta *γ*..aerepta *a*   739 Subft&it *a*1   ERRAVITNE (N *in ras.*) *P*   laffa *a*2*bc* RAPTA[L SS] *P* LAPSA *Mm* .a..a *a*1   feu laffa, *in mg.* at eurapta *γ*

740 oculif. (i *corr. ex* t, f *m.* 2) *γ* '   redita[d] *γ*   NOSTRI*s P*   741 PRIMUS *M*   AMMISSAM *M*   ue *in ras. a* q: *c*   REFL*exi P*   742 QUM[λ] *M*   *Sacratam P*   743 VN*a P* una. *γ*   744 FEFELL*it P*   745 incuffaui *γ*1*a*1   DEORV*mque P* deo24q; (o24q; *in ras.*) *c*   deumque *Donati ad Ter. adelph.* III 2, 6 *exempl.* deorumque *testatur Servius : cf.* I 229   747 ANCHISEM *Myab*   anchifen ///[q;] *c*   PENATES *Mγ*2*bc* PEN*atis P*   749 *spurium iudicat Peerlkampus : cf.* 671 '*si armatus erat, quare* cingor? *solvitur*' *e. q. s. Servius*   750 OMNES *Mb*

per Troiam et rursus caput obiectare periclis.
principio muros obscuraque limina portae,
qua gressum extuleram, repeto, et vestigia retro
observata sequor per noctem et lumine lustro.
horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.
inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
me refero. inruerant Danai et tectum omne tenebant.
ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
volvitur, exsuperant flammae, furit aestus ad auras,
procedo et Priami sedes arcemque reviso.
et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
custodes lecti Phoenix et dirus Ulixes
praedam adservabant. huc undique Troïa gaza

TESTIMONIA.

750 sq. 'omnem . . . Troiam' Servius Aen. I 185 753 sq. 'et . . . noctem' Nonius 360, 3 755 'simul . . . terrent' schol. Iuven. X 21 758 sq. 'ilicet . . . volvitur' schol. Hor. carm. III 4, 58 'summa . . . volvitur' schol. Lucani IV 296 758 'ignis e.' Diomedes p. 309 P. 761—767 'Iunonis asylo . . . stant circum' Augustinus de civ. dei I 4 762 'dirus U.' Charisius 245 P.

VARIA LECTIO.

751 PERICLIS, *sed literis* ERIC *m. aliena renovatis M* PEriclis *P* 752 p.rte *a1 portae P* 753 DRESSUM (G *col. rubro*) *M* extulerã// *c* VEST*igia retro P* 754 LVMI*ne lustro P* lumina *γ1a1* 'lumine lustro; *oculos circumfero, non enim facem ferre poterat' Servius : cf.* VIII 153 755 ANIMOSIMVL *MPa1* animo.ſimul *γ* animoſ ſimul *bcχ* SILENT*ia terrent P* 756 TVLIS*set P* forte ..tuliſſet *γ* forte tetuliſſet *a1* 757 irruerant *b* inruere (e *post. corr. in* a) *γ* tecũ *c* OM*ne tenebant P* replebant, *ut* 679, *Menag. pr.* 758 Illic& *c* faſtigia (ſ *e corr.*) *a* VEN*to P* TECTI *M : cf.* 302 vento *Servius, schol. Hor. Guelf.* (tecti *eiusdem edd. Mediol. et Fabric.*) 759 Voluit *b2* Voluet *b1* EXUPERANT *Mb* AEST*us ad auras P* a&uſ *a* 760 *procedo e*T *P* 761 *et iam po*RTICIBVS *P* haſilo *b* 762 *custode*S *P* cuſtodiſ *a1* phoenix (ph *in ras.*) *a* ſenix *b* duruſ *c1* diuus *Charisii cod.* 763 *praeda*M *P* Predam *γ* aſeruabant *b* obſeruabant *m* HUNC *M* ZAZZA *M*

incensis erepta adytis mensaeque deorum
crateresque auro solidi captivaque vestis
congeritur. pueri et pavidae longo ordine matres
stant circum.
ausus quin etiam voces iactare per umbram
implevi clamore vias, maestusque Creusam
nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.
quaerenti et tectis urbis sine fine ruenti
infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
visa mihi ante oculos et nota maior imago.
opstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit. 774
'quid tantum insano iuvat indulgere dolori, 776

---

tum sic adfari et curas his demere dictis 775

TESTIMONIA.

764 'mensaeque d.' Servius Aen. VIII 279 765 'captiva vestis' Servius Aen. III 60 765 sq. 'captivaque v. c.' Servius Aen. X 520 766 'pueri . . . matres' Servius Aen. II 710 VI 482 769 'implevi c. v.' Servius Aen. III 341 772 sq. 'atque . . . imago' Nonius 329, 8 772 'atque . . . Creusae' Augustinus confess. I 13 774 Macrobius Sat. IV 1, 1 'obstipui s. c.' Probi inst. I 17, 1 'steteruntque c.' Claudius Sacerdos I 100 Servius Aen. I 575 'steterunt . . . haesit' Pompeius p. 448 L. 'et . . . haesit' Donatus ad Ter. eun. V 6, 7 776 Arusianus Messius 234 L. Servius Aen. II 343 V 21 ecl. IX 43 ge. I 481

VARIA LECTIO.

764 *incensi*S *P* ADYTIS (Y *minio corr. ex* I) *M* aditiſ *γ* 765 *cratere*S *P* CRATERAS (E *sup. col. rubro*) *M* SOLIDI (O *corr. ex* V *ut vid.*) *P* .olidi *a* ueſteſ *a*1 766 *congerit*VR *P* 767 *stant ci*RCVM *P* *Variis supplementis interpolatur in libris recc.* 768 *ausus P* umbraſ *bχ* 769 *impl*EVI *P* m&uſ *c* 770 *neq*VIQVAM *P* Nequi.quam *b* ITERUMQ· ITERUM *M* iterum iterumque *γa* 771 Querenti *γ* *qu*ÆRENTI *P* RVENTI *Pcγ*1 fuenti (*in mg.* al furenti) *γ*2 FVRENTI *Mb* furrenti *a*1 *cf.* 498 772 *inf*ELIX *P* 773 *visa P* 774 = III 48 *obstipu*IST*et*ERVNT *P* OBSTIPUI *Mbc* obſtipui (*m. cad.*) *γ* ſterunt *a* ſteter.nt *c* ſacibuſ *c* hę.fit *a* heſit *γ* 775 = III 153 VIII 35 *tum sic adfar*I *P* Tunc *c* adfar. (*erasa & ut vid.*) *a*1 affari *bc* '*hic versus dicitur in plerisque non fuisse*' *Servius.* 776 *quid tantum P* iuvat insano tantum *Arusianus* labori, *ut* VI 135, *bm*, *Arusianus*, *Servius Aen.* II 343 V 21 *ecl.* IX 43 *ge.* I 481

o dulcis coniunx? non haec sine numine divom
eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creusam
fas aut ille sinit superi regnator Olympi.
longa tibi exilia, et vastum maris aequor arandum:
et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva
inter opima virum leni fluit agmine Thybris.
illic res laetae regnumque et regia coniunx
parta tibi: lacrimas dilectae pelle Creusae.
non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas
aspiciam aut Grais servitum matribus ibo

TESTIMONIA.

777 sq. 'non . . . eveniunt' Servius Aen. II 738 781 'et . . . venies' Probi inst. I 17, 7 Servius Aen. III 5 781 sq. 'ubi . . . Thybris' schol. Hor. serm. I 6, 1 782 'leni . . . Thybris' Macrobius Sat. VI 4, 4 gloss. Barth. adv. XXXVII 5 Servius Aen. II 212 IX 31 ge. I 322 783 sq. 'regnum . . . tibi' Servius Aen. VII 315 784 'lacrimas . . . Creusae' Servius Aen. X 863 785 'non e. M.' Probi inst. I 9, 5 Marius Victorinus 2472 P

VARIA LECTIO.

777 *o dulcis coni*VNX *P* O .... dulcis coni[n]ux *b* DIUUM *Mabc* diuum (um *m.* 2 *in ras.*) *γ* 778 *eveniunt nec P* te hinc comitem asportare *b* (*sed* hinc comitē as *in ras.*), *Mentel. alter* TE COMITEM HINC ASPORTARE *Pγ*1*am* te comitem hinc . . portare *γ*2 te comitem hinc [as]portare (*corr. m. rec.*) *c* TE COMITEM HINC PR[O]·TARE (*erasa fort.* E) *M* te comitem portare *Moretani duo.* '*hic versus caret scansione, unde multi ei* hinc, *multi* as *syllabam detrahunt. si tamen vis fide servata scandere, fiat conversio, ut:* eveniunt nec te hinc comitem asportare' *Servius. Cf.* IV 598 779 *fas — si*NIT *P* [h]aut *a* [h]aud (aut *m.* 1) *γ*2 SVPER[I]VM *P* olimphi *a* 780 *longa tibi ex*ILIA *P* uastum (*in mg.* al longū) *γ* ARANDŪ· (NDŪ· *col. rubro*) *M* 781 *et terram hes*PERIAM *P* et] ad *χ Servius Aen.* III 5 te[r]ram *a* lidius *ab* 782 *inter opima P* leni *superscr. a* fluat *a*1 fl.uit *c* thibris *b* tybris *c* 783 LAE[T]TAE[L]·*P* ITALAE *M : cf.* VIII 626 latae *m* 784 Parte tibi (al partabi) *γ*2 dilecta. (a *corr. in* ae) *γ* PELLAE *M* 785 mirmidonū *c* ui *a*1 SVPERBA*s P* SUPER[B]UAS *M* 786 haut *Rottend. pr.* haud *χ* graiis *a*1 seruitus *c*1 seruitū. *c*2

Dardanis et divae Veneris nurus,
sed me magna deum genetrix his detinet oris.
iamque vale et nati serva communis amorem.'
haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem
dicere deseruit, tenuisque recessit in auras.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum;
ter frustra comprensa manus effugit imago,
par levibus ventis volucrique simillima somno.
sic demum socios consumpta nocte reviso.

Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum
invenio admirans numerum, matresque virosque,
collectam exilio pubem, miserabile volgus.
undique convenere, animis opibusque parati,
in quascumque velim pelago deducere terras.
iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae
ducebatque diem, Danaique obsessa tenebant

TESTIMONIA.

792—794 Macrobius Sat. V 5, 14 792 sq. Asper 114, 14 K. 793 Servius Aen. VI 370 796 'comitum a. n.' Servius Aen. III 591 796 sq. 'comitum turbam adfluxisse n. i.' Servius Aen. I 113 799 Servius Aen. I 182 801 Servius Aen. I 382 ecl. VIII 30 802 'ducebatque d.' Servius ecl. VIII 17

VARIA LECTIO.

787 DARDANIES *M* IOUAE (I *m. aliena corr. in* D) *M* '*sane hunc versum quidam ita supplevit:* et tua coniux' *Servius* 788 magna /// *c* 790 VOL*entem P* 792—794 = VI 700—703 792 brachia *γbc* 793 conprenſa *a* conpren /// ſa (en *in ras.*) *b* compreſſa *γ*1, *Macrobii Salisb.* 794 PARS *P*, *et corr. minio M* uentiſ (t *m.* 2) *γ* pennis *Mediceus Pierii* ſimilima *a* ſumo *Macrobii ω excepto Med.* 2 : *cf.* V 740 somno *Servius* 795 coſumpta (n) *b*2 cuſumpta *b*1 796 Adque *ac* haec *c* commitum *γ*1 ATFLVXISSE *P* adfluxiſſe (f) *b* adfluxire *ut vid. a*1 797 virosque] NUIRO· · · *P* 798 'exilio, *ad exilium. Donatus contra metrum sensit, dicens* ex Ilio, *quasi de Ilio. Nam* i *longa est' Servius.* VOLGVs *P* uolguſ *γ* UULGVS *Mabc* 799 que] quam *ut vid. a*1 PA*rati P* 800 ulim (e) *c* deducere, *in mg.* at decurrere, *γ* : *cf.* V 212 deducere *Servius* TE*rras P* 801 igiſ (u) *a* ID*ae P* ide *γ* ideae *a* 802 (diem) danai *b* TEN*ebant P*

limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
cessi et sublato montes genitore petivi.

VARIA LECTIO.

803 DABAT*ur P* 804 MONTES *M* montif (if *in ras.*) *b* montem (em *in ras.*) *a* MONTEM *Pycm*, *Servius*

AENEIDOS LIB· II *P* P̄ UERGILI MARONIS AĒN. LIB· II EXPL · INC· LIB̄ · III FELICITER *M* EXPLICIT LIBER II INCIPIT LIB̄ TERTIVS *γa*

EXPLICIT LIBER SECVNDVS V̄ dCCXXX VERSVS OVIDII (*sequuntur versus undecim*, *quos vide in prolegg.*) INCIPIT LIBER TERTIVS *b*

AENEIDORVM LIBER · II · EXPLICIT · VERSVS dCC · LXXX · X · VERSVS OVIDII NASONIS. *Sequuntur decem versus* (*v. prolegg.*). PVBLII· VIRGILII MARONIS ENEIDV̄ LB̃ III· INCIP̃ *c*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER TERTIVS

Posquam res Asiae Priamique evertere gentem
immeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium et omnis humo fumat Neptunia Troia:
diversa exilia et desertas quaerere terras

TESTIMONIA.

AENEIDOS III. 1 sq. 'postquam . . . superis' Diomedes 388 schol. Hor. carm. I 33, 10 1 Charisius 203 P. Marius Plotius p. 249 cf. 252 G. Priscianus de XII vers. Aen. 4, 67 'postquam res' Terentianus Maurus 1024 'posquam res Asiae' Marius Victorinus 2467. 2557 P. Terentianus Maurus 1047. 1738. 1740. 1756. 1766. 1944 Servius Aen. VII 701 'postquam r. A. vertere gentem' Marius Victorinus 2577 'postquam r. A. quaerere terras' Marius Victorinus 2577 'Priamique e. g.' Terentianus Maurus 1844 2 sq. 'cecidit . . . Troia' Donati ars III 2, 3 Charisius 239 P. 'ceciditque s. I.' Servius Aen. I 21. 623. 697 2 'immeritam v. s.' Servius ge. IV 394 'visum s.' Servius Aen. V 50 3 'Ilium . . . fumat' Probi inst. I 4, 9 'et . . . fumat' Claudius Sacerdos I 89 'omnis . . . Troia' Donatus ad Ter. adelph. III 3, 11 4 'desertas q. t.' Servius Aen. II 804 4 sq. 'desertas . . . divom' Servius Aen. IV 341

VARIA LECTIO.

AENEIDOS III. 1—3. 4—12 *F fol. XXIII* 1 posquam *Marius Victorinus* 2467, *Terentiani Mauri* 1740 *ed. Mediol.* *posq*VAM *P* Postquam (oſt *in ras.*) *γ* POSTQVAM *FMabc* UERTERE (E *infra scripta minio*) *M* 2 INMERTAM (I *supra*) *F* *inm*ERITAM *P* immeritum *c* CAECIDIT (ECI *m. 2 in ras.*) *P* 3 *iliu*M *P* fumat] '*quod ait Probus, ad discernendum tempus circumflectendam ultimam syllabam, ut intelligamus* fumavit, *non procedit' Servius; idem, quod Probus, praecipit Claudius Sacerdos: cf. Lachmannus Lucr.* 290 4 *div*ERSA *P* desertas

auguriis agimur divom, classemque sub ipsa
Antandro et Phrygiae molimur montibus Idae
incerti quo fata ferant, ubi sistere detur,
contrahimusque viros. vix prima inceperat aestas,
et pater Anchises dare fatis vela iubebat:
litora cum patriae lacrimans portusque relinquo
et campos, ubi Troia fuit. feror exul in altum
cum sociis gnatoque penatibus et magnis dis.

Terra procul vastis colitur Mavortia campis
(Thraces arant) acri quondam regnata Lycurgo,
hospitium anticum Troiae sociique penates,
dum fortuna fuit. feror huc, et litore curvo
moenia prima loco fatis ingressus iniquis,

TESTIMONIA.

5 sq. 'classem . . . Antandro' Diomedes 407 de orthogr. 2799 P. 6 'et . . . Idae' Servius Aen. VII 158 'Phrygiae . . . Idae' Donatus ad Ter. eun. II 3, 32 7 'incerti . . . ferant' Servius Aen. II 804 8 'vix . . . aestas' Servius Aen. III 70 9 Priscianus 862 P. Servius Aen. II 300 III 472 10 Macrobius Sat. IV 3, 11 11 'et . . . fuit' Macrobius Sat. V 1, 8 Servius Aen. II 557 III 3 X 60 'exul in altum' Marius Victorinus 2564 12 Macrobius Sat. III 4, 9 'natoque . . . dis' Servius Aen. I 378 'penatibus . . . dis' Servius Aen. III 264 IX 259 13 sq. Arusianus p. 259 L. 14 schol. Hor. carm. II 6, 11 'acri . . . Lycurgo' Charisius 63 P. Maximi Vict. ars. 21 'quondam r. L.' schol. Hor. carm. III 3, 43 17 'moenia . . . fatis' Marius Victorinus 2472 P.

VARIA LECTIO.

quaerere terras, *i. e. novas sedes in desertae patriae vicem in alia patria quaerere.* 5 *aug*VRIIS *P* DIVVM *FMγabc* CLASSIM *F*1, *ut vid.* 6 *a*NTANDRO *P* Antrandro *c*1 p[h]rygię *a* phygiae *b*1 frigię c [M]MONTIBUS (M *sup. m.* 2, *adscr. m. rec.*, *infra eras.* F) *F* 7 quo . *γb* facta *a*1 FER[A]VNT *P* 8 Contraginuſ *c* INCEPER[A]IT (A *rubra*) *M* incoeperat *ab* &[f]aſ (*in ras.*) *a* 9 achiſeſ (*ut saepius*) *b* uella *c*1 IUUEBAT *M* 10 Li.tora *b* Littora *c* LACRI[N]MAS *P* 12 *cf. Aen.* VIII 679 gnato *χ* .nato *c* NATO *FMPγab* diiſ *a*1 13—33. 34—54 *F fol. XXIV* 14 T[h]raceſ *b* Traceſ *c* [A]ERANT (*corr. minio*) *M* ligurgo *in ras. b* lygurgo *c* 15 *ho*SPITIVM *P* ANTIQVM *P* ANTIQUUM *Mγabc* SOCII PENATES *P* 16 *dum fort*VNA *P* furtuna *γa* littore *bc* 17 *moenia p*RIMA *P*

Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.

Sacra Dionaeae matri divisque ferebam
auspicibus coeptorum operum, superoque nitentem
caelicolum regi mactabam in litore taurum.
forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
virgulta et densis hastilibus horrida myrtus.
accessi, viridemque ab humo convellere silvam
conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
horrendum et dictu video mirabile mostrum.
nam quae prima solo ruptis radicibus arbos
vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae
et terram tabo maculant. mihi frigidus horror
membra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.

TESTIMONIA.

18 Arusianus p. 248 L. Servius Aen. I 268 19 Macrobius Sat. III 3, 2 Nonius 303, 5 20 sq. 'supero . . . taurum' anon. de nom. 4 p. 128 Endl. 21 Macrobius Sat. III 10, 3 'caelicolum r.' schol. Leid. in Suringari hist. crit. schol. Lat. II 284 22 sq. 'forte . . . virgulta' Priscianus 1008 P. 22 'forte f. i. t.' Probi inst. I 9, 9 24 'viridem . . . silvam' Asper 115, 4 K. 26 Macrobius Sat. III 10, 6 Nonius 319, 8 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 557 27 sq. Nonius 333, 27 28 sq. 'huic . . . maculant' schol. Hor. epod. V 65 29 Priscianus 744 'et . . . maculant' Pompeius p. 203 L. 29 sq. 'mihi . . . sanguis' Quintilianus VIII 3, 70 Iulius Victor a. r. in schol. Cic. p. 256 Or. 30 'gelidus . . . sanguis' Isidorus orig. X 102

VARIA LECTIO.

18 AENEADES (λ supra E) *M* *aeneadas P* nomin . *a*1 19 *sacra P* dionaee *b* DIONEAE *FMγac* *di*ONEAE *P* 20 *auspicib*VS *P* OPERVM (O *m.* 2 *corr. ex* V) *P* 21 *caelicol*VM *P* rege *a*1 li . tore *b* 22 *forte fui*T *P* TVMVLOS *P* tumulos (v supra o) *γ* cornea (c *in ras.*) *a* 23 *virgull*A *P* HASTIBVS (LI supra TI) *F* aſtilibuſ *c* 24 uiridem . . . *a* umo *b* SI*lvam P* 25 araſ (ſ *in ras.*) *c* AR*as P* 26 *cf. Aen.* II 680 horrendum dicto video *Nonius* horrendum dictu et visu *Macrobii exempl.* DICTUM *F* uio (de supra) *c* MOSTRUM (N supra) *M* MONSTRVM *Fγabc* MONSTR*um P* 27 Namq: prima (ubi supra) *b* Namque prima *a* Namq: prima (ubi supra) *c* 28 Puellitur *b*2 Pellitur *b*1 LIQVVNTVR *Mγab, Nonii Genev.: testatur Servius* li . quunt[z] (*erasa* n) *c* LINQVVNTVR *F, schol. Hor. exempl., Nonii* ω, *qui etiam in lemmate* linquere, defluere *habet: cf. ge.* II 187 LINGVNTVR *P* GVT*tae P* 29 HOR*ror P* 30 SA*nguis P*

rusus et alterius lentum convellere vimen
insequor et causas penitus temptare latentis:
ater et alterius sequitur de cortice sanguis.
multa movens animo nymphas venerabar agrestis
Gradivomque patrem, Geticis qui praesidet arvis,
rite secundarent visus omenque levarent.
tertia set postquam maiore hastilia nisu
adgredior genibusque adversae obluctor harenae,
(eloquar an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
auditur tumulo, et vox reddita fertur ad auris
'quid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto,
parce pias scelerare manus. non me tibi Troia
externum tulit aut cruor hic de stipite manat.

TESTIMONIA.

31 'rursus et alterius' Priscianus 1015 P. 32 'causas . . . latentis' Priscianus de XII vers. 10, 180 34 sq. 'nymphas . . . arvis' schol. Veron. 102, 18 K. Servius Aen. IX 404 35 'Geticis . . . arvis' Arusianus p. 252 L. 36 Eutychius II 5 'rite s. v.' Arusianus p. 262 L. 37 sq. 'tertio . . . adgredior' Charisius 196 P. 38 'obluctor h.' appendix ad Probi art. min. 31 p. 442 Endl. 'genibus . . . arenae' Cledonius 1916 P. 39 Priscianus 1031 P. 'eloquar an s.' Donatus ad Ter. hec. III 3, 6 Alcuini gramm. 2135 P. 42 'parce . . . manus' Arusianus p. 254 L. 42 sq. 'non . . . tulit' Donatus ad Ter. Andr. I 4, 3 43 Marius Plotius p. 259. 265 G.

VARIA LECTIO.

31 RVSVS (R *sup. m. rec.*) *F* RVRSVS *MPγabc* UIMEM *M* 32 latentiſ (l *c corr.*) *γ* latenteſ *b1c2* 33 *in ras. inter lineas add. a* ater] ALTER *Fγ1* 34 nympaſ (h) *a* agreſteſ *c* AGREs*tis P* 35 gradiuom (v) *γ* gradiu (ō) *c2* GRADIVVM *FMab* gradiū *c1* 36 ſecundaret . . . levaret *Eutychii cod. Pluralem habet Servius* .ecundarent *a1* visum *Arusianus* 37 tertio *testatur Charisius* SET *M* SED *FPγabc* aſtilia *b* NIXU *M* .nſu (i) *c* 38 Aggredior *b* genibuſ (g *c corr.*) *a* genibuſ (q;) *b* arenae *b* 39 ELOQVAF (OR) (*corr. minio m. rec.*) *P* an . . ſileam *a* GEMITVM *P* LACRIMABI*lis imo P* 40 'auditur; *vetus habet* auditus' *Servius* ADAURES *Mγ2b, c* (e *in ras.*) Ad *auris P*
41 *sepulto P* 42 PIAs (S *m.* 2 *add.*) *P* ſcaelerare *b1* T*roia P* 43 aut *γ1*, aud (h) *γ2* hic *m.* 2 *suprascr. b* Manat *P*

heu fuge crudelis terras, fuge litus avarum.
nam Polydorus ego. hic confixum ferrea texit
telorum seges et iaculis increvit acutis.'
tum vero ancipiti mentem formidine pressus
opstipui steteruntque comae et vox faucibus haesit.

Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi, cum iam diffideret armis
Dardaniae cingique urbem obsidione videret.
ille, ut opes fractae Teucrum, et Fortuna recessit,
res Agamemnonias victriciaque arma secutus
fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, et auro
vi potitur. quid non mortalia pectora cogis,

TESTIMONIA.

44 Isidorus orig. IX 2, 82 'heu . . . terras' Claudius Sacerdos II 129 'fuge l. a.' Probi ars minor 838 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 320 45 'nam P. ego' Priscianus 1072 P. 46 'telorum seges' Macrobius Sat. VI 6, 7 47 Priscianus 764 P. 48 Servius Aen. VI 493 50 sq. 'furtim . . . regi' Nonius 348, 28 51 'cum . . . armis' Arusianus p. 225 L. 52 'cingi . . . videret' Nonius 216, 27 54 'res A.' Servius Aen. III 1 'victriciaque a. s.' Servius Aen. V 74 55—57 'fas . . . fames' Quintilianus IX 3, 25 55 sq. 'fas . . . potitur' Priscianus 881 'et auro vi p.' Diomedes p. 305 P. 'auro vi p.' Servius Aen. I 270 55 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 344 56 'vi potitur' Alcimus Avitus epist. 51 'quid . . . cogis' schol. Gron. Cic. 387 Or. anecd. Par. Eekst. 21, 25 56 sq. 'quid . . . fames' Quintilianus IX 2, 10 Isidorus orig. II 21, 16 schol. Hor.

VARIA LECTIO.

44 CRUDELES *M* AVAR*um P* 45 'Polydorus ego: *sive* ego *distinguas*, *sive* ego hic, *subaudias* sum *necesse est' Servius* polidoruf *abc*1 FERRE*a texit P* 46 fegef (f *pr. e corr.*) *a* ACVTI*s P* 47 *tum ver*O *P* Tunc *bc* prefuf *a* praeffuf *b* pra'fuf *c* 48 == II 774 OBSTIPVI *Fγab* Oftipui *c obstip*VI *P* fteř *a*1 hę.fit *a* 49 *hunc p*OLYDORVM *P* poliḍorum *γab*2*c* polodorũ (poloedorum?) *b*1 coupondere *c* 50 *infeli*X *P* mandar& (a *superscr.*) *c* a.lẹndum (l *in ras.*) *b* 51 Thaeicio (r *superscr.*) *c* : *cf. Servius et* VI 645 THREICIO *Fγa* THREICTO *M* Th.reitio (c *superscr.*) *b threic*IO *P* REIS (ç *rubra*) *M* rei *γ* QVVM *F* IAM *superscr. M* 52 *darda*NIAE *P* 53 *ille ut op*ES *P* 54 *res a*GAMEMNONIAS *P* agamen noniaf *c* VICTRIDA (ci *superscr.*) *P* 55 *fa*S *P* polidorũ *b* pylodorum *γ* 56 *cf.* IV 412 *vi p*OTITVR *P*

auri sacra fames! postquam pavor ossa reliquit,
delectos populi ad proceres primumque parentem
monstra deum refero, et quae sit sententia posco.
omnibus idem animus, scelerata excedere terra,
linqui pollutum hospitium et dare classibus austros.
ergo instauramus Polydoro funus: et ingens
aggeritur tumulo tellus; stant manibus arae
caeruleis maestae vittis atraque cupresso,
et circum Iliades crinem de more solutae;
inferimus tepido spumantia cymbia lacte
sanguinis et sacri pateras, animamque sepulchro
condimus et magna supremum voce ciemus.

Inde ubi prima fides pelago, placataque venti

TESTIMONIA.

carm. III 3, 52 Lucani III 118 Prisciani praeexerc. 360 Cap. 57 'auri s. f.' Nonius 397, 26 Macrobius Sat. V 16, 7 Diomedes 289. 431 Agroetius 2270 de orthogr. 2802 P. schol. Lucani X 334 Servius Aen. IV 412 XI 719 ge. II 395 'postquam ... reliquit' de gen. nom. p. 90 ed. Haupt. 58 sq. 'primum ... refero' Nonius 435, 33 59 'monstra d. r.' Nonius 350, 5 61 'linquere p. h.' Donatus ad Ter. Andr. prol. 16 'dare c. a.' Isidorus orig. I 35, 22 Servius Aen. I 9. 392 II 361 ecl. III 43 63 'aggeritur t. t.' Eutychius II 13 'stant m. a.' Servius Aen. I 646 ecl. VII 53 66 Macrobius Sat. V 21, 1 67 sq. 'animam ... ciemus' Servius Aen. I 219 'animamque s. c.' Nonius 249, 33 67 'sanguinis ... pateras' Servius Aen. III 231 68 'et ... ciemus' Servius Aen. II 644

VARIA LECTIO.

57 *auri P* poſt[quā] *c* RELIQUID (T *rubra*) *M* reliquid *ab*2 relinquid *b*1 58 *dele*CTOS *P* POPULIS *M* que (e *m.* 2) *a* 59 *m*ONSTRA *P* Mon[ſ]tra *c* 60 OMNIBUSS (*hasta rubra*) *M* oMNIBVS *P* ANIMVMs (*corr. m.* 2) *P* 61 *linq*VI *P* linquere χ, *Donati exempl.* austrum *m* 62 *ergo instaur*AMVS *P* in[ſ]tauramus *bc* polidoro *γa* po.lidoro *b* 63 *aggeritur tu*MVLO *P* aggeritur terrae tumulo *Eutychii cod.* arc. *γ* 64 *caeruleis mae*STAE *P* CAERULES (I *sup. rubra*) *M* Ceruleiſ *γ* meſtae *γ* CUPRYSSO (E *rubra*) *M* cypraeſſo *b* 65 *et circum ilia*DES *P* illiadeſ *a*1 ..iliadeſ *b* 66 *inferimus te*PIDO *P* cy͂bia *b* 67 *sanguinis et P* Sanguiſ *c* ſepulcro *c* 68 *condimus et P* SVPPREVIVM *P* ſuppremum *γa* DEMVS *P* 69 *inde ubi pri*MA *P* placataq; *c*

dant maria et lenis crepitans vocat auster in altum,
deducunt socii navis et litora complent.
provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.
sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri et Neptuno Aegaeo,
quam pius arquitenens oras et litora circum
errantem Mycono e celsa Gyaroque revinxit,
immotamque coli dedit et contemnere ventos.
huc feror, haec fessos tuto placidissima portu
accipit. egressi veneramur Apollinis urbem.
rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos,
vittis et sacra redimitus tempora lauro,

TESTIMONIA.

71 'deducunt s. n.' Probi inst. I 12, 1 Servius Aen. I 551 72 'terrae . . . recedunt' Seneca epist. 28, 1. 70, 2 Servius Aen. III 536 V 9 73 'sacra . . . medio' Pseudoascon. ad Cic. p. 170 Or. 'sacra m. c.' Augustinus de gramm. 1981 74 Marius Plotius p. 251 G. 75 'quam pius arquitenens' Macrobius Sat. VI 5, 8 'litora c.' Isidorus orig. I 36, 16 76 'Mycono . . . revinxit' Servius ge. III 6 77 Nonius 278, 26 Seneca nat. qu. VI 26, 3 Atilius Fortunatianus p. 349. 355. 357 G. Diomedes 494 P. 80 'rex A.' Claudius Sacerdos I 161 81 'et . . . lauro' Charisius 110 P. (sed fortasse hunc versum non laudavit Charisius, ut falso loco in codice inter exempla nominativi 'laurus' transpositum)

VARIA LECTIO.

70 UOCA (T *superscr.*) *M* auter (ſ *superscr.*) *c* IN *altum P* 71 ſocii. *b* NAUES *My2abc* naves socii *Servius Aen.* I 551 & *in ras. a* li.tora *b* CONPLENT *Pya* 72 RECEDVNt *P* 73 medio colitur *yab1* medio colitur (colitur *superscr.*) *b2* 74 = *Ciris* 473 neptuni (o *superscr.*) aegeo *c* 75 QAM *P* '*bene* pius ... *legitur et* prius' *Servius* ARQVITENENS *MPya1c1*, *Macrobii libri plerique* arcitenenſ *b* li.tora *b* 76 micono e *abc* mycone *m* Mycono, *om.* e, *Ladevicus : cf. Wagnerus lectt. Verg.* 335 *sqq.* giaro *yb1c* Gyaro celsa Myconoque r. '*antiqui codd. plerique omnes*' *Pierii: cf. Ovidii metam.* VII 463, *anthol. Lat.* III 7, 6 REVINXit *P* reuinx̃ *b* 77 contẽpnere *bc* VENTos *P* 78 toto (v *superscr.*) *a* PORTu *P* 79—99. 100—120 *F fol. XXV* 79 Accepit *a1* egressique intramus *Peerlkampus secundum Ovidii metam.* XIII 631 80 rEX (R *m.* 2 *add.*) *P* ASINIVS *F* foebi *a* 81 redimituſ (ſ *in ras.*) *a* TAVRO (T *corr. in* L) *F*

occurrit, veterem Anchisen adgnovit amicum.
iungimus hospitio dextras, et tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
'da propriam, Thymbraee, domum; da moenia fessis
et genus et mansuram urbem; serva altera Troiae
Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli.
quem sequimur? quove ire iubes, ubi ponere sedes?
da, pater, augurium, atque animis inlabere nostris.'
vix ea fatus eram: tremere omnia visa repente,
liminaque laurusque dei, totusque moveri

TESTIMONIA.

82 'veterem . . . amicum' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 7 Phorm. I 2, 17 'Anchisen a. a.' Servius Aen. III 183 83 Servius Aen. III 611 'iunximus h.' Probi inst. I 7, 3 84 Servius Aen. I 375 VIII 478 85 Claudius Sacerdos I 132 schol. Hor. carm. III 3, 26 'da . . . domum' Nonius 278, 28. 361, 32 Servius Aen. I 73 VII 122 ecl. VII 31 ge. IV 209 86 sq. 'serva . . . Pergama' Servius Aen. IV 340 87 'atque i. A.' Charisius 52 P. 88 'quo . . . sedes' Augustinus de gramm. 2016 P. 89 schol. Veron. 96, 24 K. 'da p. a.' Macrobius Sat. III 6, 3 91 'liminaque laurusque' Probi inst. I 14, 3 'liminaque l. d.' Charisius 3. 109 Diomedes 428 Marius Victorinus 2474 P.

VARIA LECTIO.

82 [λ]OCCURRIT *M* ueteremq; (q; *m.* 2 *add.*) *a* anchifem *γ2a* ADGNOVIT *FP*, *Donati ad Andr. exempl.* agnouit *γb* AGNOSCIT *Mc* a.gno.uit. *a* cognouit *χ*, *Donati ad Phorm. exempl.* 83 iunximus *Probi inst.* hofpitio dextraf (od *e corr.*) *γ* 'hospitio: *licet Probus quaerat, quid sit* iungimus hospitio dextras, *tamen septimus casus est, i.e. iure hospitalitatis. Nam* ad hospitium *non potest intelligi, quia iam amicus fuit; aut sicut quidam tradunt:* iungimus dextras, et hospitio tecta subimus' *Servius* 84 ueneramur *cI*: *cf.* 79 85 DAT *M* thymbraee *γ1* THYM[E]RAE *P* THYMBRE[A .]ME (A *rubra*) *M* tymbree . *γ2* thymbre[c] *a* [h]tymbree *b* tybreae *c* MOE*nia fessis P* 86 MEN[A]SURAM (A *sup. minio*) *M* ALT*era troiae P* 87 *cf.* I 30 RE[L]LIQVIAS *F* reli.quiaf *a* IMMI*tis P* in[m]nitif *b* inmitif *c* ACHILLI *Myab*, *Charisius*, *Servius* ACHILLEI *F* achilli. (achillif *m.* 1) *c achilli P* 88 coue *b1* hire *γ* PON*ere sedes P* 89 animuf *b1* INLABER*e nostris P* i[l]nlabere *b* 90 factuf *a1* ERAT *F* erat *b1* erāt *b2* R*epente P* 91 de[l] *a* MOV*eri P*

mons circum et mugire adytis cortina reclusis.
summissi petimus terram, et vox fertur ad auris:
'Dardanidae duri, quae vos a stirpe parentum
prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
accipiet reduces. antiquam exquirite matrem.
hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,
et nati natorum et qui nascentur ab illis.'
haec Phoebus; mixtoque ingens exorta tumultu
laetitia, et cuncti quae sint ea moenia quaerunt,
quo Phoebus vocet errantis iubeatque reverti.
tum genitor, veterum volvens monimenta virorum,
'audite, o proceres,' ait 'et spes discite vestras.
Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae.
centum urbes habitant magnas, uberrima regna;

TESTIMONIA.

93 Nonius 367, 12 'summissi . . . fertur' Nonius 390, 2   94 'Dardanidae d.' Servius Aen. II 118   96 'antiquam e. m.' Servius Aen. XII 209 ge. II 268   97 sq. Macrobius Sat. V 3, 8   104 'Creta I. m.' Pompeius p. 356 L.   'medio . . . ponto' Servius Aen. III 692   105 Servius Aen. IX 80   106 'centum . . . magnas' Gellius XIII 21, 5 Servius Aen. IX 87 schol. Veron. p. 73, 9 K.

VARIA LECTIO.

92 aditiſ *γbc*   reclufi^{f}. *a reclusis P*   93 SVMMISSI *FMγ* Sūmiſſi *c* Summiſi *a*1 Sūmiſſi. *b summis*SI *P*   ET *m.* 2 *sup. FP*   AVRIS *FMb*1*c*1 aureſ *γa*2*b*2*c*2 AVREAS *P* auraſ *a*1   94 *darda*NIDAE *P* ^{S}TIRPE *P* ſtyrpe *γb*   parantū *b*1   95 *prima t*VLIT *P*   .ubere (u *m.* 2 *in ras.*) *γ*   96 Accipiat *b accipi*ET *P*   exqui.rite *b*   97 *hic do*MVS *P*   cun^{c}tiſ *a*   98 *et nati P*   NASC^{E}VNTVR *P*   99 *haec pho*EBVS *P*   foebuſ *γ* febuſ *b* phoebi *a*1   &orta *a*   100 *laetiti*A *P*   m^{e}onia *γ*   QVAERVNT (V *post. in ras.*) *F*   101 *quo ph*OEBVS *P*   ERRANTES *Pγ*1*ac*   iubea^{t} *a*   102 *tum gen*ITOR *P*   MONVMENTA *Mb*   munumenta *a*1   103 *audi*TE *P* ^{A}HIT *P*   ET *m.* 2 *sup. P*   104 *cret*A *P*   105 *mo*NS *P*   IDEUS *Mγbc*   ibi *b*   genti^{ſ} *b*   106 *cen*TVM *P*   urbes *testatur Gellius auctore Valerio Probo*

maximus unde pater, si rite audita recordor,
Teucrus Rhoeteas primum est advectus in oras
optavitque locum regno. nondum Ilium et arces
Pergameae steterant; habitabant vallibus imis.
hinc mater cultrix Cybeli Corybantiaque aera
Idaeumque nemus; hinc fida silentia sacris,
et iuncti currum dominae subiere leones.
ergo agite, et divom ducunt qua iussa sequamur,
placemus ventos et Cnosia regna petamus.
nec longo distant cursu: modo Iuppiter adsit,
tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.'

TESTIMONIA.

108 Charisius 65 Priscianus 692 P. 'Teucrus' Charisius 11 109 'optavitque l. r.' Nonius 358, 16 Isidorus orig. XV 2, 3 (cf. Aen. I 425) Arusianus p. 250 L. Servius Aen. I 76. 425 110 'habitabant v. i.' Arusianus p. 233 L. 111 'hic ... Cybele' Nonius 250, 8 Servius Aen. X 220 'uirgl. Ciuelus, mons frigiae' gloss. Zic. p. 8 112 'et fida s. s.' schol. Hor. carm. III 2, 26 116 anon. de verbo 12 p. 151 Endl. 'modo I. adsit' Macrobius diff. 15, 19 Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 9 116 sq. 'modo ... oris' schol. Hor. carm. I 22, 20

VARIA LECTIO.

107 *ma*XIMVS *P* 108 *teucrus roet*HEAS *P* Teuchruſ *in ras. b* Teu[c]cruſ (uſ *eras.*) *γ* roetheaſ *b*, *Charisii cod.* rho[h]&eaſ *a* r&heaſ *c* 'Rhoeteas ... *licet alii* Rhoetias *legant propter Rhoetiam Sithonis filiam*' *Servius* PRI[M]MVSEST (M *sup. minio*) *M* primum (*om.* est) *Charisii cod.* IN *FPγabc Priscianus*, *Charisius* AD *M* 109 *optavitque loc*VM *P* Obtauitque *b* Optauitq; *c* [n̄]dum *γ* [E]AT *P* 110 *pergameae ste*TERANT *P* Pergam[c]e *a* 111 *hinc mater c*VLTRIX *P* hic *Nonii et Servii Aen.* X 220 *exempl.* cybeli *c2*, *confirmant Servius, Nonius, gloss. Zic.* cybeli. *a* cybili. *c1* cybile *χ* CYBELE *FMP* cybelle (l *pr. erasa*) *γ* cibele *b'* 'Cybeli, *i. e. montis Phrygiae ... nonnulli* cultrix Cybele *legunt, ut sit quasi Cybeleia.*' *Servius* : *cf.* XI 768 Cybelae *Heinsius* coribantiaq: aera *in ras. b* 112 *idaeumque n*EMVS *P* Ideum *bc* hinc] et *schol. Hor.* 113 *et iuncti cur*RVM *P* iun[c]ti *γ* uincti *c* ſubi[e]re *γ* leoniſ *a1* 114 *ergo — d*IVOM *P* diu[v]om *γ* DIVVM *FMabc* 115 *placemus ve*NTOS *P* placamuſ (a *post. corr. in* e) *γ* cnoſia *a1* CaNOSIA (C *m. rec. corr. in* G) *F* GNOSIA *MPγa2bc* PETAMVS (MVS *m.* 2 *in ras.*) *F* 116 curſum *γ1* curſu modo *superscr. a* aſſit *b2*

sic fatus meritos aris mactavit honores,
taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Fama volat pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque litora Cretae,
hoste vacare domum, sedesque astare relictas.
nauticus exoritur vario certamine clamor;
hortantur socii Cretam proavosque petamus.
linquimus Ortygiae portus pelagoque volamus,
bacchatamque iugis Naxum viridemque Donusam,

TESTIMONIA.

118 sq. Macrobius Sat. III 4, 6   118 'meritos . . . honores' Nonius 320, 20   119 Gellius XIII 27, 3 Macrobius Sat. III 10, 5 V 13, 11 Servius Aen. I 378   120 Servius Aen. IV 58   121 sq. 'fama . . . ducem' Nonius 305, 17 Servius Aen. XI 264   121 schol. Hor. carm. II 2, 8   123 'hoste v. d.' Arusianus p. 265 L.   124 Nonius 333, 21   125 'bacchatamque i. N.' Probi inst. II 1, 55 schol. Hor. carm. III 3, 43

VARIA LECTIO.

117 cretaeiſ *b* CRETEIS (A *rubra*) *M* CRETEIS *Pc* craeteiſ *γa* CRAETEI (S *supra*) *F* 'Cretaeis, *ut* Aetneis' *Servius*   horiſ *a*   118 AGRIS *P*   matauit (c *supra*) *b* MACTABIT (V *supra*) *F* mactabat *Macrobii et Nonii exempl.*   119 τibi (*eras.* τ, τi *m.* 2) *γ*   appollo *γ1a*   120 NIGRA (M *supra*) *F*   ze.phyriſ *b* zepheriſ (zephoeriſ?) *c*   ALB*am* *P*   121—123. 124—126. 127—146 *F fol. XXVI*   121 REGNIS *F*   122 IDOMEA (NE *supra*) *F* Idomenia *γ1* Idomenaea *b1*   SERTA (DE *supra*) *P* DESERTAS *M*   littora *bc*   craete *b*   123 'hoste: *multi hic distinguunt*' *Servius*   VACERE (A *supra*) (*corr. m. ead. ut* II 441) *F*: *cf. Lachmannus Lucr.* 191   DOMVM *FPγ1* DOMOS *Mab2c*, *Arusiani cod.* domuſ *b1*   ASTARE *FPb* ADSTARE *Mγa* aſta^re *c*   RELICTA*s* *P*   *Post* 123 *sequentia Peerlkampus sic:* 128 *sq.* 124—127. 130. 131, *Wagnerus sic ordinat:* 128—130. 124—127. 131   129 proauoſ (ſ *in ras.*) *a*   124 *sq. inverso ordine m*   HORTYGIAE *P* ortigiae *b*   VOLA*mus* *P*   125 Baccatam (h *supra*) *b* Bacchatum *a1* Bacatum (c *supra*) *c*   NAXVM *FPγ1* NAXO (N *supra*) *M* naxon *abc*   Donusam '*aliquot*' *Pieriani* DONYSAM (Y *vel* V *in ras.*) *F* DONYSA*m* *P* DONYSAM *M* doniſam *γabc*

Oliarum niveamque Parum sparsasque per aequor
Cycladas et crebris legimus freta concita terris.
prosequitur surgens a puppi ventus euntis,
et tandem antiquis Curetum adlabimur oris.
ergo avidus muros optatae molior urbis
Pergameamque voco, et laetam cognomine gentem
hortor amare focos arcemque attollere tectis.
iamque fere [sicco subductae litore puppes;]
conubis arvisque novis operata iuventus,
iura domosque dabam: subito cum tabida membris
corrupto caeli tractu miserandaque venit
arboribusque satisque lues et letifer annus.

TESTIMONIA.

126 'niveamque P.' schol. Hor. carm. I 19, 7 126 sq. 'niveam . . . Cycladas' Servius Aen. VIII 103 'sparsas . . . Cycladas' schol. Hor. carm. I 14, 19 127 'Cycladas . . . legimus' Probi inst. I 5, 1 'et . . . terris' Nonius 205, 24 'crebris . . . terris' Isidorus orig. X 154 130 Macrobius Sat. V 13, 16 Servius Aen. I 156 134 'hortor a. f.' schol. Persii III 26 anon. de verbo 34 p. 164 Endl. Servius Aen. I 704 135 Maximi Victorini de fin. 19 gloss. p. 466 Endl. 138 sq. 'corrupto . . . lues' Isidorus de nat. rer. 39, 1 138 'corrupto c. t.' Philargyrus ge. III 478

VARIA LECTIO.

126 OLLARUM, *i. e.* Oliarum *F* oliaron '*aliquot*' *Pieriani* OLEARUM *Pγ1a* OLEARON *Mbc* PARVM *FPγ1* paron *abc* PHARON *M* AEQ*uor P* 127 Cyclades *Probi inst.* confita *χ* concita *testatur Servius* 130 pu[p]pi *a* uento[v]ſ *c* EVNTIS (I *an* E, *non liquet*) *P* cunteſ *bc2* 131 SE[T]TANDEM *M* AD[L]CABIMVr *P* ADLABI[M]TUR *M* oris *P* 132 au[v]idiſ *c* obtate *γ* M[O]ELIOR (*corr. m. ead. ut* 123) *F* VRBis *P* 133 PERGAMEUM (U *m. ant. corr. in* A) *F* et *m. 2 sup. b* LAETAM (L *m. 2 corr. ex* T) *F* COGNOM*ine gentem P* 134 amari *a1* ATTOLLER*e tectis P* adtollere *γ* arcem . . . tectis *cum versibus* 135 *sq. spuria habet Peerlkampus* 135 iam Berecyntheo *coni. Wagnerus* ferre *a1* sicco . . . puppes *tueri non audeo* SICCOE *M* littore *bc* PVPPE*s P* pu[p]peſ *a* 136 Conubi[i]ſ *b* CONVBIIS *FMPγa2cψ* conubii *a1* NOVIS (V *m. 2 in ras.*) *F* nouiſ *c* IVVENT*us P* 137 D[A]EBAN[M]T *P* DABAMT (M *corr. ex* N) *F* TABI*da membris P* tarida *ut vid. a1* m̄briſ *c* 138 tra[c]tu *a* miseranda . q; *c* VE*nit P* 139 *arbo*RIBVS *P* LVGES *Pb1* loetifer *bc*

linquebant dulces animas aut aegra trahebant
corpora, tum steriles exurere Sirius agros,
arebant herbae et victum seges aegra negabat.
rusus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso
hortatur pater ire mari veniamque precari,
quam fessis finem rebus ferat, unde laborum
temptare auxilium iubeat, quo vertere cursus.

Nox erat, et terris animalia somnus habebat:
effigies sacrae divom Phrygiique penates,
quos mecum ab Troia mediisque ex ignibus urbis
extuleram, visi ante oculos astare iacentis

TESTIMONIA.

142 Nonius 395, 19 Probi inst. I 4, 14 Servius ge. III 555 144 'hortatur . . . mari' Augustinus de gramm. 1981 P. 145 'quam . . . ferat' Nonius 205, 11 Cledonius 1895 P. 'unde l.' Probi inst. I 9, 3 145 sq. 'unde . . . iubeat' Nonius 413, 2 147 'nox erat' (non indicato loco: cf. IV 522 VIII 26) Charisius 2 Diomedes 423 Marius Victorinus 2474 P. Probi inst. I 3, 2. 14, 2 148 Servius Aen. I 378 148—150 'Phrygii . . . extuleram' Servius Aen. IX 259

VARIA LECTIO.

140 *linq*VEBANT *P* dulciſ *c* trahaeba[N]t *b* 141 *corpor*A *P* tum (t *in ras.*) *a* ſa[i]riuſ *c* 142 *areb*ANT *P* SEDES *M* SE[G]GRES *P* AE[G]RA (G *m.* 2 *add.*) *P* negaba.t *γ* negabant *a*1 NEG[A]ARE (R *m.* 2 *corr. in* B, E *in* T) *F* 143 [R]RVSVS *F* RVRSVS *Mγabc* *rursu*S *P* ORACLVM (V *in ras.*) *F* ora..lum *a* oraculũ *bc* ortigiae *γb* foebum *γ* 144 *horta*TVR *P* pat̃ (t̃ *m.* 2) *γ* ıRE (I *m.* 2 *add.*) *P* PRAECARI *Fγb* 145 *quam f*ESSIS *P* Quem *c*1*m* labor[V]em *c* 146 TEMPTA[I]RET *F tempta*RE *P* TEMPTARE *M* temptari *Servii exempl.* UERTERET *M* '*quidam* auxilium *distinguunt, ut sequatur*: iubeat quo vertere cursus' *Servius* 147—152. 153—173 *F fol. XXVII* 147 *nox er*AT *P* ha[b]beat *a* 148 *effigie*S *P* DIVVM *libri* ph[r]ygii *γ* frigii *b* phyrigii *c* 149 *quos P* AB *F* AB *P* A *Mγabc* TROIIA *F* 150 *extu*LERAM *P* uiſa *b*1 '*non adstabant, sed videbantur. unde et* visa *dicuntur*' *Servius*: *cf.* 172 ASTARE *FP* ADSTARE *Mγa* .aſtare (aſ *e corr.*) *b* afſtare *c* IÁCENTIS (*apice rubro*) *M*

in somnis, multo manufesti lumine, qua se
plena per insertas fundebat luna fenestras,
tum sic adfari et curas his demere dictis:
'quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
hic canit, et tua nos en ultro ad limina mittit.
nos te Dardania incensa tuaque arma secuti,
nos tumidum sub te permensi classibus aequor
idem venturos tollemus in astra nepotes
imperiumque urbi dabimus. tu moenia magnis
magna para, longumque fugae ne linque laborem.
mutandae sedes. non haec tibi litora suasit
Delius aut Cretae iussit considere Apollo.

TESTIMONIA.

155 Servius Aen. III 188 156 sq. Isidorus orig. I 35, 8 158 Servius Aen. I 22 159 sq. 'tu ... para' schol. Veron. 87, 13 K. Servius Aen. II 294 161 sq. 'non . . . Apollo' schol. Persii II 36 162 'aut . . . Apollo' Pompeius p. 355 L. 'Cretae . . . Apollo' Cledonius 1922

VARIA LECTIO.

151 *in P* 'in somnis: *multi hic distinguunt, et volunt unam partem esse orationis, i. e. vigilantis ... multi* in somnis *dicunt et posterioribus iungunt, unde et* visi' *Servius.* MANUFESTI *F* MANIFESTI *MPabc* manifeſto *γ*1 152 *ple*NA *P* FUNDEBANT (*puncto rubro*) *M* fundebat (t *m.* 2 *in ras. duarum lit.*) *γ* 153 = VIII 35 *tu*M *P* ADFARIS *P* [h]iſ *b* '*hic versus in multis non invenitur, qui tamen admodum necessarius est' Servius: cf.* II 775 *Fortasse verba* et curas ... dictis *hic a poeta non posita sunt.* 154 *quod ti*BI *P* ORTHYGIAM *F* ortigiam *b* appollo eſt *a* Apollost *ed. Lipsiensis* 155 *hic — tu*A *P* en *in ras. a* [en]& *γ* ET *P* 156 *nos te dardan*IA *P* 157 *nos tumidu*M *P* TVME[D]TVM (*corr. m. ant.*) *F* permenſi . *c* PER[N]MESI *M* permiſſi (*voluit* permessi) *Sprot. m.* 1 '*multi autem* permensi *sine* n *legunt a verbo* permetior. *Hic versus variasse dicitur' Servius : cf.* XI 244 CLA[S]SIBVS (*sup. m. ant.*) *F* 158 *idem ventur*OS *P* tollem' *b* in] ad *Servius Aen.* I 22 ASRTA *M* 159 *imperiumqu*E *P* 160 *magna para P* ſigę *a*1 LINQ· *M* 161 *mutandae se*DES *P* littora *b*1 litoram *a*1 162 conſidere *schol. Persii teste O. Jahnio* considere *Cledonius* appollo *a* [a][o]pollit *c*

est locus (Hesperiam Grai cognomine dicunt),
terra antiqua, potens armis atque ubere glaebae,
Oenotri coluere viri, nunc fama minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem:
hae nobis propriae sedes, hinc Dardanus ortus
Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
surge age et haec laetus longaevo dicta parenti
haud dubitanda refer, Corythum terrasque requirat
Ausonias: Dictaea negat tibi Iuppiter arva.'
talibus attonitus visis et voce deorum
(nec sopor illud erat, set coram adgnoscere voltus
velatasque comas praesentiaque ora videbar,
tum gelidus toto manabat corpore sudor)
corripio e stratis corpus, tendoque supinas
ad caelum cum voce manus, et munera libo
intemerata focis. perfecto laetus honore
Anchisen facio certum remque ordine pando.
adgnovit prolem ambiguam geminosque parentes

TESTIMONIA.

172 Servius Aen. I 6   175 Macrobius Sat. VI 1, 50   176 'corripio . . . corpus' Nonius 254, 17   176 sq. 'tendo . . . manus' schol. Hor. carm. III 23, 1   179 Priscianus 729   'Anchisen f. c.' Marius Victorinus p. 90 G.   180 Nonius 245, 12 schol. Hor. carm. I 7, 29   'agnovit p. a.' Servius Aen. I 661

VARIA LECTIO.

163—166 = I 530—533   163 haefperiã b   GRAH *FP*   164 ADQVE *F*   GLEBAE *FMγa*   165 OENOTRI (I *sup.*) *M*   VoENOTRI (O *post* V *m.* 2 *add.*) *P*   fama. *b*   166 DVXISSE *F*   do (e *sup.*) *c*   167 haec *Menag. pr., Franc.*   propiae (r *sup.*) *b*   fedef. (f *post. m.* 2 *in ras.*) *γ*   dardani *a*1   ORTVS *P*   169 longeuo *γ*   PARENT*i P*   170 HAD *P*   corithum *a*   coritum *b*1   requiraf *a* RE*quirat P*   172 iuffif, *i. e.* uissis *χ*   ac *bc*   173 ILLVT *MP*   SED *FPγabc*   AGNOSCERE *FMab* ..cognofcere *c*   VVLTVS *FMγabc* VVLT*us P*   174—194. 195—216 *F*   174 UIDEBAM (R *sup.*) *M*   176 E· (/ *sup.*) *M*   177 CUM *m.* 2 *sup. F*   178 HONO*re P*   179 Anchyfem *b*   ORDIN*e pando P*   180 Agnouit *ab*   ancipitem *c coniectura Merceri Nonius, ut qui in lemmate* anceps *posuerit*   GEMINOSQ*ue parentes P*   PARETIS (N *sup.*) *F* parentif *b*

seque novo veterum deceptum errore locorum.
tum memorat: 'nate, Iliacis exercite fatis,
sola mihi talis casus Cassandra canebat.
nunc repeto haec generi portendere debita nostro
et saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare.
set quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
crederet? aut quem tum vates Cassandra moveret?
cedamus Phoebo et moniti meliora sequamur.'
sic ait, et cuncti dicto paremus ovantes.
hanc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
vela damus vastumque cava trabe currimus aequor.

Postquam altum tenuere rates nec iam amplius ullae
apparent terrae, caelum undique et undique pontus,
tum mihi caeruleus supra caput astitit imber

TESTIMONIA.

181 Iulius Rufinianus de schem. lex. 235 R. 182 'nate . . . fatis' Nonius 6, 10 Servius Aen. I 32. 431 183 Donatus ad Ter. eun. IV 4, 33. 7, 10 Isidorus orig. I 35, 14 Marcianus Capella V 514 Pompeius p. 461 L. 'casus C. c.' Claudius Sacerdos I 143 Servius Aen. II 199 186 'sed . . . Hesperiae' Probi inst. I 6, 3 187 'aut . . . moveret' Servius Aen. X 68 188 Nonius 251, 3 'cedamus Phoebo' Servius Aen. II 704 190 'hanc q. d.' Claudius Sacerdos I 73 191 'vastum . . . aequor' Nonius 415, 4 Servius Aen. IV 566 'cava . . . aequor' schol. Veron. 73, 10 K. 192 Macrobius Sat. V 6, 1 192 sq. 'nec iam . . . pontus' Macrobius Sat. V 3, 3 cf. ad V 8 194 'caeruleus imber' Diomedes p. 309 P.

VARIA LECTIO.

181 LOC*orum* *P* 182 ЄTVM *P* nate . . . fatis = V 725 ILISACIS (I *pr. m.* 2 *add.*) *P* illiacif *a*1 FACTIS *F* FATI*s* *P* 183 talef *b* cafandra *bc* CANE*bat* *P* 184 hae *c* DE*bita nostro* *P* 185 *et saep*E *P* 186 SED *Fybc sed* *P* *qui*S *P* AT (T *m.* 2 *corr. in* D) *MP* AD *m.* 2 *sup.* *F* littora *b* 187 *creder*ET *P* tunc *Servii exempl.* cafandra *bc* moneret *a*2*cm* 188 *cedam*VS *P* moni.i *a*1 SEQVARMVR *F* 189 *sic ait* *P* cun(c)ti *b* dict(o)if *b* dictif *cm* parem' *b* 190 *hanc q*VOQVE *P* han(c) *c* 191—209. 210—228 *G fol.* VII 191 *vela da*MVS *P* uaftum — aequor *in ras.* *a* CVCVRRIMVS *F* 192—195 : *cf.* V 8—11 192 *postqua*M *P* 193 *appare*NT *P* ulla apparet tellus *Macrobius* V 3, 3 *ex Aen.* V 8 194 *tum mi*HI *P* MI (HI *corr. m.* 1) *G* capud *a*1 ASTITIT (D) *M* ADSTITIT *Gyc* adft&it *a*1

noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.
continuo venti volvont mare magnaque surgunt
aequora, dispersi iactamur gurgite vasto,
involvere diem nimbi et nox umida caelum
abstulit, ingeminant abruptis nubibus ignes.
excutimur cursu, et caecis erramus in undis.
ipse diem noctemque negat discernere caelo
nec meminisse viae media Palinurus in unda.
tris adeo incertos caeca caligine soles
erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
quarto terra die primum se attollere tandem

TESTIMONIA.

199 'ingeminant . . . ignes' Macrobius Sat. VI 1, 27 200 Nonius 298, 29 202 Probi inst. II 1, 46 203 anon. de nom. 14 p. 131 Endl. Servius ecl. IX 52 203 sq. 'tris . . . erramus' schol. Hor. carm. IV 2, 46 Servius Aen. I 745 'tris . . . pelago' Nonius 502, 14 Priscianus 775 P. schol. Persii V 41 205 sq. 'quarto . . . montis' Nonius 236, 29

VARIA LECTIO.

195 *nocte*M *P* HIEM *G* iemem *a*1 ignem *m* un.da (da *m.* 2 *in ras.*) *γ* 196 *conti*NVO *P* noluont (v *supra*) *γ* VOLVVNT *FGMabc* 197 AEQUA (OR *supra*) *F* *aequ*ORA *P* dispsa (a *eras.*) *c* 198 INVOLVERE (IN *m.* 2 *add.*) *F* *invol*VERE *P* nymbi *γ* humida *γc* 199 *abstu*LIT *P* ABRVPTIS *FMPγabcψ*, *Macrobius*, *quo teste* abruptis *etiam Lucretius scripsit : cf.* XII 451 ABRVPTI *G*, *Moret. sec.*, *Lucretii* II 214 *exemplaria* 200 *excutim*VR *P* 201 *ipse diem nocte*M *P* 202 *nec meminisse P* UIAMEMEDIA (E *supra*) (ME *pr. ut vid. eras.*) *M* 203 *tris adeo incer*TOS *P* incert.i (*eras.* g) *c* SOLES (E *fort. corr. ex* I) *F* SOLIS *G* 204 *erramus pela*GO *P* TOTIDEM (τo *supra*) (TO *perrosum*, τo *m. rec.*, *corr. ex* τu *ut vid.*) *F* NOCTIS *G*, *Nonii exempl.* 'hinc Pelopis gentes Maleaeque sonantia (male equisonantia *Bern.* 172) saxa Circumstant, pariterque undae terraeque minantur. Pulsamur (pulsamus *Bern.*) saevis et circumsistimur undis. *Hi* (hic *Bern.*) *versus circumducti inventi dicuntur et extra paginam in mundo' Servius Danielis. Haec si modo ipsius Vergilii sunt, scripta fuerunt ante quam versus* 192—204, *ut nunc sunt, in textum recepti erant: nam nec v.* 193 *nec* 200 *sqq., quibus nihil omnino cerni potuisse narratur, conciliari possunt cum Peloponnesi Maleaeque commemoratione* 205 *quarto terra* DIE *P* quarto die terra *Nonii exempl.* DIEM *G* PRIAMUM *M* adtollere *γ* attolle *a*1 TANTEM *P*

visa, aperire procul montis ac volvere fumum.
vela cadunt, remis insurgimus, haut mora nautae
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.
servatum ex undis Strophadum me litora primum
excipiunt. Strophades Graio stant nomine dictae
insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno
harpyiaeque colunt aliae, Phineia postquam
clausa domus mensasque metu liquere priores.
tristius haut illis monstrum, nec saevior ulla

TESTIMONIA.

206 'visa . . . montes' Servius Aen. I 107 'aperire . . . fumum' Servius Aen. VI 406 208 Nonius 420, 4. 446, 27 209 sq. 'servatum . . . accipiunt' Servius Aen. III 569 210 'Graio . . . dictae' Servius Aen. I 646 211 Charisius 3. 4 Marius Victorinus 2474 P. Terentianus Maurus 1654 'insulae . . . magno' Probi inst. I 15 Claudius Sacerdos I 116 Mallius Theodorus 531 G. gramm. in Prisciani ed. Hertziana I 192 Maximus Victorinus 5 p. 457 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. Diomedes 424 Servius de ratione ult. syll. 1802 Cledonius 1884 Alcuini gramm. 2085 Beda 2354. 2376 Marius Victorinus 2471. 2478. 2506 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius 51 L. Servius Aen. I 41 'dira C.' Donati ars III 6, 2 Pompeius 469 L. 211 sq. 'quas . . . aliae' Nonius 250, 9 212 'harpyiaeque c. a.' Charisius 3 P. 'harpyiaeque c.' Probi inst. I 14, 3 Marius Victorinus 2474 P. 212 sq. 'Phineia . . . domus' anon. art. gramm. 20 p. 80 Endl. Charisius 128 Diomedes p. 310 P. Charisii exc. 535, 19 K. 214 schol. Iuven. IX 38

VARIA LECTIO.

206 *visu aperire p*ROCVL *P* montes ac *c* A[MONTISAC] (A *crasa, sup. m.* 2) *F* au[c]olucre *b* 207 *vela — r*EMIS *P* INSINSVRGIMVS *G* HAVD *Fb* moram *c*1 NA[T]UAE *M* na[v]tae *γ* nocte *c* 208 *sq. abscissi in G* 208 = IV 583 obnixi *Nonius* 446 *testatur* 209 *in mg.* A *m. ant. F* Seru[v]atam *a* littora *b*1*c*1 PRIMum *P* PRIMA *Mγ* pm.m *a*1 p[i]mum *a*2 210 *ima pag. m. ant. add., et adp.* B *in mg., F* EXCIPIVNT *FGPγa*2*b*2*cm* ACCIPIVNT *M* ..xepiunt *a*1 ..cipiunt *b*1 GAIO *P* g[r]aio *γ* DICTae *P* 211 INSVLA[E] *F* insule *γ* INMAGNO *superscr. M* CAELEÑO *Fc* C[A]AELENO (A *fere abrasa*) *M* CAELENO *G* Celeno *γ Nonii exempl.* caelono *b*1 212 HARP[Y]YIAE (I *rubra*) *M* Harp.iae *γ* harpię *a* Arpyae *c* PHYNEIA *F* PINEIA *G* phin[i]ea *c* finela *γ* 213 CLAVSAS *F* Cla[v]sa *c* domus . . . . . mensas *γ* METVS *G* 214 [H]AUT (H *rubra*) *M* HAVD *Fabc*2 aud *c*1 habet *schol. Iuven.* illi *schol. Iuven.* nec (c *in*

pestis et ira deum Stygiis sese extulit undis.
virginei volucrum voltus, foedissima ventris
proluvies uncaeque manus et pallida semper
ora fame.
huc ubi delati portus intravimus, ecce
laeta boum passim campis armenta videmus
caprigenumque pecus nullo custode per herbas.
inruimus ferro, et divos ipsumque vocamus
in partem praedamque Iovem; tum litore curvo
extruimusque toros dapibusque epulamur opimis.
at subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
harpyiae et magnis quatiunt clangoribus alas,
diripiuntque dapes contactuque omnia foedant

TESTIMONIA.

216 sq. 'foedissima . . . proluvies' Nonius 373, 12 219 sq. Priscianus 773 221 Macrobius Sat. VI 5, 14 Priscianus 677. 732 223 sq. 'et litore . . . toros' schol. Hor. carm. I 33, 13 225 Probi inst. I 12, 1

VARIA LECTIO.

A
ras.) *c* SEVIOR *G* 215 *ima pag. add., cum v.* 214 *ultimus huius*, 216 *primus sequentis pag. sit, c* ſtigiiſ *γbc* 216 '*si subdistinguas* virginei, *maior erit admiratio' Servius*
v
uoltuſ *γ* UULTUS *FGMabc* VESTRIS *F* 217 Prolu..eſ *b* 218 famae *γ* 219 delati (a *corr. ex* e) *γ* aecce *γ* 220 boun *testatur Priscianus* 221 herbam *χ*, *Servius*, *Prisciani libri*, *nisi quod* herbas *Lugd. m.* 1 *p.* 732 222 diuoſ (o *corr. ex* e *ut vid.*) *γ* 223 predam *ut vid. a*1 predae *a*2 LITORe *curvo P* littore *b*1 224
S
EXTRVIMVSDAPIBVSQVEEPVLAMVROPIMIS *G*1 EXTRVIMVSTORODAPIBVSQVEEPVLAMVROPIMIS *in ras. G*2 thoroſ *c* EPVLAM*ur opimis P* epulemur *a*1
M
OPINIS *M* 225 at (t *m.* 2 *in ras.*) *γ* AD *Pa*1*b*
r
horifico *b* LABSV *G* *adsunt P* 226 HARPYIAE (I *rubra*) *M* Harpi.ae *c* Harpiae *a* Arpiae *γ* CLANGORIB*us alas P* GL.·.ANCORIB(GL.·.ANC *manum alienam passae*) *M* plangoribus *nonnulli Pieriani* clangoribus *Servius* alaſ (l *in ras.* 2 *litt.*) *b* auraſ *a* auraſ (aur *in ras.*) *γ* : *cf.* VI 561 '*sed sane hic versus, qui circumductus est, talis auditur* : resonant magnis stridoribus alae' *Servius Danielis* (*om. Cass. Bern.* 172) 227 *nihil superest praeter apices superiores literarum* DIRIPI *in G* contactu (t *post. m.* 2 *in ras.*) *γ* FO*edant P* foedunt *a*1

immundo, tum vox taetrum dira inter odorem.
rursum in secessu longo sub rupe cavata
instruimus mensas arisque reponimus ignem:
rursum ex diverso caeli caecisque latebris
turba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
polluit ore dapes. sociis tunc arma capessant
edico, et dira bellum cum gente gerendum.
haut secus ac iussi faciunt, tectosque per herbam
disponunt enses et scuta latentia condunt.
ergo ubi delapsae sonitum per curva dedere
litora, dat signum specula Misenus ab alta
aere cavo. invadunt socii et nova proelia temptant,
obscenas pelagi ferro foedare volucres.
sed neque vim plumis ullam nec volnera tergo

---

arboribus clausam circum atque horrentibus umbris

TESTIMONIA.

228 'tunc . . . odorem' Nonius 413, 8 229 Claudius Sacerdos I 84 230 'clausi c.' gloss. Petri p. 15 232 Priscianus 1015 233 'praedam . . . uncis' Donatus ad Ter. eun. V 2, 20 234 sq. 'sociis . . . gerendum' Quintilianus IX 3, 64 236 Priscianus 1026 de XII vers. Aen. 10, 170 'haud . . . faciunt' Probi inst. II 1, 41 Priscianus 1041 237 'et . . . condunt' Agroetius 2271 anon. de orthogr. 2789 P. 'scuta l. c.' Claudius Sacerdos I 170 Servius Aen. IX 762 238 'ergo . . . sonitum' Probi inst. I 10, 4 239 'specula . . . alta' Servius Aen. I 180 241 Nonius 356, 30 'illa Virgilii . . . quom ait harpyias obscenas volucres' Festus p. 261 M. 'obscenas pelagi volucres' Servius Aen. IV 455

VARIA LECTIO.

228 *abscissus in G* inmundo *γab1c* tunc *Nonii exempl.* ODOrem *P* 229 rursus *plerique Pieriani, testatur Claudius Sacerdos* 230 *mera repetitio ex* I 311 CLAVSAM *Pγ1a1c1* CLAUSAM *M* claufam *γ* claufa *a2χ* claufi *in ras. b2c2χ, gloss. Petri* HORRENtibus umbris *P* (h)orrentibuf *b* 231 *instr*VIMVS *P* .. arif *a* 232 *rursu*M *P* 233 *turba P* 234 Pollnit (uit *m.* 2) *γ pollui*T *P* orae *c* dapef (a *corr. ex* e, e *ex* a) *γ* 235 *edic*O *P* 236 : *cf.* 561 HAUT (*sed* H *in mg. add.*) *M* Haud *bc* Aud *a1* *haud P* TES(C)TOS *M* perbam *c* 237 *dispo*NVNT *P* fcuto *a1* 238 *ergo u*BI *P* DILAPSAE *Pγm* delabfę *a* ISONITUM *M* 239 *litor*A *P* 240 AERAE *M* *aere P* praelia *b1* temtant *a* tentant *c* 241 *obsc*ENAS *P* 242 *sed P* VVLNERA *Pγ2abc*

accipiunt, celerique fuga sub sidera lapsae
semessam praedam et vestigia foeda relinquont.
una in praecelsa consedit rupe Celaeno,
infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:
'bellum etiam pro caede boum stratisque iuvencis,
Laomedontiadae, bellumne inferre paratis
et patrio harpyias insontis pellere regno?
accipite ergo animis atque haec mea figite dicta,
quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
praedixit, vobis furiarum ego maxima pando.
Italiam cursu petitis, ventisque vocatis
ibitis Italiam portusque intrare licebit;
set non ante datam cingetis moenibus urbem,

TESTIMONIA.

243 sq. 'celeri . . . relinquunt' Nonius 307, 24 Priscianus 776 243 'celeri . . . lapsae' Priscianus 760 Isidorus orig. X 211 Servius Aen. IV 180 244 Servius Aen. XI 573 246 'infelix v.' Servius Aen. I 330 XII 608 247 sq. Servius Aen. IX 306 248 'bellumne i. p. Laomedontiadae' Victorinus in Cic. de inv. p. 71 Or. 'Laomedontiadae' Servius Aen. II 540 251 sq. 'quae . . . praedixit' Macrobius Sat. V 22, 11 Servius Aen. I 20 III 363 251 'quae . . . mihi' Iulius Rufinianus de schem. lex. 239 R. 'quae Phoebo p. o.' Servius Aen. IV 267 V 17 252 'vobis . . . maxima' Servius Aen. III 233 'vobis . . . pando' Servius Aen. III 209 VI 605 255 Iulius Rufinianus de fig. sent. 210 R.

VARIA LECTIO.

243 *acc*IPIVNT *P* Accepiunt *a*1 ſ$^{\text{de}}$era *c*1 ſira *c*2 244 ſeme.ſam (*erasa* ſ *ut vid.*) *γb se*MESAM *P*, *Nonii exempl.* SEMENSAM *M* ſemeſã *cm* RELINQV$^{\text{v}}$ONT *P* relinqu$^{\text{v}}$ont *γ* RELINQUIÑ$^{\text{v}}$ *M* relinqunt *c* relinquunt *ab* 245 *un*A *P* rupae *c* CAELENO *Mγ* caeleno *c* celeno *b* 246 *infelix va*TES *P* 247 *bellum etia*M *P* cede *γ* bo.um *bc* 248 *laomedont*IADAE *P* Laomedonciadae *γ* 249 *et patrio ha*RPYIAS *P* ARPYIAS *M* $^{\text{h}}$arpyaſ *γ* arpiyaſ *c* INSONTIS (I *post. corr. in* E) *M* INSONITIS *P* inſonteſ *c* 250 *accipite erg*O *P* Accipit$^{\text{e}}$ *γ* Accepite *a*1 di$^{\text{c}}$cte *c*1 DEXTRA (E *corr. in* I) *M* 251 *quae phoe*BO *P* omp̃ſ *c* PH$^{\text{o}}$EBVS *P* foebuſ *γ* 252 *praedixit v*OBIS *P* $^{\text{MA}}$PENDO (*corr. m.* 2) *P* pando (*an e corr., m.* 1 *fort.* œn) *γ* 253 *italiam cu*RSV *P* VENTI$^{\text{S}}$ *P* 254 portuſ$^{\text{q:}}$ *b* 255 SED *Pγabc* *urbe*M *P*

quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis
ambesas subigat malis absumere mensas.'
dixit, et in silvam pinnis ablata refugit.
at sociis subita gelidus formidine sanguis
deriguit: cecidere animi, nec iam amplius armis,
set votis precibusque iubent exposcere pacem,
sive deae seu sint dirae obscenaeque volucres.
et pater Anchises passis de litore palmis
numina magna vocat, meritosque indicit honores:
'di prohibete minas; di talem avertite casum,
et placidi servate pios!' tum litore funem
deripere excussosque iubet laxare rudentes.
tendunt vela noti; fugimus spumantibus undis,

TESTIMONIA.

256 'quam vos d. f.' Servius Aen. III 246 'dira f.' Claudius Sacerdos I 161 257 Diomedes 382 Priscianus 893 P. 258 'pinnis a. r.' Servius Aen. III 246 261 Nonius 324, 7. 370, 32 262 Servius Aen. III 246 263 Priscianus 870. 892 'passis . . . palmis' Priscianus de XII vers. Aen. 11, 188 Servius Aen. IV 205 267 'excussos . . . rudentis' Nonius 221, 26 cf. Cledonius 1917: 'propter metrum legere prudentius dicimus, quod significat legerunt, ut Virgilius: legere rudentes' (cf. ge. III 125. 282) 268 sq. Macrobius Sat. V 6, 3 268 Nonius 307, 33 'tendunt v. n.' Nonius 410, 29 Probi inst. I 17, 4

VARIA LECTIO.

256 dira. *γ* .... iniuria *α* CAE*dis P* 'nostraeque iniuria caedis: *quidam* iniuriam *pro* vindictam *accipiunt*, *et harpyia ista mentitur. nam imminens Troianis est fames fatalis' Servius Bern.* 172. *cf.* VII 122 nostraeque iniuria caedis *si umquam scripsit poeta*, *vix in perpolito carmine relicturus erat.* 257 malis subigat *Diomedes* absu.mere (ab *in ras.*) *b* 258 pennif *ab*1*c* 259 AD *Pa*1 260 Dirigunt *am* iam *om. c* ARMis *P* 261 SED *Pγabc* uotif precibuf (fpr *in ras.*) *γ* PRAECIBUS *Mab* 262 *fortasse ab interpolatore additus est*

obfcinae *c* 263 [A]ET *M* At *a*2 *Prisciani* 892 ω, 870 *Sangall.* ut *eiusdem* 870 *Carolir.* anchifaef (ef *in ras.*) *γ* panfif *m* littore *c* 264 uocat *m.* 2 *superscr. γ* HONores *P* 265 DII *Pγa* AVERTICE[T] *P* auerti[te] *b* 266 PLACIDE *Pγ*1 littore *b*1 267 DIRIPERE *Mb*1*c* iube.t *c* rudentif *bc*1 268 nothi *c*1 F[ER]VGIM[R]VS *P* fu.gimuf. (g *et* f *e corr.*) *a* ferimur *γ*, *fortasse melius: cf.* 272. V 33.628

qua cursum ventusque gubernatorque vocabat.
iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos
Dulichiumque Sameque et Neritos ardua saxis.
effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna,
et terram altricem saevi execramur Ulixi.
mox et Leucatae nimbosa cacumina montis
et formidatus nautis aperitur Apollo.
hunc petimus fessi et parvae succedimus urbi;
anchora de prora iacitur, stant litore puppes.

Ergo insperata tandem tellure potiti
lustramurque Iovi votisque incendimus aras,
Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.
exercent patrias oleo labente palaestras

TESTIMONIA.

270 'nemorosa Z.' Diomedes 424 Servius de ratione ult. syll. 1802 Cledonius 1883. 1884 Beda 2352 P. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Endl. Marcianus Capella III 278 Pompeius 33. 52 L. 271 Probi inst. I 4, 15 277 'stant l. p.' Claudius Sacerdos I 178 278 Nonius 405, 32 279 'lustramurque I.' Arusianus p. 245 L. 281 Arusianus p. 228 L.

VARIA LECTIO.

269 VENłTVS *P* QVe VOC*abat P* uocabant *Macrobii Salisb.* 270 Iam .. medio *c* ZACYNTOS [ll] *M* ZA*cynthos P* [za] cynthoſ *a* zacinctoſ *b*1 zachinthuſ *c* zachyntos *Maximi Vict. Bob.*, *Sergii Bob.* iacinthos, iacintos, iacynthus *χ* iacinthus *Sergii Vindob.* iacinctus *Maximi Vict. Vindob.* diacynthos *scriptum fuerat.* 271 DVLCHIVM [l] *P* DULICIUM [ll] *M* dulic.hium (in *m.* 2) *γ* que *om. Probi inst.* SAMAE *Mc* ſama *a*1 NERYTOS *M* ARDV*a saxis P* 272 ſcopoloſ *c* ſcupuloſ *a*1 ſchopuloſ *γ* [A] LERTIA *M* lertia *a* lercia *γ* REGN*a P* 273 EXSECRAMVR *Pac* ulixe. (e *corr. in* i) *γ* ulixiſ *b* uluxiſ *c* *Vlixi P* 274 leuatę [c] *c* leucate . [n] ymboſa (*erasa* l *ut vid.*) *γ* CACVMIN*a montis P* 275 appe-ritur *γ* appollo *γc* 276 Hunc (un *in ras.*) *c* SVCCEDIMV*s urbi P* 277 *anchor*A *P* littore *γb*1 littora *ut vid. c*1 pu[p]peſ *a* 278 *ergo in*SPERATA *P* tollere *a*1 279 *lustra*MVR *P* qua *a*1 280 *actia-q*VE *P* iliaceſ *a*1 281 *exerc*ENT *P* labante *b*1 PALESTRAS *Pγbc*

nudati socii, iuvat evasisse tot urbes
Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostis.
interea magnum sol circumvolvitur annum,
et glacialis hiemps aquilonibus asperat undas:
aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
postibus adversis figo et rem carmine signo
'AENEAS HAEC DE DANAIS VICTORIBUS ARMA.'
linquere tum portus iubeo et considere transtris.
certatim socii feriunt mare et aequora verrunt.
protinus aërias Phaeacum abscondimus arces,
litoraque Epiri legimus portuque subimus
Chaonio et celsam Buthroti accedimus urbem.

TESTIMONIA.

282 'iuvat . . . urbes' Servius Aen. II 12 282 sq. 'iuvat . . . Argolicas' schol. Hor. epod. II 50 'iuvat . . . hostes' anon. de verbo 35 p. 166 Endl. 'evasisse . . . hostes' Seneca epist. 104, 10 284 Macrobius Sat. I 14, 5 Isidorus de nat. rer. 27 p. 53 B. Servius Aen. I 269 286 Servius Aen. X 381 287 'postibus a. f.' Servius Aen. I 248 287 sq. 'et rem . . . arma' Servius ecl. V 42 288 'Aeneas ... Danais' Servius ecl. VII 29 289 'linquere' Claudius Sacerdos I 95 290 Nonius 516, 27 291 Charisius 188 Nonius 376, 24 Servius Aen. III 416 292 'litoraque E. l.' Nonius 332, 13 Servius Aen. II 208 III 127 X 815 292 sq. 'portu . . . Chaonio' Asper 112, 21 K. Probi inst. I 4, 19 293 'Buthroti urbem' Servius Aen. I 565 VII 714

VARIA LECTIO.

282 *nuda*TI *P* EVASSISSE *P* euaffife *a* euafife *b* 283 *argoli*CAS *P* fu.gam* *c* HOSTES *Pγ* | *ab* oftef *c* 284 *intere*A *P* 285 *et glac*IALIS *P* glacia lif *γ* hiemf *c* VNDIS *P* 286 *aere* CAVO *P* clypeum *γ* 287 *posti*BVS *P* 288 *aen*EAS *P* DANAVIS *P* dan a.cif *a* 289 *li*NQVERE *P* tom v *c* 290 *cer*TATIMI *P* uer r.unt *c* 291 *pr*OTINVS *P* PHEACUM *Mγ* 292 *litora*QVe *ep*IRI *P* Littora *b*1 epyri *γa* PORTUS *M* portu *γ* 293 *chaonio et c*ELSAM *P* CHAO S NIO *M* chaonias *m* '*nam si* Chaonios *legeris*, *non* Chaonio, *difficilis est scansio non excluso* s' *Servius*. 'portusque s. Chaonio *pro* Chaonii maris portus, *quamvis legatur* portusque s. Chaonios. *Est ergo genitivus* Chaonio' *Probi inst.* portu Chaonio *dativos esse intellexerunt Asper et Servius.* BRUTOTI (R *sup. rubra*) *M* botroti *b* bythroti *c*

Hic incredibilis rerum fama occupat auris,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbes,
coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitum,
et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
opstipui, miroque incensum pectus amore
compellare virum et casus cognoscere tantos.
progredior portu classes et litora linquens:
sollemnis cum forte dapes et tristia dona
ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
libabat cineri Andromache manisque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem caespite inanem
et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras.
ut me conspexit venientem et Troia circum
arma amens vidit, magnis exterrita monstris
deriguit visu in medio, calor ossa reliquit,

TESTIMONIA.

294 Servius Aen. III 351 295 'Priamiden H.' Probi inst. I 4, 21 297 'et patrio A.' Probi inst. I 4, 21 300 'progredior p.' Arusianus p. 256 L. 302 'falsi . . . undam' Servius Aen. I 716 303 sq. 'manes . . . tumulum' Servius Aen. I 219

VARIA LECTIO.

294 *hic incredib*ILIS *P* aureſ *b* aure . ſ (aureis?) *c* artuſ *ut vid.* *a*1 295 priamidem *a* *priamiden P* 296 *coniugio ae*ACIDAE *P* aeadae (ci *supra*) *γ* eacidae *b* PYRRI (H *supra*) *M* pyrr . i *γ* pyrri *ac* phyrri *b* 297 *et patrio an*DROMACHEN *P* marito . (o *corr. ex* u, *ut vid:*) *γ* 298 *obstipui mi*RO *P* obſtipui *γac* amor . e *c* 299 *compellar*E *P* 300—320. 321—341 *F fol. XXIX* 300 progredimur *Arusianus* claſſeſq (q *eras.*) *b* et litora (tl *e corr., fort. ex* d) *γ* littora *b*1 littore *c*1 liquenſ *γa*1 301 SOLLEMNIS (*fort.* I *corr. in* E) *F* Sollemneſ *bc* tum *ac*1 dapiſ *γ*1 triſti . a *a* 302 loco *a*1 loco (v *supra*) *c* ſalſi . (*erasa* ſ *ut vid.*) *γa* 303 cineriſ *c*1 ANDROMACHEN (*ut* 297) *F* adromache (n *supra*) *a* andromace (h *supra*) *b* MANES *FMb* VOCABA*t P* 304 Haectoreum *abc* AD (D *m.* 2 *in ras., potest fuisse* VT) *F* AT *M* alad (al *eras.*) *c* uiride *c*1 QUM (E *supra*) *M* CESPITE *Mγac* in ceſpite *b* INA*nem P* 305 CLAVSAM *P* lacriſmiſ *c*1 306 cuſpexit *c* 307 EXTERTITA *M* exter . rita (*eras.* a *ut vid.*) *c* MONSTRI*s P* 308 diriguit *m* UISUM *M* V (ISU *supra*) *F* im *c*1 m *γ*1 relinquit *a*

labitur, et longo vix tandem tempore fatur.
'verane te facies, verus mihi nuntius adfers,
nate dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est?' dixit, lacrimasque effudit et omnem
implevit clamore locum. vix pauca furenti
subicio et raris turbatus vocibus hisco:
'vivo equidem, vitamque extrema per omnia duco;
ne dubita, nam vera vides.
heu! quis te casus deiectam coniuge tanto
excipit, aut quae digna satis fortuna revisit,
Hectoris Andromache? Pyrrhin conubia servas?'
deiecit voltum et demissa voce locuta est:
'o felix una ante alias Priameia virgo,
hostilem ad tumulum Troiae sub moenibus altis

TESTIMONIA.

311 sq. 'aut . . . est' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 10 312 'Hector u. e.' Probi inst. I 4, 12 317 Arusianus p. 222 L. 317 sq. 'heu . . . excipit' Nonius 293, 14 319 Censorini fragm. p. 97 I. Priscianus 1032 P. Servius Aen. I 73 'Hectoris A.' Servius Aen. I 41 320 Nonius 286, 5 321—323 'o felix . . . mori' Quintilianus VI 2, 22 Macrobius Sat. IV 6, 1 321 Nonius 301, 32 'o . . . alias' Servius Aen. XI 537

VARIA LECTIO.

309 [TEM]PORE *F* 310 UERUM *M* adfref *c*1 adfe[r]ef *c*2 312 Haector *abc* EFFVNDIT *P* 313 fu.renti *a* 314 turbat.. *a* VOSCIBVS *F* ifco *b* 315 V[V]IO *P* EXTREM[λ]O *M* OMINA *F* 316 Nec *a*1 Ne. *b* nō *γ*2 ne *γ*1 fides *χ* : *cf.* II 309 IV 12 317 'heu *disiungendum ab interrogatione' Servius* coniuge (e *in ras.*) *c* 318 excepit *γ*1*a*1 [SA]TIS *F* REVISI*t P* 319 Haectorif *abc* ANDROMACHE· *M*, *quod vulgo cum sequentibus iungitur.* andromāche *b* andromache. *a* andromachen *χ*, *Censorini Darmst.* handromachen (n *eras.*) *c* '*si* Andromache, *sequentibus iunge*: *si* Andromachen, *superioribus' Servius.* PYRR[H]IN *M* phyrrin *b* pyrr[h]hin *a* PYRRI[N] *Fc* PYRRHI[N] *P* [f]ernat (t *eras.*) *γ* SE*rvas P* 320 uoltum *γ* VVLTVM *FMPabc* ET *m.* 2 *sup. F* DEUMISSA *F* demi[f]fa *a* 321 ali[a]f *c* priamei[a] *γ* 322 HOSTILE *F* AT *P* TROHAE *F* A*ltis P*

iussa mori, quae sortitus non pertulit ullos
nec victoris eri tetigit captiva cubile!
nos patria incensa diversa per aequora vectae
stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum,
servitio enixae, tulimus, qui deinde secutus
Ledaeam Hermionen Lacedaemoniosque hymenaeos
me famulo famulamque Heleno transmisit habendam.
ast illum ereptae magno flammatus amore
coniugis et scelerum furiis agitatus Orestes
excipit incautum patriasque obtruncat ad aras.
morte Neoptolemi regnorum reddita cessit

TESTIMONIA.

323 'quae . . . ullos' Nonius 223, 10 326 sq. 'stirpis . . . tulimus' Nonius 458, 30 'iuvenem . . . tulimus' Nonius 405, 23. 407, 13 326 Nonius 391, 3 Servius Aen. III 247 'stirpis A. f.' Priscianus 588 Probus de nom. 30 p. 220 E. schol. Hor. carm. II 4, 2 Servius Aen. II 491 'iuvenem superbum' schol. Veron. 82, 20 K. 327 'servitio e. t.' Charisius 54 P. Nonius 279, 10 Donatus ad Ter. Andr. IV 1, 52 328 'Ledaea H.' Diomedes 310 P. 'Lacedaemoniosque h.' Servius Aen. XII 941 330 'ast . . . magno' Claudius Sacerdos I 79 331 sq. 'et . . . incautum' Nonius 293, 18 'et . . . aras' Servius Aen. XI 264 332 Macrobius Sat. IV 3, 15 'excipit i.' Servius ecl. III 18 'incautum . . . aras' Philargyrus ge. III 469 cf. Servius Aen. IV 70

VARIA LECTIO.

323 *iuss*A *P* ſortituſ (ſ. *post. in ras.*) *a* impulit *m* 324 *nec P* heri *b* haeri *c* 325 *no*S *P* VECTI[aε] (*sup. m. rec.*) *F* : *cf.* VII 228 326 *stirpi*S[⊢] *P* acilleae *γ* ACHILLE[AE] *P* achille *a*1 FASTUSI *M* faſtoſ[v] *c* 327 *serv*ITIO *P* Seruit.io *c* enixe *a Donati exempl.*, *Charisii cod.* inixe *c* enixae *testantur Nonius et Servius* [t]ulimuſ *a* tulonuſ *c*1 328 Led.eam *γ*2 (Ledaeam *ut vid.* *γ*1) *ledae*AM *P* LEDEAM *Fb* hermionem *γa*1*b* LACAEDEMONIOS *F* lacedemonioſ *γc* hymeneoſ *γ*2*b* hymmeoſ, *ut vid.*, *γ*1 himeneoſ *c* 329 *me fa*MVLO *P* HABENDA*m F* 330 *ast ill*VM *P* [in]flamatuſ *γ* INFLAMMATVS *Ma*2*bc* 331 *coniu*GIS *P* coniugiſ (ſ *m. 2 in ras.*) *γ* agitatoſ[v]. (ſ *in ras.*) *a* horeſteſ *c* 332 Excepit *a*1 *excipi*T *P* ..ad (d *corr. ex* ti *ut vid.*) *c* 333 *mort*E *P* M.... *γ* NEOPTOLEM[I] *F* nep[o].tolemi *a* RENORUM[G] (G *rubra*) *M* [c]effit *b*2 efit *b*1

pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque Iliacamque iugis hanc addedit arcem.
set tibi qui cursum venti, quae fata dedere?
aut quisnam ignarum nostris deus appulit oris?
quid puer Ascanius? superatne? et vescitur aura,
quae tibi iam Troia . . . .
. . . .
ecqua tamen puerost amissae cura parentis?
ecquid in antiquam virtutem animosque virilis

TESTIMONIA.

334 sq. cf. Servius ge. I 8 335 Probus 26, 30 K. 337 Nonius 251, 16 338 'nostris . . . oris' gloss. in Barth. adv. XXXVIII 15 339 Nonius 388, 30 'quid . . . superatne' Servius ge. II 314 'superatne . . . aura' Servius Aen. XII 639 340 'quem . . . Troia' Claudius Sacerdos I 113 341 Charisius 79 P.

VARIA LECTIO.

334 *par*S *P* Pra[r]ſ *c* P... *γ* ſors *Voss. unus* [h]eleno *b* cha.onioſ chavonios?) *a* Campos *ut nomen pr. Servius* 335 *c*HAONIAM *P* 336 (Pergame[a] *c* *pe*RGAMA[E M] *P* PERGAMIAM *M* : *cf.* 133 Pergam.a. *γ* 'Pergama *legendum, non ut plerique* Pergameam, *qui per imperitiam etiam contra metrum sentiunt' Servius* ILICAM[A] *P* ília[cã] *c* addedit *γ*1*a*1 ADDIDIT *FMb* ADDIT *Pc* 337 SED *Fγabc se*D *P* TI[BI] *F* CVRSV[M] *F* 338 *aut qui*SNAM *P* 339—343 *spuria habet Peerlkampus*

339 *quid puer asc*ANIVS *P* QUIT *M* aſchaniuſ *γ* ueſcitur (ueſ *in ras.*) *a* AVRA·S *F* aura, *Wagnerus* aura? *vulgo* 340 *sq. spurios habet Heynius* 340 *quae tibi ia*M *P* QVAE *M* QVEM *Fγabc, Servius* 'quem ... dedit *aut aliquid tale subauditur' Claudius Sacerdos* '*hemistichium nec in sensu plenum' Servius* peperit fumante Creuſa *sex Heinsiani* natum fumante reliqui *Hamburg. alter* obsessa est enixa Creuſa *Hugenian.* est obsessa e. C. *Walt.* peperit florente C. *Guelph. De Creusae vita quaerit Andromache, cui aliquo modo statim responsum esse necesse est propter v.* 341 341 *ecqua tame*N *P* ETQUA *Mγac* Et qua. (a *e corr.*) *b* PVEROST[E] *F* PVEROEST *MPγabc, Charisii cod.* quae tamen et puero est *m* MISSA[A E] (A *sup. rubra*) *M* ammiſſae *γ* amiſe[ſ] *a* amiſſa *c*1 amissi *Charisius Fabricii* 342 *ecquid in a*NTIQVAM *P* ECQUIT *M* etquid *γbc* Et.quid *a* uirileſ *ab* urileſ *c*

et pater Aeneas et avonculus excitat Hector?
talia fundebat lacrimans longosque ciebat
incassum fletus, cum sese a moenibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus adfert
adgnoscitque suos laetusque ad limina ducit.
[et multum lacrimas verba inter singula fundit.]
procedo, et parvam Troiam simulataque magnis
Pergama et arentem Xanthi cognomine rivom
adgnosco Scaeaeque amplector limina portae.
nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur.
illos porticibus rex accipiebat in amplis:
aulai medio libabant pocula Bacchi

TESTIMONIA.

343 Servius Aen. I 272 VIII 561 344 'talia f. l.' Nonius 312, 33 'lacrimasque c.' Servius Aen. XII 104 346 'Priamides' Probi inst. I 4, 14 350 'et . . . rivum' Philargyrus ge. III 151 353 Donatus ad Ter. eun. V 9, 52 schol. Hor. serm. II 8, 67 gloss. in Barth. adv. XXXVII 5 Servius Aen. VIII 177 354 Priscianus 561. 728. 1039 P. Servius Aen. VII 464 'aulai m.' Charisius 7 Diomedes 435. 437 Velius Longus 2222 Scaurus 2254 P. Charisii exc. 538, 27 K. Claudius Sacerdos I 85 anon. de nom. 1 p. 127 Endl. Pompeius 448 L.

VARIA LECTIO.

343 : *cf.* XII 440 *et — aene*AS *P* au(v)onculuſ *γa* AVO(N)MCVLVS (O *m.* 2 *corr. in* V) *P* AUUNCULUS *Mbc* '*quidam* avunculus *humiliter in heroico carmine dictum accipiunt' Servius* haector *bc* 344 *talia fun-de*BAT *P* lacrima . ſ *a*2 (lacrimanſ *a*1) 345 *incassum f*LETVS *P* 346 PRIAMIIIDES *P* multiſ elenuſ *a* HELENVSMVLTIS *P* comi . tantibuſ *b* ADFE*rt P* offert (o *corr. in* a) *b* 347 *in ras. a* Agnoſcit *ab* 348 *nullo modo cum v.* 347 *conciliari potest, quo* laetus *fuisse narratur Helenus: post v.* 320 *posuit Peerlkampus, sed ut corrigeret:* Singultim, et lacrimas. *Equidem dittographiam agnosco versus* 344, *ut fortasse* haec multum lacrimans v. i. s. fundit *scriptum fuerit.* 348 LACRIMANS *P* lacrimaſ (ſ *m.* 2 *in ras.* 2 *lit.*) *γ* 'lacrymas ... *nam si* lacrymans, *quid fundit?' Servius* F(V)IN*dit P* 349 PARU(λ)M *M* TRO(M·)IA *M* MAGN*is P* 350 xanti *b* riu(v)om *γ* RIUU˜ *Mbc* riuum *a* 351 AGNOSCO *Mab* SCEAE *Pbc* ſce . ae (at ſcęae) *γ* 353 accie(pi)bat *c* 354 aulai in medio *a*1*b*1, *Prisciani φ, Claudius Sacerdos, Velius Longus et Scaurus Putschii* po . . cula *c* bachi *γc*

impositis auro dapibus, paterasque tenebant.
Iamque dies alterque dies processit, et aurae
vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro:
his vatem adgredior dictis ac talia quaeso.
'Troiugena, interpres divom, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis
et volucrum linguas et praepetis omina pinnae,
fare age (namque omnis cursum mihi prospera dixit
religio, et cuncti suaserunt numine divi
Italiam petere et terras temptare repostas;
sola novom dictuque nefas harpyia Celaeno

TESTIMONIA.

355 'impositis a. d.' Priscianus 909 359—361 Diomedes 439 Beda de trop. 375 Cap. 359 sq. Charisius 250 P. Donati ars III 5, 2 Pompeius 454 L. Servius Aen. I 120 III 260 X 175 359 'Trōiugena i. d.' Nonius 328, 25 'Troiugena' Servius Aen. III 550 359 sq. 'qui numina . . . sentis' Claudius Sacerdos I 130 360 Charisius 9 P. 'qui . . . laurus' Charisii exc. 539, 9. K. 'Clari' gloss. Petri p. 12 361 schol. Hor. carm. III 27, 11 'praepetis o. p.' schol. Lucani I 588 365 sq. Nonius 430, 11 'sola . . . canit' Nonius 436, 3

VARIA LECTIO.

355 Impofiti[ſ] *b* Inpofitif (ſ *post. e corr.*) *a* dabib; *c* 357 VE[O]CANT *P* cerba . fuf *b* 358 If *c*1 autem *a*1 359 DIVVM *libri* MVNIMA *P* 'divum qui numina: *potest et* interpres divum *distingui' Servius. Post* DIUUM *interp. M* 360 CLAR[I]I (I *sup. m. rec.*) *M* CLARI *Pγ*1, *grammaticorum excepto Donato* ω. '*sane quaeritur*, *utrum* Clarii *geminandum sit* i, *et sciendum aliter non procedere*, *nam* cla *brevis invenitur' Servius.* L[A]UROS *M*2*γ*2, *Servii*, *Donati*, *Bedae ex.* laudoſ *c* laurus *testatur Charisius* ſedera *c*1 361 qui volucrum *schol. Hor.* PRAEPITIS *M* : *cf. Lachmannus Lucr.* 20 p̃ . petiſ *b* OMN[I]IA *P* PIN*nae P* pennae *b*1 362 FA[R]CE *M* OMNIS *Pγ*1 OMNEM *Mabc* '*hypallage est*: *nam non* omnem cursum *prospera dixit religio*, *sed* omnis religio *dixit prosperum cursum' Servius* PR*ospera dixit P* 363 R[L]ELIGIO *M* Relligio *ac* Relli . gio *b* numina[e] *γ* 364 tem[p]tare *b* REPOSTA*s P* 365 NOVOM *P*1 nou[v]om *γ* NO[U]UM *M* nouum *abc* dicti . . nefaf *c* dictumque nefaf *b*1 HARPEIA *M* harpi . a (i *corr. ex* y) *γ* arpyia *ac* CAL*aeno P* celeno *c* caelono *c*

prodigium canit et tristis denuntiat iras
obscenamque famem) quae prima pericula vito?
quidve sequens tantos possim superare labores?'
hic Helenus caesis primum de more iuvencis
exorat pacem divom vittasque resolvit
sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
ipse manu multo suspensum numine ducit,
atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos:
'nate dea (nam te maioribus ire per altum
auspiciis manifesta fides, sic fata deum rex
sortitur volvitque vices, is vertitur ordo),
pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
aequora et Ausonio possis considere portu,
expediam dictis; prohibent nam cetera parcae

TESTIMONIA.

367 Nonius 357, 4. 364, 2 'obscenamque f.' Festus p. 201 M. 369 sq. 'hic . . . divum' Nonius 460, 13 370 'exorat p. d.' Nonius 371, 2 Servius Aen. X 31 'exorat p.' diff. serm. in Rothii Suet. 317, 8 370 sq. 'vittas . . . capitis' Servius Aen. II 134 VI 48 372 Servius Aen. VI 54. 151 'multo . . . ducit' Servius Aen. VI 722

374 'nate . . . maioribus' Diomedes 423 374 sq. 'nam . . . fides' Servius Aen. VII 147 375 sq. 'sic . . . sortitur' Servius Aen. VIII 398 378 sq. 'et . . . dictis' Nonius 296, 28 379 sq. 'prohibent . . . scire' Macrobius somn. Sc. I 7, 3 'prohibent . . . Helenum' Servius Aen. III 712

VARIA LECTIO.

366 et .. triſtiſ *b* et triſteſ *c* IRA*s* *P* 367 Obſcaenam *b* famen[m] *b* PERICV*la vito* *P* UIFTO *M* 368 Quidue. (e *ex.corr.*) *b* Qui.due *c* L*abores* *P* 369 *hic* *h*ELENVS *P* [h]elenuſ *γ* elenuſ *b* ceſiſ *γ* ce.ſiſ *b* caeciſ *c*1 370 *exora*T *P* DIUUM *Mγabc* uitaſ *a*1 uitaſ[t] *c* 371 *sacra*T *P* AT *P* TV[A] *P* phoebae *a* 372 *ipse* *m*ANV *P* VOLT*u* SVSPENSVM *P* '*si* suspensus, *ipse numinis plenus; si* suspensum, *me sollicitum et attentum' Servius.* DICIT[U] *M* 373 *atq*VE *P* 374 *nat*E *P* nã. te (*eras.* n *vel* c) *c* maiioribus *scribi vult Diomedes* 375 *auspic*IIS *P* Auſpitiiſ *bc* 367 *sortit*VR *P* hiſ *γ* 377 *pauc*A *P* 378 *aequ*ORA *P* consistere *m* 379 *expe*DIAM *P* Expidiã *c* ca&era *c* parcae (cae *m.* 2 *in ras.*) *γ*

scire Helenum farique vetat Saturnia Iuno.
principio Italiam, quam tu iam rere propinquam
vicinosque, ignare, paras invadere portus,
longa procul longis via dividit invia terris.
ante et Trinacria lentandus remus in unda
et salis Ausonii lustrandum navibus aequor
infernique lacus Aeaeaeque insula Circae,
quam tuta possis urbem componere terra.
signa tibi dicam, tu condita mente teneto:
cum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
litoreis ingens inventa sub ilicibus sus
triginta capitum fetus enixa iacebit
alba, solo recubans, albi circum ubera nati,
is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
nec tu mensarum morsus horresce futuros:

TESTIMONIA.

380 'Saturnia I.' Charisius 245 381 Asper 112, 3 K. 382 Probi inst. I 7, 2 Servius Aen. IX 641 383 schol. Lucani VII 479 'via . . . terris' schol. Lucani I 98 384 Probi ars minor 692 Priscianus 994 Alcuini gramm. 2137 P. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 572 'lentandus . . . unda' Diomedes 334 386 'Aeaeaeque i. C.' Claudius Sacerdos I 84 387 Nonius 257, 10 389 Probi ars minor 691 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 275 391 Nonius 297, 8 'triginta . . . enixa' Diomedes 371 393 'hic . . . erit' Nonius 341, 10 Cledonius 1923

VARIA LECTIO.

380 *sc*IRE *P* 'scire: *hic distinguendum. ... male autem sentiunt, qui distinguunt* scire Helenum' *Servius. Interpunctione caret M* 381 *pr*INCIPIO *P* QVAM *m.* 2 *sup. P* POPINQVAM *P* 382 *v*ICINOS *P* par[a]ſ *γ* PARS *P* 383 *lo*NGA *P* sera *schol. Lucani* dividit intervallis *Peerlkampus* 384 *ante et t*RINACRIA *P* & *superscr. c, om. Aldhelmus* lantanduſ *a* 385 *et — auson*II *P* 386 *infernique l*ACVS *P* AEAEQ·[AE] (AE *sup. minio*) *M* a[e]e[e]que *γ* eae aeque *c* INSOLA *P*1 387 *quam — p*OSSIS *P* CONPONERE *Pγa* 388 *signa — di*CAM *P* 389 *cum tibi sol*LICITO *P* ſol[ci]lito *c* FLVMINIS (V *rec.*) *M* 390—393 = VIII 43—46 390 *litoreis in*GENS *P* 391 *triginta P* CAPITUM (UM *minio p.*) *M* FETTUS *M* IACEB[I]AT *M* 393 hiſ *γ* hic, *ut* VIII 46, *Nonius et Cledonius* 394 [H]CORRESCE *M* [h]or-

fata viam invenient aderitque vocatus Apollo.
has autem terras Italique hanc litoris oram,
proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,
effuge: cuncta malis habitantur moenia Grais.
hic et Narycii posuerunt moenia Locri
et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus, hic illa ducis Meliboei
parva Philoctetae subnixa Petelia muro.
quin ubi transmissae steterint trans aequora classes,
et positis aris iam vota in litore solves,
purpureo velare comas adopertus amictu,
nequa inter sanctos ignis in honore deorum
hostilis facies occurrat et omina turbet.
hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto,
hac casti maneant in religione nepotes.

TESTIMONIA.

395 'aderit . . . Apollo' Servius Aen. III 370 VII 136 396 'Italique h. l. o.' schol. Veron. 81, 21 K. 398 'cuncta . . . Grais' Arusianus p. 233 L. Servius Aen. III 550 399 Probi ars minor 735 Augustinus de gramm. 2009 Servius Aen. XI 265 ge. II 438 400 sq. 'et . . . Idomeneus' Servius Aen. III 121 401 'Lyctius I.' Servius ecl. V 72 405 Servius Aen. XII 169 'purpureo adopertus amictu' Servius Aen. VIII 288 406 sq. Servius Aen. III 178 VIII 110 409 Probi inst. I 18, 3 Charisius 248 Diomedes 436 'maneant . . . nepotes' Isidorus orig. I 34, 2

VARIA LECTIO.

refce *γ* 395 inueniant *γ*1 ad . erit *b* 396 italiſ *b*1 littoriſ *b*1*c* 397 nostri] nri *γ* 398 CONCTA[T] *P* ʜABITANTVR (H *m. 2 add.*) *P* GRAIIS *P* gręciſ *b* 399 NARYCII (T *rubra*) *M* naricii *γab* 400 ſa . lentinoſ *c* ſalentinoſ *b* MILITEM *M* 401 Lictiuſ *b* IDOMENAEUS *M* idume[ne]. . uſ *a* . . . hic *c* MELIBOEE *Pγ*1 402 phylo[c]tetę *b* PETILIA *Pγabc, Servii exempl.* 403 Qui[n] *b* tranſmi[ſ]ſae *b* 'transmissi *quidam* transmissae *legunt, ut sit praepositio*, trans *autem adverbium, ut (sit) transtulit' Servius Bern.* 172. *Videntur distinxisse:* quin ubi trans missae steterint trans aequora c., *ut in c* TRANSMISSAE · STETERINT · *M* *Classes P* 404 LITORA[E] *M* 407 occurr& *a*1 oma *c*1 om[in]a *c*2 TVRB*et P* 408 SOCIOS[1.] *M* IPS*e teneto P* ten&o (en *in ras.*) *c* 409 Ac *γ* relligione *ab, Charisius, Diomedes* NEPO*tes P*

ast ubi digressum Siculae te admoverit orae
ventus et angusti rarescent claustra Pelori,
laeva tibi tellus et longo laeva petantur
aequora circuitu, dextrum fuge litus et undas.
haec loca vi quondam et vasta convolsa ruina
(tantum aevi longinqua valet mutare vetustas)
dissiluisse ferunt, cum protinus utraque tellus
una foret: venit medio vi pontus et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbes
litore diductas angusto interluit aestu.
dextrum Scylla latus, laevom inplacata Charybdis
obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
sorbet in abruptum fluctus rursusque sub auras
erigit alternos et sidera verberat unda.

TESTIMONIA.

411 'et ... Pelori' Servius Aen. III 530 414—419 Seneca nat. qu. VI 30, 1 414—417 'haec ... foret' Nonius 377, 6 414 'haec ... quondam' Nonius 341, 9 415 Tertullianus de pallio 1 Servius Aen. II 639 ecl. VIII 27 416 sq. 'cum ... foret' Charisius 188 Caper de orthogr. 2243 Beda 2343 Servius Aen. VII 601 418 'Hesperium S. l. a.' Seneca ad Marciam de consol. 17, 2 420—432 Macrobius Sat. V 6, 4 421 sq. 'atque ... fluctus' Servius Aen. I 117 422 'sorbet ... fluctus' Servius Aen. XII 451 423 'sidera v. u.' Isidorus orig. I 36, 21

VARIA LECTIO.

410 *orae P* 411 *Pelori P* 412 Leua (*bis*) *γ* longo *in mg. add. c* PETANTV*r P* 413 V*ndas P* 414 conuo^{v}lfa *γb* CONUULSA *Mac* *ruina P* 415 *tantu*M *P* ^{VA}LET *P* uale^{t} *b* mut.are *γ* 416 Difiluiffe *γ* *dissilu*ISSE *P* protenus *χ* *ut praecipiunt Caper et Beda* protinus *Charisius et Servius* atraq: *c* 417 *una fo*RET *P* medio] ingenti *Seneca* medio *Servius* po^{n}tuf *γ* undis] ingens *Seneca* 418 *hespe*RIVM *P* ſiculo *a* 419 Littore *b*1*c* *lito*RE *P* aequore *Seneca* DEDUCTAS *Mab*1 d..uctuf *c*1 (diductaf *c*2) 420 *dext*RVM *P* fcilla *ac* laeuo^{v}m *γ* LAEUUM *Mc* leuum *ab* car^{h}ybdif *b* caribdif *c* caripdif *a* 421 *obsid*ET *P* OBSIDET · EST (EST *eras.*) *M* Obſ.idet *c* BARA$^{·H}$TRI *M* baratri *ab* VASTOS (S *m. 2 add.*) *P* vasto *Servius* 422 *sorb*ET *P* abru^{p}tum *a* arubtũ *b* aruptum *c* FLUCTU$^{S·}$M (M *erasa, sed ut* 2 *vel adeo* 3 *literae subesse potuerint*) *M* 423 *erigi*T *P*

at Scyllam caecis cohibet spelunca latebris
ora exertantem et navis in saxa trahentem.
prima hominis facies et pulchro pectore virgo
pube tenus, postrema immani corpore pistrix
delphinum caudas utero commissa luporum.
praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
cessantem longos et circumflectere cursus,
quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam et caeruleis canibus resonantia saxa.
praeterea siqua est Heleno prudentia, vati
siqua fides, animum si veris implet Apollo,
unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum

TESTIMONIA.

426—428 Seneca epist. 92, 9 426 sq. 'et ... tenus' Nonius 377, 31 'virgo ... pistrix' Charisius 113 427 'pube t.' Arusianus p. 263 L. Charisius 53 Cledonius 1934 Servius in Donat. 1797 P. 428 Nonius 248, 26 anon. de nom. 16 p. 131 Endl. 429 Nonius 371, 24 Servius Aen. I 135 431 sq. 'quam ... Scyllam' Diomedes 406. 407 Cledonius 1923 Servius Aen. XI 263 434 'animum ... Apollo' Arusianus p. 234 L. 435 Iulius Rufinianus de schem. lex. 233 R. Diomedes 408 435 sq. 'unum ... praedicam' de orthogr. 2794 P. 'proque ... praedicam' Servius Aen. III 546

VARIA LECTIO.

424 atfcillam *a* atfyllam *c*2 adfyllam *e*1 ASTYLLAM (T *inf. corr. in* C) *M* aft fcyllam *χ* *at sc*YLLAM *P* cecif *γ* CROHIBET *P* prohibet *Macrobii Cantabr. et Bened.* SPELVNCHA *P* 425 *ora P* ex.rtantem *a*1 exfertantẽ *c* traentem *b* 426 *p*RIMA *P* PULCHO *M* pulcro *bc* PECTO *M* pectora *c*1 427 *pu*BE *P* inmani *b* inmani *c* pistris *Senecae Guelf.* pristis *codd. aliquot Pieriani* 'pistrix: *si navem intellegas*, (*haec*?) pistris huius pistris *facit*, *si de belua*, haec pistrix huius pistricis *facit*' *Servius Bern.* 172 *et Cass.* 428 Delfinum *bc de*ELPHINVM *P* 429 *p*RAESTAT *P* Preftat *γ* trinarii *b* pachini *γab*1*c* 430 *cessan*TEM *P* circumflecte[re] *c* 431 *quam* — *i*NFORME *P* antrho *a* 432 *scyllam et ca*ERVLEIS *P* CAERULAEIS *M* cerúleif *γ* 433 *nulla interpunctione M* *praeterea si P* heno *a* '*in homine enim* prudentia *est*, *in vatibus* fides' *Servius*, *unde apparet et ipsum* vati *cum sequentibus coniunxisse* 434 *si* — *a*NIMVM *P* FIDES (FI *minio p.*) *M* animam *Arusianus* inplet *b* appollo *γ* 435 *unum* — TIBI *P* ILLUT *M* unum*γ*1 natae *γ* proquo *γ*1 praeque *ac*

praedicam et repetens iterumque iterumque monebo:
Iunonis magnae primum prece numen adora,
Iunoni cane vota libens dominamque potentem
supplicibus supera donis, sic denique victor
Trinacria finis Italos mittere relicta.
huc ubi delatus Cymaeam accesseris urbem
divinosque lacus et Averna sonantia silvis,
insanam vatem aspicies, quae rupe sub ima
fata canit foliisque notas et nomina mandat.
quaecumque in foliis descripsit carmina virgo,
digerit in numerum atque antro seclusa relinquit,
illa manent immota locis neque ab ordine cedunt;
verum eadem verso tenuis cum cardine ventus
impulit et teneras turbavit ianua frondes,
numquam deinde cavo volitantia prendere saxo
nec revocare situs aut iungere carmina curat:

TESTIMONIA.

436 Quintilianus II 13, 8 437 Macrobius Sat. III 4, 10 Servius Aen. I 378 II 296 III 261 'Iunonis m.' Servius Aen. III 547 IV 92 'prece n. ā.' Charisii exc. p. 549, 26 K. 438 sq. 'Iunoni . . . donis' Augustinus de civ. dei X 21 438 'Iunoni . . . libens' Servius Aen. III 261 443 'insanam v.' schol. Persii III 5 'insanam v. a.' schol. Persii III 46 444 'foliis . . . mandat' Priscianus 783 Victorinus ad Cic. de inv. p. 69 Or. 446 Servius ge. II 267 'digerit in n.' Nonius 352, 15 447 'illa m. i. l.' Probi inst. I 6, 2

VARIA LECTIO.

436 *praedicam* eT *P* Predicam *γ* Predicanſ *c*1 praecipiam *Quintilianus* iterũ [Q·] iterũq:*c* iterum iterumque *γa* 437 *iunonis m*AGNAE *P* praece *γc* ADORA·T *M* 438 cane (an *in ras.*) *c* uota *sup. c* 439 Suplicibuſ *γa* 440 fineſ *b* MISERE *P* miſce[C]re *γ*1 mi.[t]tere *γ*2 metiere *b*2*c*2 metire *m* 441 C[I]YMEAM (*corr. minio*, I *fuit* V) *M* cymeam *γabc* Cumaeam *Servius* 442 : *cf.* VI 704 LA[C]TVS *P* 444 Facta *a*1*b* [O]NATAS *M* 445 DESCRIBSIT *MP* 446 DEGERIT *M* se clausa *m* REL[I]INQUAT *M* 447 i[m]nmota *b* caedunt *bc* 448 cũ. *c* 449 TERRIS [NE A] *P* flamine *Io. Schraderus* ianua *legit Servius. An* limine? 450 P[HEN]REDERE (*sup. minio*) *M* SAXAo· *M* 451 [i]ungere *c*

inconsulti abeunt sedemque odere Sibyllae.
hic tibi nequa morae fuerint dispendia tanti,
quamvis increpitent socii et vi cursus in altum
vela vocet possisque sinus implere secundos,
quin adeas vatem precibusque oracula poscas.
ipsa canat vocemque volens atque ora resolvat.
illa tibi Italiae populos venturaque bella
et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem
expediet, cursusque dabit venerata secundos.
haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
vade age et ingentem factis fer ad aethera Troiam.'

Quae posquam vates sic ore effatus amico est,
dona dehinc auro gravia sectoque elephanto
imperat ad navis ferri, stipatque carinis
ingens argentum Dodonaeosque lebetas,

TESTIMONIA.

452 Nonius 125, 28 453 schol. Hor. carm. I 28, 35 454 'quamvis i. s.' Claudius Sacerdos I 73 456 Servius Aen. II 114 460 'cursus . . . secundos' Gellius XV 13, 10 Priscianus 792 P. (387 H.) Nonius 188, 13 schol. Hor. serm. II 1, 124 464 Sergius in Donat. 7 p. 478 Endl. (1830 P.) Pompeius p. 50 L. 466 'Dodonaeosque l.' Servius Aen. V 110

VARIA LECTIO.

452 habeunt *ab* odore *c*1 fybyllae *γ* fybilleę *c* fibillae *b*1 453 MOR[E]A *M* TAN*ti P* tantae *Acronis Guelph.* 454 increpitant *a* *in altum P* rursus ... vocent *Wakefieldus : cf.* V 764 455 VOCE[N]T *MP* uocent *γac*1 INPLERE *Pγb* SECVN*dos P* 456 PRAECIBUS *Ma* POS*ças P* po[f]fcat *c* 457—475. 476—494 *G fol. VIII* 457 [CA] NAT *M* can . t (canet?) *b*1 refolu& *γ* refolu . . *b*1 R*esolvat P* 458 Illa. *b* BELL*a P* 459 L*aborem P* 460 Expidi& *c* SECVN*dos P* sacerdos *m* 461 Q[A]VE (*corr. m.* 1) *G* nr̃a ..... liceat *c* monori. *c*1 462 a[h]&era *c* 463 QVE *G* POSQVAM *G* POSTQVAM *ceteri* ORA[E] *P* &fatuf (*i. e.* eefatus) *γ*1 464 aura *c* gravia a sectoque *Lachmannus Lucr.* 76 'a *finalitatis ratione producitur, sed satis aspere*' *Servius* que. (e *m.* 2) *γ* helephanto *ab*1 465 NAVES *G* 466 DODO[O]NEOS *GMγab* DODONEAS *P*

loricam consertam hamis auroque trilicem
et conum insignis galeae cristasque comantis,
arma Neoptolemi. sunt et sua dona parenti.
addit equos additque duces,
remigium supplet, socios simul instruit armis.

Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti.
quem Phoebi interpres multo compellat honore:
'coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo,
cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,
ecce tibi Ausoniae tellus: hanc arripe velis.
et tamen hanc pelago praeterlabare necessest:
Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.

TESTIMONIA.

467 'hamis a. t.' Servius Aen. V 401 IX 604 X 754 'squamis auroque t.' Servius ge. IV 91 471 'remigium s.' Servius Aen. VIII 79 472 sq. 'interea . . . Anchises' Nonius 234, 28 473 'fieret . . . ferenti' Servius Aen. VII 27 ge. II 311 475 Quintilianus VIII 6, 42 Gellius XV 13, 10 Priscianus 730 Nonius 281, 3. 286, 29 Arusianus p. 222 L. anecd. Paris. Eckst. 11, 25 Servius Aen. I 335 XI 169 476 Priscianus 742 477 Priscianus 1072

VARIA LECTIO.

467 [h]amiſ *b* amiſ *ac* squamis *Servius ge.* IV 91, *sed* hamis *h. l. interpretatur* 468 GAELEAE *P* comantiſ (a *in ras.*) *b* comanteſ *c* 469 neo ptolomi *c* PARENTIS *P* parenti. *γ* 470 *sq. spurios habet Peerlkampus, interpretatur Servius.* 471 : *cf.* VIII 80 SVPLET *Mγ* ſubpl[l]& *a* INSTRUET (I *sup. minio p.*) *M*[E] intruit[ſ] *b* 472 *i*NTEREA *P* 473 *a*NCHISES *P* FVRENTI · *P* ferenti *Servius* 474 *q*VEM *P* MVLTOS *G* compallat *b*1 conpellat (pellat *in ras.*) *c* 475 *abscissus in G* cONIVGIO *P* anchiſa *a*2*c*, *Nonii et Gellii ω, anecd. Paris., Servius* anchiſa. *γ* [n]achy. ſa (*a post. e corr.*) *b* ANCHISAE *M* ANCHISAE *P* anchiſe *a*1, *Quintiliani ω, Priscianus, Arusianus* 476 *cura d*EVM *G* D.EVM *G* perga[m]ciſ *b* EREPTA *P* ereptae *c*, *Prisc. Lugd.* *ruinis G* 477 *ecce — auso*NIAE *P* a[r]ripe *bc* 478 *et — han*C *P* PRAETERLA[A]BRE *P* PRAETERLABERE *M* p̃terlabore *a*1*b*1 propter labare *c*1 praeterlabere *m* NECESSEEST *GPγabc* 479 *ausoniae par*S *P* pluſ *ut vid. c*1 pa[r]ſ *c*2

vade' ait, 'o felix nati pietate. quid ultra
provehor et fando surgentis demoror austros?'
nec minus Andromache digressu maesta supremo
fert picturatas auri subtegmine vestes
et Phrygiam Ascanio chlamydem (nec cedit honore)
textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
'accipe et haec, manuum tibi quae monimenta mearum
sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
coniugis Hectoreae. cape dona extrema tuorum,
o mihi sola mei super Astyanactis imago.

TESTIMONIA.

480 'vade . . . pietate' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 70 Victorinus ad Cic. de inv. p. 73 Or. 481 'et . . . austros' Servius Aen. III 130 482 'digressu supremo' schol. Iuven. III 1 484 'Phrygiam chlamydem' Isidorus orig. XIX 22, 22 'et . . . chlamydem' Servius Aen. IX 582 486 sq. 'accipe . . . puer' Macrobius Sat. V 6, 2 Nonius 239, 24 486 'manuum . . . mearum' Servius Aen. VI 512 487 'et . . . amorem' Nonius 339, 5 488 'cape . . . tuorum' Nonius 254, 3 489 sq. Macrobius Sat. IV 5, 10 V 6, 7 Nonius 169, 18 489 Probi ars minor 676 Diomedes 408 Priscianus 981. 982. 1037 P.

VARIA LECTIO.

480 *vade ait o fel*EX *P* AGE[IT] *M* : *cf.* 462 QUOD[I] *M* 481 *provehor et P* Proueor *yc*1 FAND[O] (*corr. m.* 1) *G* 482 *nec* — *a*NDROMACHE *P* degreſſu *b*1 digreſſum *ut vid. c*1 SVPRAE*mo G* ſupraemo *a* 483 *fert pictur*ATAS *P* FER *G* AURIS (*puncto rubro*) *M* SVBTEGMINE *G*, *Servius* SUBTEGMINE *M* ſubte.mine *yb* SVBTEMINE *Pac* 'sub tegmine (tecmine *Bern.*) ... *nam male quidam* subtemen (sub tegmen *Cass.*) *stamen accipiunt' Servius Bern.* 172. 363, *Cass.* 484 *sq. Inperfectus hic locus a poeta relictus esse videtur Heynio et Wagnero* frigiam *ac* aſcano[i] *c* aſchanio *y* CLAMYDEM *M* clamidem *abc* chlamidem *y* HONORE *Py*1*a*, *Silius* XII 412 HONORI *GMy*2*bc* 'honori ... *Scaurus vero* honore *legit' Servius* 485 VEXTILIBVS *G* Textilibiſ[v] *c* que *om. G* ONERISAT *G* honerat *yb* DONIT[S] *P* 486 ACCIPE· *M* MANVM[V] *Gy* que *y* monimenta *b* MONVMENTA[u] *GM* manuumque tibi monimenta *Nonius* 239 MEARU¯ (*lin. sup. rubr.*) *M* MEARum *G* 487 ANDROMACHE *MPac* andromace[h] *y* AMorem *G* 488 CONIUGIIS *M* haectôreae *yabc* EXTREAMA *G* TVORVm *G* 489 MEIS *M* ASTYAACTIS[N] *M* aſti.anactiſ *y* aſtianactiſ *ac* aſtianac.tiſ *b*1

sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
et nunc aequali tecum pubesceret aevo.'
hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:
'vivite felices, quibus est fortuna peracta
iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
vobis parta quies, nullum maris aequor arandum,
arva neque Ausoniae semper cedentia retro
quaerenda. effigiem Xanthi Troiamque videtis,
quam vestrae fecere manus melioribus, opto,
auspiciis et quae fuerint minus obvia Grais.
siquando Thybrim vicinaque Thybridis arva
intraro gentique meae data moenia cernam,
cognatas urbes olim populosque propinquos

TESTIMONIA.

490 Iulius Rufinianus 214 R. 'sic ille . . . ferebat' Seneca frgm. p. 436 H. 'sic ora f.' Servius Aen. I 256 492 Probi ars minor 536 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 248 496 'arva . . . semper' Probi inst. I 18, 12 497 sq. 'effigiem . . . manus' Servius Aen. III 104 497 'effigiem . . . videtis' Servius Aen. X 60 498 'quam v. f. m.' Servius Aen. IV 655 500 Servius Aen. IV 291

VARIA LECTIO.

490 ſ[i]c ille *a* ille *om. Nonii exempl.* tenebat *Iulius Rufinianus* 491 [A]E[e]NVO *P* auo *b* 492 ADFABAR, *sed eras.* ABA, *G* ADFABOR[A] *P* adfabor *c*1 adfabar, at adfabor, *γ* 494 *absciss. G* 495—532 *G fol. IX* 495 AE*quor arandum G* 496 neque, at nec *γ* NEC *G* CEDEN*tia retro G* caedentia *c* 497 QV[RE]AENDA (*corr. m.* 1) *G* effigiam *c* EFF[M]IGIES *G* xhancti *a* xhanti *b* Q*ue videtis G* VIDETI*s P* uidentiſ *γ*1 498 ueſtre *γ* faecere *γ*1*a*1 MEL[V]I*oribus opto G* 499 ASPI[I]CIS (*corr. m.* 1) Q[A]VE *G* FVERINT *MP* fuerint *γc* FVER[T]IS *G* fuerit *ab* 'fuerit ... *alii* fuerint *legunt et volunt esse maledictum in Graecos, ut ad auspicia referas, quod non procedit' Servius.* OBVI*a grais G* *gr*AIS *P* graiiſ *c*1 500 tybrim *b* tyb.rim (*erasa* e) *c* : *cf. Servius* TH*y*BRIDI*s arva P* TH*ybridis arva G* thibridiſ *γ* tybridiſ *bc* 501 INT[RA]RO (*corr. m. ant.*) *G* MOENIA CE*rnam P* MOEN*ia cernam G* 502 COGNA[TA]S *G* Cognat[a]iſ *c* cognatasqui *χ* cognatasque *Servius* PROPINQVOS· *M* proprinquoſ *c* PROPIN*quos P* P*ropinquos G*

Epiro Hesperia, quibus idem Dardanus auctor
atque idem casus, unam faciemus utramque
Troiam animis; maneat nostros ea cura nepotes.'

Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
unde iter Italiam cursusque brevissimus undis.
sol ruit interea et montes umbrantur opaci.
sternimur optatae gremio telluris ad undam
sortiti remos, passimque in litore sicco
corpora curamus: fessos sopor inrigat artus.
necdum orbem medium Nox Horis acta subibat:
haut segnis strato surgit Palinurus et omnis
explorat ventos atque auribus aëra captat;
sidera cuncta notat tacito labentia caelo,

TESTIMONIA.

503 'Dardanus Hesperia' Servius Aen. IV 36   506 schol. Hor. carm. I 3, 20   507 'unde i. I.' Servius Aen. I 157   510 'sortiti r.' Servius Aen. VIII 445   511 Nonius 274, 9   513—517 Macrobius Sat. V 11, 10—13   515 Servius Aen. II 255   'sidera c. n.' de gen. nom. 101 Haupt.

VARIA LECTIO.

503 Epyro *a* Ephyro *c* epiry *m*   HESPERIAM *GMγ*1*a*1   hesperia. *bc*   '*distinguendum autem* populosque propinquos Epiro, *et sequentibus ostendit quomodo* Hesperia, *i. e. quibus populis auctor est Dardanus ... et est de loco adverbium*, Dardanus Ἑσπερόθεν' *Servius: cf. idem ad* IV 36. *Coniungebat igitur* populosque propinquos Epiro, Hesperia quibus idem Dardanus auctor *e. q. s.*   DARDANVs *auctor P* DARDanus *auctor G*   au(c)tor *c*   504 UNA (M) *M*   FACIAMVS *G*   faci.muſ *b*1 faciemuſ *b*2   VTRAMque *P* utramque *G*   505 animuſ *a*1   .maneat *a*1   noſ͞ſ *c*   EA CVRa *nepotes P* Ea *cura nepotes G*   (ea) cura *a*   506 Proueimur *γ*   CERAVnia *iuxta G* CERAVINA IVXTa *P*   507 ITERITER *P*   BREVISsimus *undis G*   unde *b*   508 VMBRantur *opaci G*   509 obtate *γ*   TELLVris *ad undam G*   TELLURIST *M*   510 LITORe *sicco G*   littore *b*1   511 : *cf. ge.* IV 190   curamuſ (ſ *m.* 2, *fuit fortasse* r) *γ*   FESSUS *M*   (S)OPOR (*corr. m.* 1) *G*   INrigat *artus G*   512 *sq. abscissi in G*   512 (h)oriſ *b* oriſ *γc*   513 Haud *abc*   omneſ *γ*2   514 *explorat* venTOS *G*   ara *ut vid. c*1   515 *sidera cuncta G*   tacit(o)a *γ*

arcturum pluviasque hyadas geminosque triones,
armatumque auro circumspicit Oriona.
postquam cuncta videt caelo constare sereno,
dat clarum e puppi signum: nos castra movemus
temptamusque viam et velorum pandimus alas.
iamque rubescebat stellis Aurora fugatis,
cum procul obscuros collis humilemque videmus
Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
Italiam laeto socii clamore salutant.
tum pater Anchises magnum cratera corona
induit inplevitque mero divosque vocavit
stans prima in puppi:

TESTIMONIA.

516 Appuleius de deo Socr. p. 667   517 Probi inst. I 17, 1 Marius Victorinus 2473 P. Marius Plotius p. 250. 251 G. schol. Lucani I 665 schol. Veron. 81, 6 K.   519 'dat . . . signum' Servius Aen. II 256   'nos c. m.' Servius Aen. II 462 III 563 IV 604 V 669 XI 445
520 'et velorum p. a.' Servius Aen. I 224   'velorum p. a.' Isidorus orig. XIX 3, 1 Servius Aen. I 301 II 462 VI 14   522 sq. 'humilemque v. I.' Servius Aen. I 381 IV 138   525 sq. 'magnum . . . mero' Servius Aen. I 724   'magnum . . . induit' Servius Aen. VII 147
527 Priscianus 761 P.   'stans c. in p.' Donati ars II 16, 5

VARIA LECTIO.

516 = I 744   *arcturum pl*VVIAS *G*   Ar . cturum *γ*   pliadaſ *γ*1*χ*, *Macrobius* pluvias *Servius*   hy[a]daſ *γ*   517 *armatumque G*   suspexerit *Plotius p*, 250   Orciona *Quintiliani* IX 4, 65 *Flor.* Orcione *eiusdem Turic. Ambr. Guelf., si maxime huc spectare recte putatur.* orionem *Macrobii* § 10 *et* 12 ω, *nisi quod* oriona *Salisb. et* § 12 *Par. a*   518 *postquam cu*NCTA *G*   *p*OSTQVAM *P*   u . d& *γ*   519 *dat* — *p*VPPI *G*   *dat P*   e *superscr. b*   pupbi (b *erasa*) *c* pu[p]pi *a*   520 *temptamusque G temp*TAMVSQ· *P*   uolorũ *c*   521 *iamque rubesc*EBAT *G*   *iamq*VE *P*   522 *cum pr*OCVL OBSCVROS *P cum procul ob*SCVROS *G*   COLLES *Pγ*1*c*   523 *inter lineas add. a, in mg. m.* 2 *add. b*   *italiam ital*IAM *P italiam italiam. G* Italiã [italiã] *c*   524 *italiam laet*O *P italiam laeto G*   *s*OCII *G* ſocio *γ*t   525 *tum* — *a*NCHISES *P tum* — *anc*HISES *G*   achiſeſ *b*   526 *induit inple*VIT *P induit inplevi*T *G* impleuit *bc*   527 : *cf.* VIII 680 X 261   STANT *M stans GP*   celſa, at prima *γ* [ELS] IMA *P* CELSA *Mabc, Donatus. prima G Fortasse* prima *Priscianus quoque legit, quamquam in exemplaribus eius hic quidem* celsa *legitur; sed in altero loco* VIII 680 *ipsum* prima *extat, ut libra-*

'di maris et terrae tempestatumque potentes,
ferte viam vento facilem et spirate secundi.'
crebrescunt optatae aurae, portusque patescit
iam propior, templumque apparet in arce Minervae.
vela legunt socii et proras ad litora torquent.
portus ab euroo fluctu curvatus in arcum,
obiectae salsa spumant aspargine cautes,
ipse latet: gemino dimittunt bracchia muro
turriti scopuli refugitque ab litore templum.
quattuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
tondentes campum late, candore nivali.
et pater Anchises 'bellum, o terra hospita, portas:
bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.
set tamen idem olim curru succedere sueti

TESTIMONIA.

528 Boethius p. 561 ed. Bas. 529 Boethius 561 Servius Aen. III 688 530 sq. 'portus ... propior' Servius Aen. II 275 533 Servius Aen. VI 42 534 'salsa ... cautes' Velius Longus 2235 'spumant a. c.' Nonius 405, 5 536 'refugitque ab l. t.' Arusianus p. 258 L. 538 Diomedes 453 539 'bellum ... portas' Charisius 77 Priscianus 650. 749. 765 schol. Lucani III 43 VIII 748 'hospita terra' Probi ars minor 225 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 195 'hospita tellus' Augustinus de gramm. 1983 P. 539—543 'bellum ... ait' Probus 15, 10 K. 539 sq. 'bellum ... minantur' Iulius Rufinianus 231 R. 540—543 'bello ... ait' Servius Aen. I 443 541 Asper 112, 20 K.

VARIA LECTIO.

rius fortasse utrumque versum permutaverit. *in G* 528 *di—ter*RAE *G* *di maris P* Dii *γa* POTES[NTE] *G* 529 *ferte — v*ENTO *P* *ferte viam ven*TO *G* ſpirante *b1* 530 Cre[r]beſcunt *c* Crebeſcunt *γ* *crebrescunt G* optate *γb* 531 *sq. abscissi in G* 531 IAM (IA *minio p.*) *M* PROPRIOR *Pγa1b* arce. *a* mine[r]uae *b* 532 [r]poraſ *c* LITORATORA *P* littora *b1c* 533 euro[o] *a* 534 ASPARGINE *MPγa*, *Velius Longus, Nonii ω* aſpergine (er *in ras.*) *b* aſpgine *c* 535 'latet ... *nam secundum Donatum* late patet, *non stat versus' Servius.* DIMITTUNT *Pc*, (at de) *γ* DEMITTVNT *Mab* brachia *γabc* 536 ſcopoli *c* A[B] *Mb* littore *b* 537 Quatuor *c* 538 Tondentiſ *c* campo[v̄] *c* campum *Servius* late.. *b* 539 O *M* .portaſ *c* 540 arma[n]tur *c* MINANtur *P* 541 SET *M*, *Asper* SED *Pγabc* 'currus *Probi exempl.* curru *testantur Servius et Asper* curru .... ſuccedere (ſu *m.* 2) *γ*

quadrupedes et frena iugo concordia ferre:
spes et pacis' ait. tum numina sancta precamur
Palladis armisonae, quae prima accepit ovantis,
et capita ante aras Phrygio velamur amictu,
praeceptisque Heleni, dederat quae maxima, rite
Iunoni Argivae iussos adolemus honores.
haut mora, continuo perfectis ordine votis
cornua velatarum obvertimus antemnarum
Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.
hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
cernitur, attollit se diva Lacinia contra
Caulonisque arces et navifragum Scylaceum.

TESTIMONIA.

545 'capite . . . amictu' Iulius Rufinianus 255 R. 547 Servius Aen. V 783 549 Diomedes 497 schol. Lucani V 427 schol. Persii I 92 Augustinus de mus. V 3. 8 550 Priscianus 732 551 'hinc s. H.' Probi inst. I 17, 3 552 'attollit . . . contra' Nonius 246, 3 schol. Lucani II 434 553 schol. Hor. carm. I 16, 10 II 6, 22 'navifragum

---

VARIA LECTIO.

542 Quadripedeſ (*i erasa*) *c* 543 et (t *in ras.*) *ac* ẽ (*i. e.* est) *b* est *m ex*, *superscr. m. eadem* est *Servius Cass.* et *Bern.* 172 at, ał ait *γ* TVM (T *erasa*) *P* cum *Menag. alt.* nimina *c* ſcã... *c* ſacra *χ* PRAECAMUR *Mab* PRECAMVR *P* 544 Paladiſ *b* ARMISONAE (I *corr. ex* E *ut vid.*) *P* primum *c*1 ouanteſ *c* OVAN*tis P* 545 CAPITE *P* capite *Iulius Rufinianus* cap.. *a*1 capute *χ* caput *Ladevicus* ΛNTE *M* ARAM *Pγ*1, *Iulius Rufinianus : cf.* 404 phrigio *b*1 uelamur (r *e corr.*) *b* uelamuſ *χ* velabar *Iulius Rufinianus* AMICT*u P* 546 heleniſ *c*1 MAX*ima rite P* ritae *b*1 547 HON*ores P* 548 Haud *abc* continio *c* V*otis P* 549 uelatorũ *c*1 ANTEM*narum P* antomnarũ *c* 550 domoſ (o *post. m.* 2) *γ* LIN*quimus arva P* 551 herculaei *b*1 HERCVLEIS *P* TA*renti P* 552 Cernitum *γ*1 atollit *c* CONTR*a P* 553 Cauloni. *a*1 Aulones *Rottend. pr.* aulonis *Acronis* I 16 *Fabriciana*, II 6 ω 'Aulonis ... *Aulon mons est Calabriae ut Horatius* (*carm.* II 6, 18), *in quo oppidum fuit a Locris conditum, quod secundum Hyginum ... Aulon est. alii a* Caulo, *Clitae Amazonis filio conditum tradunt'* (*sc. oppidum*) *Servius. cf. Steph. Byz. p.* 147, 9. 369, 15 *M. Strabo* VI *p.* 261 *Cas.* SCYLLACAEUM *Mc*1 ſcylaceum *b*2 ſcilaceum *b*1

tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,
et gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa
audimus longe fractasque ad litora voces,
exultantque vada atque aestu miscentur harenae.
et pater Anchises 'nimirum haec illa Charybdis;
hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat.
eripite, o socii, pariterque insurgite remis.'
haut minus ac iussi faciunt, primusque rudentem
contorsit laevas proram Palinurus ad undas:
laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.
tollimur in caelum curvato gurgite, et idem
subducta ad manis imos desedimus unda.
ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere,
ter spumam elisam et rorantia vidimus astra.

TESTIMONIA.
S.' schol. Lucani I 503 554 'Trinacria c. A.' Servius Aen. III 384 556 'fractasque . . . voces' Diomedes 414 Isidorus orig. III 19, 2 Servius Aen. III 669 557 Nonius 66, 2 561 sq. 'primus . . . undas' Eutychius II 4 (2174 P.) 564 'tollimur . . . gurgite' schol. Lucani V 641 566 sq. Macrobius Sat. V 6, 8 567 Nonius 292, 28

VARIA LECTIO.

554 flu^c^tu *c* ti^r^na.cria *b* ETNA *Py* a&hna *c* ethna *b* 555 pulſata (a *post. e corr. ut vid.*) *γ* 556 Audi..muſ *c* FRAS^C^TAS *M* ad littora *b*1 A^B^DLITO^E^RA *M* ab litora *γ* ab litore *c*, *Diomedis ω* 557 *e*XVLTANT *P* EXSVLTANT *M* miſentur *a*1 arenae *b* 558 achiſſeſ *b* hec *γ*1*c* HIC *MPb*1 CARYBDIS *Mc* caripdiſ *ab*1 car^h^ypdiſ *b*2 559 canebat (bat *m.* 2) *c* 560 Eripiti *c*1 O *M* 561—586 *Veron. fol.* 246 561 : *cf.* 236 Haud *abc* hac *γ* fa^c^tiunt *b* rudentē. *γ* rudente *c* r^v^edentem *b* ruentem *Hofmannus* tridentem *Heinsius conl.* 143 'si rudentem proram, *i. e. stridentem et sonantem in tempestate' Servius Bern.* 172, *ut videatur alteram lectionem additurus fuisse* 562 prā *e corr. in ras. b* VNDAS M *P* 563 *l*AEVAM *P* Leuā *b* UENTISREMISQ· *M* 564 *t*OLLIMVR *P* 565 ſubducta (a *in ras.*) *b subduc*TA *P* maneſ *bc* .imoſ *γ* DESIMVS *V* 566 *ter scop*VLI *P* ſco^v^poli *bc* ſcopoli *γa* CAUSA *M* dede.. *a*1 567 *ter spu*MAM *P* ſpu^m^nā *c* ELS^I^AM (L *e corr.*) *M* heliſā *b* E^T^ *M* udimuſ *b*

interca fessos ventus cum sole reliquit,
ignarique viae Cyclopum adlabimur oris.
Portus ab accessu ventorum inmotus et ingens
ipse, sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
interdumque atram prorumpit ad aethera nubem
turbine fumantem piceo et candente favilla
attollitque globos flammarum et sidera lambit,
interdum scopulos avolsaque viscera montis
erigit eructans liquefactaque saxa sub auras
cum gemitu glomerat fundoque exaestuat imo.
fama est Enceladi semustum fulmine corpus
urgeri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
impositam ruptis flammam expirare caminis,
et fessum quotiens mutet latus, intremere omnem

TESTIMONIA.

568 Servius Aen. III 177 'fessos . . . reliquit' Servius Aen. VIII 67 570—577 Macrobius Sat. V 17, 10 Gellius XVII 10, 10 570—574 de miraculis mundi p. 70 ed. Haupt. 570 'portus . . . immotus' Servius ecl. II 25 573 'turbine f. p.' de gen. nom. 102 ed. Haupt. 'candente f.' Servii ars p. 524 L. 574 'et sidera l.' schol. Persii prol. 5 577 'fundoque e. i.' Nonius 247, 13 578 sq. 'fama ... hac' Probus 10, 19 K. 578 'fama est E.' Servius Aen. VI 14

VARIA LECTIO.

568 *interea f*ESSOS *P* [v]uentoſ *a* [Ll]REQUIT *M* reliquid *b*1 569 *ignarique v*IAE *P* ciclopum *c* cyclobum *a*1 horiſ *a* 570 *portus ab acce*SSV *P* a[c]scen[ſ]ſu *cod. Bobiensis de mirac.* inmotuſ *b* ingens] undis *Peerlkampus. An* ignis? 571 *ipse sed hor*RIFICIS *P* SET *Mc* [r]orificiſ *b* [h]orri ficiſ *c* ſonat (ſ *e ras.*) *a* ſonat *bcm* ethna (eth *in ras.*) *b* &hna *c* 572 *interdumq*VE *P* atram (m *m.* 2 *in ras.*) *γ* ad *om. γ* 573 *turbine fum*ANTEM *P* [n]cadente *b* 574 *attollitque g*LOBOS *P* 575 *inter*DVM *V interdum P* sCOPVLOS *P* AVVLSA *Pγ*1*ab*1*c* AV*u*LSA *V* monteſ *γ*1 576 Egerit *cχ* 578 semustu *Probi Vatic.* ſeminſtum *a* 'semustum *pro* seminstum' *Servius ful*MINE *V* 579 mole (1 *m.* 2), at more *γ ingentemque insupe*R *V* ethnam *bc* 580 INPOSITAM *Mγa* inpositum *Bothius, Peerlkampus* RVPT*is flammam expira*RE *V* EXSPIRARE *M* 581 FESS*um* — *om*NEM *V* [n]quotieſ *b* MVT[A]ET *MP* mutat *γ*1 motat *γ*2 motet *a*2*b*2*c* 'motat, *frequenter movet. Nam si* mutat *legeris, dat refectionem labori, quamvis alii* mutat *accipiunt' Servius*

murmure Trinacriam et caelum subtexere fumo.
noctem illam tecti silvis inmania mostra
perferimus, nec quae sonitum det causa videmus.
nam neque erant astrorum ignes nec lucidus aethra
siderea polus, obscuro set nubila caelo,
et lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

Postera iamque dies primo surgebat eoo,
umentemque Aurora polo dimoverat umbram:
cum subito e silvis macie confecta suprema,
ignoti nova forma viri miserandaque cultu
procedit supplexque manus ad litora tendit.
respicimus: dira inluvies inmissaque barba,
consertum tegumen spinis, at cetera Grains.

TESTIMONIA.

583 sq. 'noctem . . . perferimus' Servius Aen. I 201 585 sq. 'nam . . . polus' Priscianus 1034 'nec lucidus . . . polus' Macrobius Sat. VI 4, 19 585 'nam . . . ignes' Probus 17, 2 K. 587 Macrobius Sat. VI 1, 14 Servius Aen. I 80 588 'primo s. e.' Probi ars minor 374 Cledonius 1884 Marius Victorinus 2473 P. Servius Aen. I 489 590 'cum . . . confecta' Probi inst. I 4, 23 593 'respicimus d. i.' Nonius 125, 30. 130, 9. 330, 5. 373, 13

VARIA LECTIO.

582 '*murmure* — *fu*MO *V* trinacriam (*c m.* 2) *γ* 583 *noctem* — *mons*TRA *V* nocte illa *χ*, *Servii Aen.* I 201 *ex.* '*melius per accusativum dixit' Servius ad h. l.* TECTIS *M* IMMUNIA (λ) *M* inmania *ac* in(m)mania *b* MOSTRA *M* mo(n)ſtra *b* MONSTRA *Pγac* 584 Proferimuſ *a*1
585 *nam* — *ig*NES V neq: luciduſ *c* AETHRA *P* ethera *b*1 eth.ra *b*2 aether *Prisciani Sangall. Carol.* 586 *Nihil legi potuit in V* Siderea *a* ſed *γ*2*abc* 587 inimbo *a* innymbo *c* 588 Poſtea(r) *c* E·O·O *M* 589 humentem *γ* 590 ſibito *c* SVPPREMA *P* ſubprema *γ* ſu.p̃ma *b* ſupraema *a*· ſupremia *c*1 591 Ignota *a* CVLT*u P* 592 ſupplexq: *c* littora *bc* TENDI*t P* 593 inluuieſ *a* dirae illuviae *Nonii* 125 *Wolf.*, dira inluvie *ceteri eiusdem* INMISSAS *M* inmiſa *a* immiſſa, at p̃miſſa *γ* inmissa *Servius* BA*rba P* 594 tegi.men *γb* SPI*N*NIS *P* .ſpiniſ *b* GRA*ius P* graiuſ (iu *e corr.*) *b*

[et quondam patriis ad Troiam missus in armis.]
isque ubi Dardanios habitus et Troïa vidit
arma procul, paulum aspectu conterritus haesit
continuitque gradum; mox sese ad litora praeceps
cum fletu precibusque tulit: 'per sidera testor,
per superos atque hoc caeli spirabile numen,
tollite me, Teucri; quascumque abducite terras:
hoc sat erit. scio me Danais e classibus unum,
et bello Iliacos fateor petiisse penates.
pro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
spargite me in fluctus vastoque inmergite ponto.
si pereo, hominum manibus periisse iuvabit.'

TESTIMONIA.

595 Servius Aen. II 99 599 sq. 'per . . . numen' Charisius 208 600 'per . . . caelum' Iulius Rufinianus 209 R. 601 Donatus ad Ter. hec. III 1, 4 602 Charisius 5 Diomedes 430 'scio . . . unum' Macrobius diff. 15, 19 Servius Aen. IV 425 602 sq. 'scio . . . penates' Donatus ad Ter. adelph. II 2, 42 Iulius Rufinianus 269 R. 604 'si . . . nostri' Asper 111, 2 K.

VARIA LECTIO.

595 *hinc alienum videri monuit Heynius conl.* II 87. *Mihi incohata versus* 603 *dittographia videtur esse eaque falsum in locum e margine inlata* ut *Hugen.* quod(n)dā *c* PATRIS *M* AT(I) *M*1*Pγ* *armis P* et patriis, ut quondam ad Troiam missus, in armis *Peerlkampus* 596 Hiſ *γ* nam, *si servaretur v.* 595, *coni. Heynius* VIDI*t P* 597 *haesit P* 598 littora *ab*1 *praeceps P* tendit *m* 599 *cu*M *P* fle.tu (e *m.* 2) *b* praecibuſ *ab*1 p̃cebuſ *c*1 600 *pe*R *P* caelum *Iulius Rufinianus* SP(L)ERABILE *M*1 NUMEN *M* N̶O̶MEN (LV *m. rec.*, N *eras.*, O *corr. m. ant. in* V) *P* lumen *γabc* 601 *to*LLITE *P* quescumque *nonnulli Pieriani* A(B)DUCITE *M* TERRIS *M* 602 HOC *P* daniiſ *c* 603 *e*T *P* i.liacoſ (i *m.* 2) *b* Argolicos *Iulius Rufinianus : cf.* VIII 374 PET(I)ISSE (*corr. minio*) *M* PETISSE *Pγa*1 p&iiſ(ſe) *c* '*causa metri addidit syllabam ut* II 25' *Servius* 604 *p*RO *P* QUO(SI), (*corr. minio*) *M* (S)CELERI (I *erat* E) *M* .celeriſ *a*1*c* 605 *s*PARGITE *P* me *sup. a* flutuſ *γ* IMMERGITE *P* 606 *s*I *P* PERE° *P* PER(I)ISSE *M* pe.ri(i)ſſe *b* PERISSE *Pγa* IVBABIT *MPγ*1*c*

dixerat, et genua amplexus genibusque volutans
haerebat. qui sit fari, quo sanguine cretus,
hortamur, quae deinde agitet fortuna fateri.
ipse pater dextram Anchises haut multa moratus
dat iuveni, atque animum praesenti pignore firmat.
ille haec deposita tandem formidine fatur:
'sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,
nomine Achaemenides, Troiam genitore Adamasto
paupere (mansissetque utinam fortuna!) profectus.
hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
inmemores socii vasto Cyclopis in antro
deseruere. domus sanie dapibusque cruentis
intus opaca ingens. ipse arduus altaque pulsat

TESTIMONIA.

132 'Massylique r. e.' schol. Lucani IV 682 'odora c. v.' schol. Hor. carm. I 1, 25 epod. VI 6 133 sq. 'reginam . . . expectant' schol. Hor. carm. IV 5, 12 133 'reginam t. c.' Nonius 252, 24 135 'ac . . . mandit' Priscianus 703 Nonius 304, 30. 425, 28 'spumantia frena' Servius Aen. XI 195 137 Nonius 539, 6 Isidorus orig. XIX 33, 8 Servius Aen. II 616 138 sq. Probus 10, 2 K. 138 'cui . . . auro' Isidorus orig. I 33, 10 Servius Aen. XI 10 141—144 'ipse . . . deserit' Claudius Sacerdos I 163 141 'ipse . . . omnis' Servius Aen. III 321 V 17 143 sq. Quintilianus VIII 3, 73 Victorinus ad Cic. p. 256 Or. 143 'qualis . . . Lyciam' schol. Iuven. VII 221

VARIA LECTIO.

132 MASSYLIIS *M* Maſſi . li *γ* Maſſili *b1c* 'Massyli *legendum per unum i, ne non stet versus' Servius* aequiteſ *b1* DORA *R* OD[O]ERA *M* 133 t[h]alamo *b* 134 EXSPECTANT *R* auſtro *b1* 135 ac] et *Nonius* 425 mandet *Nonius* 425 mo[H]rdet *Hamb. alt.* 137 chlamidem *γb* CLAMYDEM *R* CLAMYDEM *M* clamidem *c* LYMBO *M* 139 purpoream *γ* 140 p[h]rigii *b* ph[gi]rii *γ* TYRII *R* : *cf.* 162 141 PVLCHERRIMVS (H *in ras. vel eras.*) *R* omneſ *b1* om̃ſ *c* 142 ADQVE *R* IUNGET *M* 143 ubi *suprascr. c* ob *schol. Iuvenalis ut Victorinus* hybernã *b* litiam *b* xanti *γbc* 144—169 *Veron. fol.* 211 *b.* 170—196 *Veron. fol.* 216 *b.* 144 ac] aut *Quintilianus et Victorinus* 145 In[ſ]taurat *b* mixto *c1*

Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi;
ipse iugis Cynthi graditur, mollique fluentem
fronde premit crinem fingens atque inplicat auro,
tela sonant umeris: haut illo segnior ibat
Aeneas, tantum egregio decus enitet ore.
postquam altos ventum in montis atque invia lustra,
ecce ferae saxi deiectae vertice caprae
decurrere iugis; alia de parte patentis
transmittunt cursu campos atque agmina cervi
pulverulenta fuga glomerant montesque relinquont.
at puer Ascanius mediis in vallibus acri
gaudet equo, iamque hos cursu, iam praeterit illos,
spumantemque dari pecora inter inertia votis

TESTIMONIA.

146 'Cretes' et 'pictique A.' schol. Veron. 93, 10 K. 'pictique A.' Servius ge. II 115 schol. Veron. 77, 12 K. 149 sq. 'haud . . . ore' Claudius Sacerdos I 163 'haud . . . Aeneas' Nonius 387, 2 schol. Lucani VII 1 149 'haud i. s.' schol. Veron. 93, 16 K. 153 sq. 'decurrere . . . campos' Priscianus 901 154 sq. 'transmittunt . . . glomerant' Macrobius Sat. VI 4, 9 156 sq. 'at . . . equo' Nonius 240, 29 158 sq. Seneca epist. 64, 4 'spumantem . . . aprum' Philargyrus ge. IV 25 'pecora . . . aprum' Servius Aen. II 364 'votis o. a.' schol. Veron. 93, 22 K.

VARIA LECTIO.

146 C...teſ (curetes?) *c*1 Curetes Dryopesque *Hamb. pr.* driopeſ *γbc* PICTIS *M* agathirſi *c* a.gathirſi *b* 147 cynti (n *e corr.*) *b* cinthi *c* molli] MOLLIBVS *R* flu.entẽ *c* 148 f.ingenſ *c* ADQVE *R* AT *V* IMPLICAT *RVc* 149 TELAM *M* [H]AUT M AVT *R* haud *bc* ILLOS *R* 150 AEGREGIO *M* hore *b*1 151 altuſ *γ*1 MONTIS (I *an* E *non liq.*) *V* MONTES *Mγ*2*b* ADQVE *R* [atq·]et (et *in ras.*) *b* LOΣTRA *V* 152 FE[λ]RE *M* fere *γ* 153 DECVRRE *V* decur[re]re *γ* 'decurrere *iuxta analogiam dixit, non ut imperiti putant* decurrerunt' *Servius* D[E] *V* PATENTIS (I *an* E *non liq.*) *V* PATENTES *Mb*1*c* 154 TRA[NS]MITTVNT *V* ADQVE *R* 155 FVGAE *R* montiſ *γbc* relinquont (o *erasa*) *γ*1 RELINQVNT *RV* relinq.unt *c* RELINQUUN̄ *Mb* 156 aſchaniuſ *γ* 157 [d&]Gaut *c* EQVON *R* curſum *c*1 iamq; p̃terit *c*

optat aprum aut fulvom descendere monte leonem.
Interea magno misceri murmure caelum
incipit, insequitur commixta grandine nimbus:
et Tyrii comites passim et Troiana iuventus
Dardaniusque nepos Veneris diversa per agros
tecta metu petiere; ruunt de montibus amnes.
speluncam Dido dux et Troianus eandem
deveniunt, prima et Tellus et pronuba Iuno
dant signum: fulsere ignes et conscius aether
conubiis, summoque ulularunt vertice nymphae.
ille dies primus leti primusque malorum
causa fuit. neque enim specie famave movetur
nec iam furtivom Dido meditatur amorem:
coniugium vocat, hoc praetexit nomine culpam.

TESTIMONIA.

159 'fulvum leonem' Gellius II 26, 11 161 'insequitur . . . nimbus' Servius Aen. IV 339 166 'prima . . . Iuno' Servius Aen. IV 59 'et pronuba I.' Servius Aen. IV 608 168 'summoque . . . nymphae' Nonius 401, 22 169 sq. 'ille . . . fuit' Priscianus 780 Philargyrus ge. II 168 Lactantius de persec. 12 169 'ille . . . leti' Charisius 86 170 'neque . . . movetur' Nonius 305, 24 Servius Aen. IV 221 171 schol. Hor. carm. III 6, 24

VARIA LECTIO.

159 FVLVVM *MRγbc* defcendere (e *pr. e corr.*) γ defecendere *c*1 MO[T]NE *V* 160 *intcre*A *V* murm[v]ore γ eelum γ 161 *inc*IPIT *V* NIMBUS *M* 162 *Hinc redit P* Et (t *m. rec.*) *c* paffim (f *pr. e corr.*) γ IV[e]VNTVS (*sup. m. rec.*) *R* 164 *tec*TA *V* 165 = 124 SPELVNCHAM (H *m.* 2 *add.*) *P* SPELVNCA[M] *M* EUANDEM *M* 166 *Post* deveniunt *vulgo fortiter interpungitur.* prima & (& *in ras.*) *c* prima, *om.* et, *b*χ primae *Heinsius* tremuit *Peerlkampus.* primum ut *W. Heckerus in Mnemosynae* I 204. *Sed recte confertur* VII 136 167 a[h]&er γ 168 CONVBII·S *P* conubii. (*erasa* f) *bc* CONVBII *RV*, *anth. Lat.* 'conubiis, *sive ut mihi videtur*, conubis' *Lachmannus Lucr.* 280 fummo γ nimphae γ*b* 169 la&i γ loeti *b* LMABORVM (L *erasa*, M *add. m.* 2, B *corr. in* L) *P*: *cf.* VII 481 laborum *Philargyrus testatur* 170 SPECIAE *R* famaq[ue]; *b* famaque χ 171 FVRTIVVM *libri*

Extemplo Libyae magnas it Fama per urbes,
Fama, malum qua non aliud velocius ullum:
mobilitate viget, viresque adquirit eundo,
parva metu primo, mox sese attollit in auras
ingrediturque solo et caput inter nubila condit.
illam Terra parens, ira inritata deorum,
extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque sororem
progenuit pedibus celerem et pernicibus alis,
monstrum horrendum ingens, cui quot sunt corpore plumae
tot vigiles oculi supter (mirabile dictu),
tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.
nocte volat caeli medio terraeque per umbram
stridens, nec dulci declinat lumina somno;

TESTIMONIA.

174 sq. 'Fama . . . viget' Prisciani praeexerc. p. 360 Cap. 174 Isidorus orig. V 27, 26 Tertullianus apolog. 7 cf. Symmachus epist. III 45 'Fama m.' Servius Aen. IV 298 176 sq. Macrobius Sat. V 13, 31 cf. schol. Veron. 93, 24 K. 177 Macrobius Sat. V 3, 11 Augustinus de gramm. 2015 P. Servius Aen. VI 157 178 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 334 'illam . . . inritata' schol. Veron. 93, 27 K. 179 'extremam' schol. Veron. 94, 4 K. 180 schol. Hor. epod. II 42 181—183 'cui . . . sonant' schol. Lucani I 472 181 'monstrum h. i.' Claudius Sacerdos I 84 183 Nonius 50, 5 184 'nocte v.' schol. Veron. 94, 6 K.

VARIA LECTIO.

173 libiae *γb*1 magnaſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *γ* 174 FAMAMALUM· *M*, *ut Servius Aen.* IV 298 QUA *MR*, *Isidori Gud.* 1, *Tertulliani Par A m.* 2 (quia *Par. A m.* 2, *Leid.*) QVO (A *sup.*) *P* QVO *Vγ*2*bc*, *Priscianus*, *Isidori et Tertulliani reliqua ex.* 'quo . . . *quamquam alii* qua *legant' Servius* ALIVT *MP* 175 atquirit *b* 176 metu *tuentur schol. Veron. et Servius* modi *Schraderus* venit *Peerlkampus* MO*x sese atto*LLIT *V* in auraſ, at an (ad?) auraſ *γ* 177 = X 767 SOLU (U *corr. in* O) *M* ſolu. (u *corr. in* o) *b* 178 TERRAM *M* .ira (i *e corr.*) *γ* inritata (r *sup.*) *b* INRITATE *Pγ*1 179 EXTREMA (M *sup. m. ant.*) *R* 180 PROGENVIT (I *corr. ex* E) *P* 181 QVOD *MPRVγ*1c q̃t *b* PL*umae V* plume corpore *γ* 182 OCULIS *M* SVBTER *MPγbc* 183 AVRIS (I *an* E, *non liq.*) *V* aureſ *c* auraſ (a *post. corr. in* e) *γb* 184 NOCTEUOLAT· *M* '*hac mora distinguendum' schol. Veron.* umbraſ *b* 185 *str*IDENS *P* declinit (a *sup.*) c LUMINE (λ *sup.*) *M*

luce sedet custos aut summi culmine tecti
turribus aut altis, et magnas territat urbes,
tam ficti pravique tenax quam nuntia veri.
haec tum multiplici populos sermone replebat
gaudens et pariter facta atque infecta canebat:
venisse Aenean Troiano sanguine cretum,
cui se pulchra viro dignetur iungere Dido;
nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere
regnorum inmemores turpique cupidine captos.
haec passim dea foeda virum diffundit in ora.
protinus ad regem cursus detorquet Iarban,
incenditque animum dictis atque aggerat iras.

Hic Hammone satus rapta Garamantide nympha
templa Iovi centum latis inmania regnis,
centum aras posuit vigilemque sacraverat ignem,
excubias divom aeternas, pecudumque cruore
pingue solum et variis florentia limina sertis.

TESTIMONIA.
186 Probi inst. I 4, 15   188 'tam . . . tenax' Arusianus p. 264 L.   193 Servius Aen. V 626 VIII 86   196 Nonius 377, 12   198 'rapta G. n.' Servius Aen. I 28   201 'pecudum . . . solum' Servius Aen. IV 62

VARIA LECTIO.
187 *tu*RRIBVS *P*   MAGNA[s] (S *m.* 2 *add.*) *P*   MAGNAS [ET] ET *M*   magn[a]if *c*   188 *t*AM *P*   189 PO*pulos* *V*   190 *g*AVDENS *P*   F*acta atque inf*ECTA *V*   ADQVE *R*   191 aeneã *c*   TROIANOSANGVINE *MPbc*1 TROIA. . . ANGVINE *V* troiano[a]fanguine *γ* TROIANOASANGVINE *R* : *cf. Aen.* II 74. III 608. VIII 135. IX 672   cret[v]om *c*   192 pulcra *c*   *dign*ETVR *V* DIGNENTUR *M*   dono *c*1   193 *se* *V*   194 IMMEMORES *RV*   195 difundit *c*   196 CVRSVS *P* curfũ *γ* cursum *Nonius*   d&orquat *γ*   HIARBAN *Pγ* iraban *c*1 iarban (n *corr. in* m) *b* Iarbam *Nonii exempl.*   197 ADQVE *R*   agger . t *b*1   198 hamone (h *in ras.*) *b* AMMONE *Pγ* amone *c*   nimpha *γ*   199 IOVI (VI *in ras.*) *R*   LA[M]TISSIMANIA *P*   IMMANIA *M*   regi[n]f *γ*   201 EXCVBIASQ· *R*   DIVVM *libri*   excubiasque deum *aliquot Pieriani*   CRVOREM *P* cruore . *c*   202 florentia (flo *m.* 2 *in ras.*) *b*

isque amens animi et rumore accensus amaro
dicitur ante aras media inter numina divom
multa Iovem manibus supplex orasse supinis:
'Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
aspicis haec? an te, genitor, cum fulmina torques,
nequiquam horremus, caecique in nubibus ignes
terrificant animos et inania murmura miscent?
femina, quae nostris errans in finibus urbem
exiguam pretio posuit, cui litus arandum
cuique loci leges dedimus, conubia nostra
reppulit ac dominum Aenean in regna recepit.
et nunc ille Paris cum semiviro comitatu,
Maeonia mentum mitra crinemque madentem

TESTIMONIA.

203 Nonius 241, 32 Iulius Rufinianus 245 R. 'isque a. a.' Arusianus p. 214 L. 204 'media . . . divom' Servius Aen. I 447 II 178 205 Augustini gramm. 2011 P. Servius Aen. IV 437 208 'an ... torques' Servius Aen. VIII 429 'genitor . . . torques' Servius Aen. I 230 210 'et . . . miscent' Nonius 326, 21 211 sq. 'urbem . . . posuit' Nonius 365, 29 211 schol. Hor. carm. III 3, 20 212 'cui litus a.' Servius Aen. I 3 212 sq. 'cui . . . dedimus' schol. Hor. carm. III 4, 32 'dedimus litus arandum' schol. Lucani I 194 213 'cuique . . . dedimus' Servius Aen. XI 322 213 sq. 'cuique . . . reppulit' Priscianus 961 Servius Aen. I 73 'conubia . . . recepit' Nonius 282, 5 'conubia n. r.' Servius Aen. IV 126 214 'ac dominum . . . recepit' Servius Aen. IV 374. 596 216 'Maeonia m. m.' Servius Aen. IX 616 216 sq. 'Maeonia . . . potitur' Nonius 405, 25 'crinem . . . potitur' Servius Aen. III 402

VARIA LECTIO.

203 I. ſ *γ* amaro *γ*2 amore, *ut vid.*, *γ*1 204 MEA (DI) *P* 'numina ... *sane multi* munera *legunt' Servius : cf.* 217 numina *confirmat idem* I 447 II 178 DIVVM *libri* 205 ſuplex *γ* ſuppiniſ *γ* 206 NUNT *M* MAVRVSIA *P* 207 LAENEVM *R* leneum *γ* LUBAT (I) *P* 208 ASPICE (S) (E *m.* 2 *corr. in* I) *P* TORQUENS *M* 209 NEQUICQVAM *P* igniſ *b*1 210 TERRIFICAT *M* 212 EXIGUUM (λ) *M* PRAETIO *R* PRAETIO *M* cu[i] *b* 214 AENEAM *R* eneā *c* REGINA (N *m.* 2) *P* 216 MITARA *P* mitram *Nonii exempl.*

subnexus, rapto potitur: nos munera templis
quippe tuis ferimus famamque fovemus inanem.'

Talibus orantem dictis arasque tenentem
audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit
regia et oblitos famae melioris amantis.
tum sic Mercurium adloquitur ac talia mandat:
'vade age, nate, voca zephyros et labere pinnis,
Dardaniumque ducem, Tyria Karthagine qui nunc
expectat fatisque datas non respicit urbes,
adloquere et celeris defer mea dicta per auras.
non illum genetrix nobis pulcherrima talem
promisit Graiumque ideo bis vindicat armis;
sed fore qui gravidam imperiis belloque frementem
Italiam regeret, genus alto a sanguine Teucri
proderet, ac totum sub leges mitteret orbem.

TESTIMONIA.

217 'subnixus r. p.' Servius Aen. XI 493 217 sq. 'nos . . . inanem' Donatus ad Ter. eun. I 2, 91 Nonius 305, 19 219 sq. 'talibus . . . omnipotens' Macrobius Sat. III 2, 9 222 Maximus Vict. de rat. metr. III 3 223 Isidorus orig. II 21, 15 Boethius p. 291 'vade . . . zephyros' Emporius rhet. p. 304 Cap. 'voca z.' Servius Aen. V 607 'labere p.' Isidorus orig. X 158 Servius Aen. II 14 224 sq. 'Tyria . . . expectat' Servius in art. sec. Donati 1793 Cledonius 1922 P. Pompeius p. 354 L. Cassiodorus de oratione T. II p. 571 b ed. Ven. 1729 226 'et . . . auras' Priscianus 776 'celeris . . . auras' Servius Aen. IV 357 228 'Graiumque . . . armis' Nonius 419, 5 'Graiumque adeo' Claudius Sacerdos I 75 230 sq. 'Italiam . . . proderet' Nonius 363, 28 Diomedes 408

VARIA LECTIO.

217 — V 37 *deficit R* 217 subnexus *Leid., Statius silv.* V 3, 115 *Gevartius elect.* I 7 SVBNIXVS *MPγabcψ, testantur Nonius et Servius* III 402, *defendit Gronovius diatr. c.* 54 : *cf.* VI 281. VII 669. *Dubitat Marklandus ad Statii silv.* V 3, 115 'subnixus: *crinem unguentatum* subnixum *et subligatum habens. aut* subnixus, *fiducia elatus' Servius ad h. l.* 219 : *cf.* VI 124 221 oblituſ *c*1 amanteſ *c* 222 alloquitur *c* 223 natae *γ* nato *a*1 uoca. *c* penniſ *ac* 224 Kartagine *a* CARTHAGINE *MPγc* cartagine *b* 225 pſpicit *cχ* 226 Adloquere (d *corr. in* l) *γ* Alloquere *bc* 227 GENETRIX NOBIS *Pχ* NOBIS GENETRIX *Mγabcψ* pulcherrime *γ*1 228 gra.ium *b* adeo *Claudius Sacerdos* 230 AB *P* a *suprascr. γ* 231 *pr*ODERET *P*

si nulla accendit tantarum gloria rerum
nec super ipse sua molitur laude laborem,
Ascanione pater Romanas invidet arces?
quid struit? aut qua spe, inimica in gente, moratur?
[nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva]
naviget: haec summa est, hic nostri nuntius esto.'
Dixerat. ille patris magni parere parabat
imperio: et primum pedibus talaria nectit
aurea, quae sublimem alis sive aequora supra
seu terram rapido pariter cum flamine portant.
tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
pallentis, alias sub Tartara tristia mittit,
dat somnos adimitque, et lumina morte resignat.

TESTIMONIA.

233 Diomedes 407 Arusianus 260 L. 235 'inimica . . . moraris' (cf. 271) Servius Aen. IV 271 237 'naviget . . . est' Servius Aen. IV 537 'haec summa est' schol. Iuven. III 79 'hic n. n. e.' Arusianus p. 249 L. 238—246 'dixerat . . . nubila' Macrobius Sat. V 6, 11 238 sq. 'ille . . . imperio' Servius Aen. I 689 239. 242 'talaria nectit' et 'virgam capit' Servius Aen. I 300 241 'rapido . . . portant' Servius Aen. IV 223 242 sq. schol. Hor. carm. I 10, 17. 24, 16 'hac . . . mittit' Servius Aen. VI 264 'animas . . . mittit' Servius Aen. VI 749 244 'et . . . resignat' Priscianus de XII vers. Aen. 9, 161

VARIA LECTIO.

232 sI *P* 233 SUA·M[E] (*puncto sup. rubro*) *M* ſuaṃ *γ* suum *Arusianus* LABOR[V]EM *P* LABORUM *M* laborum (u *corr. in* e) *γ* 234—251. 252—257 *F fol. XXXIV* 234 ROMAN — *F* INVIDES[T] *P* 235 QUIT *M* INimica — *F* gente. *a* 236 *post v.* 225 et 230 *abundare videtur : cf.* VI 756 LAvinia — *F* RESPICAT[I] *P* 237 Hic — *F* 238 MAGNI — *F* 239 IMPER[IO] *F* PRIMOUM *M* TAlaria — *P* 240 Q[A]VE *P* ſubmon[li] (o *corr. in* e) *c* ALIIS *F* al.iſ *c* ALII[S] *M* Sive — *F* SVPPRA (P *pr. in ras.*) *P* iuxta *Macrobii exempl. : cf.* 255 241 CVm — *F* flammine *γa*1 PORTENT[λ] *M* 242 tunc *Macrobii Cantabr. et Salisb.* HAEC *Pγ*1 ANIMAs — *F* illeuocat[e] *a* 243 PALLENTES *Fc* tristia — *F* tristia tartara *schol. Hor. carm.* I 10, 17 DVCIT[MITT] *P* 244 ET *sup. m.* 2 *F* limina[v] *γ* .morte *a* morte — *F* resignat] *cf. Henry twelve years ad h. l.*

illa fretus agit ventos, et turbida tranat
nubila. iamque volans apicem et latera ardua cernit
Atlantis duri, caelum qui vertice fulcit,
Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
piniferum caput et vento pulsatur et imbri,
nix umeros infusa tegit, tum flumina mento
praecipitant senis, et glacie riget horrida barba.
hic primum paribus nitens Cyllenius alis
constitit; hinc toto praeceps se corpore ad undas
misit, avi similis, quae circum litora, circum
piscosos scopulos humilis volat aequora iuxta.
[haut aliter terras inter caelumque volabat
litus harenosum ad Libyae ventosque secabat

TESTIMONIA.

245 'illa f. a. v.' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 21 247 'caelum . . . fulcit' Nonius 263, 23 248—251 Beda de trop. 379 Cap. 248 sq. Pompeius p. 475 L. 'Atlantis . . . caput' Donati ars III 6, 2 251 'et . . . barba' Nonius 422, 29 252 sq. 'hic . . . constitit' Nonius 272, 27. 353, 19 254 sq. Asper 115, 5 K. 'avi . . . iuxta' Quintilianus VIII 3, 72 'quae . . . scopulos' Quintilianus I 5, 25 255 'humilis . . . iuxta' Nonius 321, 31. 414, 31 257 'litus arenosum L.' Servius ge. II 105 'ventosque s.' Servius Aen. IV 223

VARIA LECTIO.

245 *hic om., sed infra m. ant. add., adp. ad* 244 *signo* > *F, inter lineas add. a* *Tranat F* 246 nam *a*1*b*1 *et latera — F* 247 Adlantiſ *γ* Athlantiſ *c* VER*tice — F* fu^l^cit *a* 248 Adlantiſ *γ* Athlantiſ *c* cinctum & *γ* aſſidue *ac* CV*i — F* cum *Beda* 249 Pinniferū *b*1 Pinni . ferum (*erasa* f) *γ* capud *a*1 piniferumque caput vento *Beda* PVL*satur — F* quassatur *Beda, Pompeius* 250 humeroſ *ac* umheroſ (umh *m.* 2 *in ras.*, o *corr. ex* u) *γ* inſuſſa *γ*1 *flumina — F* FU^L^LMINA *M* 251 Precipitant *γ* RIGET (I *corr. ex* E) *P* regit *γ*1 *riget — F* 252 *hic — paribu*S *F* CYLLE^S^NIV *F* cy^l^leniuſ *γ* cyleniuſ *a*1 253 *constitit — p*RAECEPS *F* 254 *misit — qua*E *F* 255 — *hum*ILIS *F* umiliſ *a* 256—258 *recentiore atramento scripti in textu b. Damnaverunt hos versus post Bryantium Heynius et Wagnerus.* 256 HAVD *FPabc* *aliter — int*ER *F* legebat *Bentleius ad Hor. carm.* I 34, 5 257 *sq. inverso ordine cχ* 257 *om. Zulich., Faber* *litus — lib*YAE *F'* HABERENOSUM *M* ^h^arenoſum *c* arenoſum *ab* AD *P*2*γ*1*χ* AC, *i. e.* at *Mabc* AO *P*1 LYBYAE *M* lybiae *γ* libie *a*

materno veniens ab avo Cyllenia proles.]
ut primum alatis tetigit magalia plantis,
Aenean fundantem arces ac tecta novantem
conspicit. atque illi stellatus iaspide fulva
ensis erat, Tyrioque ardebat murice laena
demissa ex umeris, dives quae munera Dido
fecerat et tenui telas discreverat auro.
continuo invadit: 'tu nunc Karthaginis altae
fundamenta locas pulchramque uxorius urbem
extruis heu regni rerumque oblite tuarum?
ipse deum tibi me claro demittit Olympo
regnator, caelum ac terras qui numine torquet,
ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras:
quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Ascanium surgentem et spes heredis Iuli 274

---

nec super ipse tua moliris laude laborem 273

TESTIMONIA.

260 'tecta n.' Servius Aen. VIII 189 261 sq. 'atque . . . erat' Asper 115, 9 K. 261 'poeta verborum diligentissimus fulvam aquilam dicit et iaspidem.' Gellius II 26, 11 cf. schol. Iuven. V 45 'iaspide f.' Servius Aen. V 309 262 'Tyrioque . . . laena' schol. Iuven. III 283 XI 155 Nonius 240, 20. 541, 7. 549, 16 263 'dives . . . Dido' Servius Aen. IX 26. 641 XI 74 265 sq. 'tu . . . locas' Donatus ad Ter. adelph. II 3, 3 265 'tu . . . altae' Servius Aen. IV 576 266 sq. 'pulchramque . . . extruis' Nonius 405, 26 268 Servius Aen. IV 356 V 726 'claro olimpo' gloss. Zic. 12 272—276 'si . . . debetur' (om. 273) Aelius Lampridius vita Antonini Diadumeni 8 274 sq. 'Ascanium . . . respice' Nonius 397, 11 274 'Ascanium s.' Servius Aen. I 556

VARIA LECTIO.

258 *om. libri nonnulli teste Fabricio* cillenia *a* 260 tecta (c *e corr.*) *γ* 261 tellatuſ *γ*1 fulue *c*1 262 ENSES *M* enſyſ *γ* varioque *schol. Iuven.* III 283 myricae *c* LENA *Pγ* 263 humeriſ *a* 264 = XI 75 265 CARTHAGINIS *Pc* chartaginiſ *γb* cartaginiſ *a* 266 pulc(h)ram *a* pulcram *c* UXORI·B·(VS) *M* 267 (h)eu *b* IGNARE (OBLIT) *P* : *cf.* III 382 268 DIMITTIT *Pγ*1*c* 269 AC *Pγa* ET *Mbc* TERRAM *Pγ* 271 QVIS *Pγ*1 LYBYCIS *M* .otia *γ* 273 *om. MP, m.* 2 *add. in mg. γ, m. rec. in ras. b, m. rec. inter lin. add. a, habet in textu c : cf.* 233 274 heredeſ *γ*1 haeredi *b*1 heredi *a*1

respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
debentur.' tali Cullenius ore locutus
mortalis visus medio sermone reliquit,
et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.

At vero Aeneas aspectu obmutuit amens,
arrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
ardet abire fuga dulcisque relinquere terras,
attonitus tanto monitu imperioque deorum.
heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
audeat affatu? quae prima exordia sumat?
atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc:
[in partisque rapit varias perque omnia versat]
haec alternanti potior sententia visa est.
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Serestum,
classem aptent taciti sociosque ad litora cogant,

TESTIMONIA.

275 sq. 'cui . . . debentur' Servius Aen. I 678 X 47 277 'mortalis . . . reliquit' Servius Aen. IV 388 278 Nonius 417, 5 281 'ardet a. f.' Marius Plotius p. 244 G. Servius Aen. I 423 282 Priscianus 930 283 sq. 'quonam . . . sumat' Nonius 30, 23 'quonam . . . affatu' Nonius 242, 13 288 'ut Mnesthea dixerit pro Mnestheum' Macrobius Sat. V 17, 19

VARIA LECTIO.

276 DEBENTUR (*erasa* N) *M* debentur *Servius Aen.* I 678 X 47 C[Y]VLLENIVS *P* CYLLENIUS *Mbc* cyleniuſ *γ* cilleniuſ *a* 277 *cf.* IX 657 MORTALIVS *P* reliquid *bc* 278 *et p*ROCVL *P* 279 AD *P* O[B]MMUTUIT *M* OMMVTVIT *P* 280 = XII 868 : *cf.* II 774 III 48 *Hinc abesse velim tantum stuporem.* Arrecte *γ* horrore (o *post. m.* 2) *γ* PAVCIBVS (P *m.* 2 *corr. in* F) *P* 282 MONITU (O *corr. ex* U) *M* IMPERIO *MP* ⁱmperio *γ* magno imperio monituque *Priscianus* 283 quit *γ* quonam *Nonius loco utroque* 284 AFFATV *Pa*2 affatu (f *pr. e corr.*) *γ* ATFATU (T *pr. corr. in* D) *M* adfatu *ba*1 afatum (*erasa* m) *c* &quę *aχ* 285 *sq.* = VIII 20 *sq.*, *asteriscos adposuit Heynius* Adque *b* utque *Heinsius* 286—304. 305—310 *F fol.* XXXV 286 *om. FPγ, sed in Fγ add. m. rec. in mg. Tueri conatur hunc v. Wagnerus etiam in lectt. Verg.* 339 parteſ *c* partiſ, *om.* que, *a*1 288 = XII 561 *cf.* I 510 MNESTEA *Mγab* U[O]ACAT *M* 289 que *om. Pγc, plerique Pieriani, aliquot Heinsiani* coga[N]t *a*

arma parent et, quae rebus sit causa novandis,
dissimulent; sese interea, quando optima Dido
nesciat et tantos rumpi non speret amores,
temptaturum aditus et quae mollissima fandi
tempora, quis rebus dexter modus. ocius omnes
imperio laeti parent ac iussa facessunt.

At regina dolos (quis fallere possit amantem?)
praesensit motusque excepit prima futuros,
omnia tuta timens. eadem impia Fama furenti
detulit armari classem cursumque parari.
saevit inops animi totamque incensa per urbem
bacchatur, qualis commotis excita sacris
thyias, ubi audito stimulant trieterica Baccho

TESTIMONIA.

293 sq. 'et . . . tempora' Nonius 346, 33 Servius Aen. IV 423 295 Nonius 306, 26 'iussa f.' Paulus Festi p. 86 M. 296 sq. 'at . . . praesensit' Claudius Sacerdos I 169 296 'quis . . . amantem' Servius Aen. I 352 298 sq. Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 68 'eadem . . . detulit' Servius Aen. IV 195 300 sq. 'saevit . . . bacchatur' schol. Hor. carm. I 25, 11 300 'saevit i. a.' Arusianus p. 236 L. Servius Aen. IV 203 301—303 'qualis . . . orgia' schol. Hor. carm. I 18, 12 301 sq. 'bacchatur . . . thyias' Eutychius II 3 'qualis . . . thyas' Macrobius Sat. IV 5, 7 302 sq. Macrobius Sat. V 17, 16 302 Velius Longus 2220 P.

VARIA LECTIO.

290 PARANT *M*[E] ſit rebuſ *abm* 291 Diſſimulent (nt *m.* 2 *in ras.*) *γ* obtima *γ* 294 qui[r] rebuſ *a* QVIBVS (*sup. m. rec.*) *F* OMNIS *F*[SRE] 295 ac *b*, *Nonii exempl.* ET *M* ET[AC] *FPγac* iusta *Nonii exempl.* 296 QUIS QUIS *M* 297 PRAESENSSIT *Fc*1 Preſenſit *γ* AMOTUS *M* EXCIPIT *F* 298 etiam inproba *Peerlkampus* eadem impia *legit Servius* impia fama furenti *γ*2 FAMA *m.* 2 *in mg. F* FURENTIS *M* 299 CLASSE[M] *F* 300 INOBS *FPγa* TOTAM[Q] *M* INCENSAM *F* 302 THYAS *M* STIMVLA[NT] *F* stimulat *Macrobii Cantabr. et Par.* 1 trepidant *Velius Longus Putschii* TRIETHERICA *F* TRITHERICA *M* tri&ericha *a*1 trieteri.a *γ* triaterica *b* BACCHI[O] (*sup. m. rec.*) *F* bacho *γb*

orgia nocturnusque vocat clamore Cithaeron.
tandem his Aenean compellat vocibus ultro:
'Dissimulare etiam sperasti, perfide, tantum
posse nefas tacitusque mea decedere terra?
nec te noster amor nec te data dextera quondam
nec moritura tenet crudeli funere Dido?
quin etiam hiberno moliris sidere classem,
et mediis properas aquilonibus ire per altum,
crudelis? quid si non arva aliena domosque
ignotas peteres, set Troia antiqua maneret,
Troia per undosum peteretur classibus aequor?
mene fugis? per ego has lacrimas dextramque tuam te
(quando aliud mihi iam miserae nihil ipsa reliqui),
per conubia nostra, per inceptos hymenaeos,
si bene quid de te merui fuit aut tibi quicquam
dulce meum, miserere domus labentis et istam,
oro, siquis adhuc precibus locus, exue mentem.

TESTIMONIA.

305 'dissimulare . . . perfide' Servius Aen. IV 366   309 Servius Aen. I 279   310 Nonius 441, 30 schol. Hor. carm. III 30, 10   314. 316 'per . . . te, per conubia . . . hymenaeos' Charisius 208   314 'mene f.' Donatus ad Ter. eun. I 2, 99 Marcianus Capella III 493 'per . . . te' Iulius Rufinianus 209   315 Maximus Vict. de carm. her. 6   316 'per c. n.' Servius Aen. I 73   317 'si . . . merui' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 57 Nonius 344, 20 Claudius Sacerdos I 74 Servius Aen. IX 256 · 317 sq. 'si ... meum' Seneca de benef. VII 25 Priscianus 799 P.   'fuit . . . meum' Donatus ad Ter. Andr. I 5, 59   319 'et siquis ... mentem' Nonius 300, 9   'siquis precibus l.' schol. Lucani VII 377

VARIA LECTIO.

303 nocturnoſ (v *superscr.*) γ CITHERON *F*   CHYTERON (I *minio corr. in* Y, *item* H *minio p.*) *M*   cytheron γ cyteron *a*   304 aeneam *c*   conpellat *b*   compell& *c*   conpellit *a*   308 *in mg. add. c*   309 MOLIRI *FPa*   moliris *Servius*   310 properes (s· *superscr.*) *b*1   312 PETERE *M*   SED (D *m* 2 *corr. in* T) *P*   ET *M*γ*abc*ψ si *m*, *Goth. tert.*   314 HASTELACRIMAS *P*   haſ lacrimaſ.. *a*   tuã te *m.* 2 *add. c*   315 ALIVT *MP*   miſere γ 316 quonubia *b*1   coeptoſ *c*1   hymnaeoſ γ 317 bene *om. Nonius*   318 miſere (re *superscr.*) γ merere (iſ *superscr.*) *a*   domoſ (domo *m.* 2 *in ras.*) γ 319 ATHVC *M*1*P*   PRAECIB· *M*   et siquis precibus *Nonius*

te propter Libycae gentes Nomadumque tyranni
odere, infensi Tyrii; te propter eundem
extinctus pudor et, qua sola sidera adibam,
fama prior. cui me moribundam deseris, hospes?
hoc solum nomen quoniam de coniuge restat.
quid moror? an mea Pygmalion dum moenia frater
destruat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles, siquis mihi parvolus aula
luderet Aeneas, qui te tamen ore referret,
non equidem omnino capta ac deserta viderer.'

Dixerat. ille Iovis monitis immota tenebat
lumina et obnixus curam sub corde premebat.
tandem pauca refert: 'ego te quae plurima fando
enumerare vales numquam, regina, negabo

TESTIMONIA.

320 sq. 'te . . . odere' Nonius 367, 14 Arusianus p. 255 L. Priscianus 981 P. 323 sq. 'hospes . . . restat' Nonius 378, 28 Servius Aen. IV 424 323 'cui . . . hospes' Priscianus 967 P. 325 sq. 'quid . . . destruat' Priscianus 795 327 sq. 'saltem . . . suboles' Priscianus 1030 Cledonius 1879 P. Pompeius 381 L. cf. Alcuini gramm. 2136 P. 327 'saltem . . . te' Claudius Sacerdos I 73 328 sq. 'si . . . referret' schol. Hor. carm. IV 5, 23 329 'qui . . . referret' Arusianus p. 259 L. 333—335 'ego . . . promeritam' Donatus ad Ter. hec. III 5, 37 333 sq. 'ego . . . vales' Priscianus 1069 333 'ego . . . fando' Donatus ad Ter. Andr. III 4, 3 334 sq. 'numquam . . . promeritam' Donatus ad Ter. Andr. II 1, 31 adelph. II 1, 47 Servius Aen. I 74 V 801

VARIA LECTIO.

320 ETe *P* libyce *γ* Libyae *χ*, *Arusianus* numadũ *c*, *Prisciani φ* numidum *χ* 321 'te propter eundem ... *sunt qui hic distinguunt, ut sequatur* extinctus pudor' *Servius* A∴DIBAM *M* 323 MORIBUN-(M)DA *M* morituram *Priscianus* 'deseris: *subdistinguendum, dubitat enim quo eum nomine potissimum appellet' Servius* 325 Quit *γ* quID *P* 326 *de*STRVAT P GETULUS *M* hiarbaſ *b* 327 *s*ALTEM *P* ſaltim *ab*1*c*1, *Prisciani φ*, *Pompeius* 328 *a*NTE *P* ſob(v)oleſ *abc* PARVVLVS *libri* 329 *l*VDERET *P* tantum *Longob. Med. Porc. Pierii*, *Servii exempl.* referret] rret *in ras. c* 330 (v)at (ac *γ*1) *γ*2 au *c* aut *χ* uider&r *γ* 331 inmota *c* 332 ſub.c.orde *c* 333 refe(r)& *c* 334 Etnumerare *b* nec te regina *Servius Aen.* I 74 V 801

promeritam nec me meminisse pigebit Elissae,
dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
pro re pauca loquar. neque ego hanc abscondere furto
speravi (ne finge) fugam, nec coniugis umquam
praetendi taedas aut haec in foedera veni.
me si fata meis paterentur ducere vitam
auspiciis et sponte mea componere curas,
urbem Troianam primum dulcisque meorum
reliquias colerem, [Priami tecta alta manerent]
et recidiva manu posuissem Pergama victis.
sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lyciae iussere capessere sortes;
hic amor, haec patria est. si te Karthaginis arces
Phoenissam Libycaeque aspectus detinet urbis,
quae tandem Ausonia Teucros considere terra
invidia est? et nos fas extera quaerere regna.

TESTIMONIA.

336 Appuleius flor. III 16 'dum . . . mei' Donatus ad Ter. eun. II 3, 14 337 'neque . . . abscondere' Claudius Sacerdos I 72 338 sq. 'nec . . . veni' Servius Aen. XII 658 340—343 'me . . . colerem' Servius Aen. XII 15 341 'sponte . . . curas' Cledonius 1901 P. 342 sq. 'dulces . . . colerem' Servius Aen. X 59 344 'recidiva . . . victis' Charisius 76 P. 345 sq. 'Italiam magnam . . . sortes' Servius Aen. III 332 346 schol. Hor. carm. saec. 39 347 'hic . . . patria' Marius Victorinus 2472 P. 350 'et ... regna' Priscianus 599

VARIA LECTIO.

335 ne^c *a* me *om. Mc, suprascr. γ* memiſſe (mi *suprascr.*) *c* pigeba^t (a *corr. in* i) *c* ELISSE (λ *suprascr.*) *M* 336 '*hic versus superioribus iungendus*' *Servius* 337 loquo. *c*1 338 ne^c *a* NE *Pγb* 339 THEDAS (λ *suprascr.*) *M* te edaſ (e *pr. corr. in* a) *γ* haud *Goth. pr.* 'haud haec in foedera veni ...: *et iungendum est superiori, aut certe ad posteriora pertinet*' *e. q. s. Servius* 341 conponere *γab*1 343 Relliquiaſ *b* COLERE (M *suprascr.*) *M* alta *sup. c* Priami ... manerent: *cf.* II 56. *Damnat merito hoc hemistichium Peerlkampus.* 345 grineuſ *a* 346 liciae *γ* capæſſere *γ* capaſſere *a*1 347 CARTHAGINIS *Pγbc* cartaginiſ *a* arceſ, at altę *γ* : *cf.* 265 348 Poeniſſam *b*1 libice *γ* '*sane quidam in novis* (*bonis*?) *et emendatis libris pro* detinet, demeret *inventum asserunt*' *Servius* VRBiES *P* 349 auſonia. *b* teucro^ſ *b* teucriſ *c*1 consistere *m* 350 EXTER^NA (N *m.* 2) *P* exter.a *γ*

me patris Anchisae, quotiens umentibus umbris
nox operit terras, quotiens astra ignea surgunt,
admonet in somnis et turbida terret imago,
me puer Ascanius capitisque iniuria cari,
quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
nunc etiam interpres divom Iove missus ab ipso
(testor utrumque caput) celeris mandata per auras
detulit; ipse deum manifesto in lumine vidi
intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
desine meque tuis incendere teque querellis:
Italiam non sponte sequor.'

Talia dicentem iandudum aversa tuetur
huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
luminibus tacitis, et sic accensa profatur:
'nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,

TESTIMONIA.

351 sq. Probus 17, 10 K. 'quotiens . . . terras' Servius Aen. IV 119 351 'patris A.' Charisius 51 P. 353 schol. Hor. carm. I 24, 15 'et . . . imago' Servius Aen. VI 695 354 sq. 'me . . . fraudo admonet' schol. Lucani I 176 'me . . . fraudo' Servius ge. II 98 355 Servius Aen. IV 602 'quem . . . fraudo' Donatus ad Ter. Phorm. II 3, 24 356—358 'nunc . . . detulit' schol. Hor. carm. I 10, 6 357 'testor u. c.' Probi inst. I 7, 3 357 sq. 'celeris . . . detulit' Nonius 289, 24 358 sq. 'ipse . . . muros' Servius Aen. IV 279 359 'vocemque . . . hausi' Quintilianus VIII 3, 54 Nonius 319, 29 Donatus ad Ter. hec. III 3, 3 Isidorus orig. XI 1, 46 Pompeius 441 L. Servius Aen. I 208. 614. 738 360 Arusianus p. 222 L. 361 Donatus ad Ter. hec. I 2, 67 Servius Aen. I 482 363 sq. 'totum . . . tacitis' Nonius 463, 19 364 'luminibus t.' schol. Lucani VIII 171 'sic a. p.' schol. Lucani III 356 365 Marius Plotius p. 251 G. Servius Aen. II 540 'nec . . . parens' Claudius Sacerdos I 72 365—367 Macrobius Sat. V 11, 14

VARIA LECTIO.

351 Ma (a *corr. in* e) *γ* U[M]~~B~~ENTIB· *M* humentibuſ *γ* 354 aſchaniuſ *γ* 355 HESPERI[λ]~~O~~E *M* FRAUD[O·]~~E~~ *M* *Fortasse unum versiculum additurus erat poeta*, *ne* admonet *ex v.* 353 *repetendum esset.* 356 DIUUM *Mγabc* 357 capud *a1c* 358 in *om. χ* 359 [H]AUSI *Mb* AVSI *Pγc* 360 *Paulo abruptius Aeneas orationem concludere videtur.* INCEDERE *M* QUAERELLIS *M* quaerelif *b* 362 iamdudũ *γabc* 365 TIBIDIUA (*minio p. excepta litera* A) *M*

perfide, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.
nam quid dissimulo aut quae me ad maiora reservo?
num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
num lacrimas victus dedit aut miseratus amantemst?
quae quibus anteferam? iam iam nec maxima Iuno
nec Saturnius haec oculis pater aspicit aequis.
nusquam tuta fides. eiectum litore, egentem
excepi et regni demens in parte locavi
[amissam classem, socios a morte reduxi]
(heu furiis incensa feror): nunc augur Apollo,
nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso

TESTIMONIA.

366 sq. 'sed . . . Caucasus' Nonius 285, 3 schol. Hor. carm. I 22, 7 III 11, 32 367 'Hyrcanae . . . tigres' Gellius XII 1, 20 Priscianus 865 P. Isidorus orig. XIV 3, 33 schol. Lucani I 328 368 Priscianus 799 P. 369 sq. Donatus ad Ter. adelph. III 2, 8 Iulius Rufinianus 231 R. 370 'aut . . . est' Arusianus p. 246 L. Pompeius 320 L. Servius Aen. I 597 371 sq. 'iamiam . . . aequis' Macrobius Sat. VI 1, 59 372 schol. Hor. carm. saec. 65 Servius Aen. I 23 373 'nusquam t. f.' Seneca nat. quaest. IV 1, 19 Isidorus orig. II 21, 15 Donatus ad Ter. Andr. II 5, 14 adelph. III 2, 32 373 sq. 'eiectum . . . locavi' Seneca de benef. VII 25 Priscianus 1214 P. 'eiectum . . . excepi' Priscianus 1181. 1184 P. Servius Aen. I 577 375 Priscianus 569 P. 376 sq. 'nunc . . . sortes' Donatus ad Ter. eun. I 1, 23 377 sq. Iulius Rufinianus 271 R. 377 Servius Aen. XI 403 'nunc L. s.' Servius Aen. XII 516

VARIA LECTIO.

367 ADMORVNт (T *m.* 2) *P* 369 NUNG^{M} (*corr. minio*) *M* FLLETU *M* fl&a *γ*1 NOSTRoA (*corr. m.* 2) *P* .exit *a*1, flexit *a*2 370 Non *c* haut *γ* haud *Arusianus* nec *Servius Aen.* I 597, *Pompeius* miſerat *a*1 AMANTEM^{E}ST *P* AMANTEMEST *Mγbc* amantem (÷ *m.* 2 *add.*) *a* 371 *qu*AE *P* iam̃^{iam} *c* 372 NE^{C}S *M* *ne*C *P* 373 *n*VSQVAM *P* electum *γ* '*est separandum* eiectum, litore egentem, *i. e.* egentem litoris ... *vel si iungas* eiectum litore, *pro* in litus' *Servius*. 'eiectum litore *dixit pro* in litus, *quamvis quidam distinguentes* eiectum, *ad consequens verbum dicunt* litore egentem suscepi et r. d. in p. l.' *Priscianus* 1214 374 *ex*CEPI *P* suscepi *Priscianus* 375 *deleri voluit Bryantius* *a*MISSAM *P* Ammiſſam *γa* eiectam *ex v.* 373 *Prisciani exempl.* a flammis *Peerlkampus*, *ingeniose : cf.* I 525. 541 376 *h*EV *P* Eu *γ* *Interpunctione* locavi : nunc *coniunxi* auctor *m*

interpres divom fert horrida iussa per auras.
scilicet is superis labor est, ea cura quietos
sollicitat. neque te teneo neque dicta refello:
i, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
spero equidem mediis, siquid pia numina possunt,
supplicia hausurum scopulis et nomine Dido
saepe vocaturum. sequar atris ignibus absens,
et, cum frigida mors anima seduxerit artus,
*omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas.
*audiam, et haec manis veniet mihi fama sub imos.'
his medium dictis sermonem abrumpit et auras
aegra fugit seque ex oculis avertit et aufert,
linquens multa metu cunctantem et multa parantem
dicere. succipiunt famulae conlapsaque membra
marmoreo referunt thalamo stratisque reponunt.

TESTIMONIA.

379 sq. 'scilicet . . . sollicitat' Seneca suas. IV 4 p. 23, 7. 24, 1 B. schol. Hor. carm. I 34, 2 III 3, 36 Servius Aen. IV 314 379 'scilicet . . . est' Quintilianus IX 2, 50 Iulius Rufinianus 196 R. Probi inst. I 10, 4 Donatus ad Ter. Andr. I 2, 14 'scilicet is s.' Claudius Sacerdos I 75 381 Donatus ad Ter. adelph. I 2, 54 Pompeius 8 L. Servius Aen. VII 426 'i . . . ventis' Quintilianus IX 2, 48 'sequere . . . undas' Isidorus orig. II 21, 18 Rufinianus 216 R. 382 sq. 'mediis . . . scopulis' Nonius 398, 15 383 sq. 'et . . . vocaturum' Charisius 47. 94 P. Cledonius 1891 P. 384 'sequar . . . absens' schol. Lucani VII 808 385 Probi inst. I 11, 1 Servius Aen. III 140 'frigida m.' schol. Hor. serm. II 1, 61 386 schol. Hor. epod. V 89 387 Cledonius 1872. 1913 P. Pompeius 291 L. 391 'suscipiunt . . . membra' Caper de orthogr. 2242 P. 391 sq. 'collapsa . . . reponunt' schol.

VARIA LECTIO.

378 DIVOM *P1* DIUUM *MP2γabc* 379 hiſ *γ* 381 II *M* '*sane multi* Italiam *distinguunt, ut sequatur:* ventis pete regna per undas' *Servius. Post* pete *dist. M* p&o *γ1* 382 medii *Nonii exempl.* POS^S^CUNT *M* 383 ſcopoliſ *a1* 384. 386. 385. 387 *Peerlkampus. Mihi poeta non absolvisse videtur hunc locum: nam aut* 386 *aut* 387 *abundat. Haesisse etiam veteres Servii prodit paraphrasis.* 384 ignibus, absens Omnibus *Peerlkampus* 385 cum] con *c* FRIGIDAM *M* animã *a* 387 AVDIATM·ET (T *m. 2 add.*) *P* MANES *Mb* imaſ *c* 390 m&^v^ *γ* parentem *γ1* UOLEÑẼ *Mc* : *cf.* II 790 391 SVCCIPIVNT *P ut* I 175 VI 249: *cf. etiam Servius Aen.* I 44 SUSCIPIUNT *Mγabc secundum Velii Longi* 2226 *distinctionem.* 392 STR^A^ssTIS *M*

At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
solando cupit et dictis avertere curas,
multa gemens magnoque animum labefactus amore
iussa tamen divom exsequitur classemque revisit.
tum vero Teucri incumbunt et litore celsas
deducunt toto navis. natat uncta carina,
frondentisque ferunt remos et robora silvis
infabricata fugae studio.
migrantis cernas totaque ex urbe ruentis.
ac velut ingentem formicae farris acervom
cum populant hiemis memores tectoque reponunt:
it nigrum campis agmen praedamque per herbas
convectant calle angusto, pars grandia trudunt
obnixae frumenta umeris, pars agmina cogunt
castigantque moras, opere omnis semita fervet.
quis tibi tum, Dido, cernenti talia sensus,
quosve dabas gemitus, cum litora fervere late
prospiceres arce ec summa totumque videres

TESTIMONIA.
Lucani V 799   398 'natat u. c.' Eutychius II 15 Servius Aen. I 538 VI 16   401 Macrobius Sat. V 14, 10 Charisius 241 P. 'migrantis c.' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 39 III 1, 2 eun. II 3, 83 Servius Aen. IV 491   403 Lactantius de ira dei 7   404 'it n. c. a.' Seneca nat. qu. prol. 10 Servius Aen. XI 142   404 sq. 'praedam . . . angusto' Nonius 197, 17   405 'pars g. t.' Servius Aen. I 212   407 Nonius 251, 28   408—411 Donatus ad Ter. adelph. IV 5, 34   408 sq. 'quis . . . gemitus' Priscianus 1072   409 'cum . . . late' Probi inst. I 7, 7

VARIA LECTIO.
393 linire γl   394 auortere *Mentel. tert.*   395 *om. Parrhas., fortasse recte: cf.* 438 *sq.* 448 *sq.* V 5   396 DIVVM *libri*   398 TOTOQ· *M*   nauef *b*   399 fer^{v}ont *c*   ramos χ remos *legit Servius*   robore *bl*   401 Migrantef *ab*   ruentef *bc*   402 UELUTI *Mac*   aceru^{v}om γ   ACERUUM *Mabc*   403 hyemof *cl*   404 PR^{A}EDAM *M*   herbam *b*, *Nonius*   405 P^{A}RAS (A *inf. eras.*) *M*   406 humerif γ*ab*   407 OPERAE *M* opera *Nonii exempl.*   408 TUNC *M* nunc *Donati ex.*   409 D^{A}EBAS *Mc*   410 E^{X}T *M* EX *P*γ*abc*

misceri ante oculos tantis clamoribus aequor!
improbe Amor, quid non mortalia pectora cogis!
ire iterum in lacrimas, iterum temptare precando
cogitur et supplex animos summittere amori,
nequid inexpertum frustra moritura relinquat.

'Anna, vides toto properari litore: circum
undique convenere; vocat iam carbasus auras,
puppibus et laeti nautae imposuere coronas. 418
tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem 548
his, germana, malis oneras atque obicis hosti.

* * * * *

hunc ego si potui tantum sperare dolorem, 419
et perferre, soror, potero. miserae hoc tamen unum
exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;

TESTIMONIA.

415 Nonius 296, 2 Donatus ad Ter. Andr. II 1, 11 'ne . . . frustra' Probi inst. I 10, 4 416 Priscianus 989. 1001 P. 548 sq. 'tu . . . malis' Servius Aen. IV 418 549 Probi inst. I 7, 2 419 sq. 'hunc . . . potero' Macrobius Sat. IV 6, 6 Donat. ad Ter. Phorm. II 1, 9. 20 Servius ecl. IX 3 419 Donati ars III 3, 2 Claudius Sacerdos I 106 Charisius 242 Diomedes 444 P. Pompeius 439 L. Servius Aen. I 543 XI 275 ecl. VIII 26 'tantum s. d.' Quintilianus VIII 2, 4 420 sq. 'miserae . . . mihi' Donatus ad Ter. adelph. III 1, 4 421 sq. 'solam . . . sensus' Nonius 32, 7 Donatus ad Ter. Andr. II 1, 1 'solam . . . colere' Donatus ad Ter. eun. III 1, 17 Phorm. I 2, 42 Nonius 250, 16 Probi ars minor 658 Servius Aen. IV 305 423 Nonius 346, 31 Servius Aen. IV 293

VARIA LECTIO.

412 quid ... cogis = III 56 414 COGITOR *P1* ſubmitere *b* 415 fr.uſtra *γ* . RELINQUI^{A}T (*corr. minio*) *M* relinquid *c* 416 PROPERI *P* *Interrogandi signum post* litore *posuit Wagnerus* litore: circum Vndique *Marklandus ad Statii silv.* II 5, 13 LITORE CIRCVM· UNDIQ· *M*, *Priscianus*, *Servius* 417 *u*NDIQVE *P* 418 = *ge.* I 304. *p*VPPIBVS *P* naute *γ* IMPOSVERE *P* '*Probus sane sic adnotavit:* si hunc versum omitteret, melius fecisset' *Servius* 548 *sq. hic inserendos esse demonstrare conatus sum in emend. Verg.* 5 *sq. Sed quoniam vel sic hiat oratio, non absolvisse locum putandus est poeta.*
549 honeraſ *γ* 419 tantum potui *χ*, *Claudius Sacerdos* 420 *e*T *P* 421 *e*XSEQVERE *P* 422 *te P* archanoſ *ac1*

sola viri mollis aditus et tempora noras.
i, soror, atque hostem supplex adfare superbum.
non ego cum Danais Troianam excindere gentem
Aulide iuravi classemve ad Pergama misi,
nec patris Anchisae cineres manesve revelli,
cur mea dicta neget duras demittere in auris.
quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:
expectet facilemque fugam ventosque ferentis.
non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
nec pulchro ut Latio careat regnumque relinquat;
tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
dum mea me victam doceat fortuna dolere.
extremam hanc oro veniam (miserere sororis),
quam mihi cum dederit, cumulatam monte remittam.'

TESTIMONIA.

424 Nonius 463, 25 Servius Aen. IV 496 425 'non . . . Danais' Macrobius diff. 15, 19 425 sq. 'non . . . iuravi' anon. de verbo 12 p. 151 Endl. schol. Hor. carm. I 15, 7 'non Aulide iuravi' schol. Lucani V 236 427 Servius Aen. X 150 'manesve r.' Diomedes 369 433 Priscianus 704 'requiem s. f.' Charisius 52. 102. 114 P. exc. Charisii 547, 35 K. 435 'miserere s.' Arusianus p. 246 L.

VARIA LECTIO.

424 II *P* II *M* adferre *c*1 425 excidere *χ*, *anon. de verbo* 426 aut pgama *c*1 427 anchiſe *γ* CINERES *Pγabcm Servii exempl. : cf.* V 55. 81 CINEREM *M : cf.* 34 mane *b*1 reuulſi *Oblongus Pierii* revelli, *non* revulsi' *Servius* 428 $\overset{A}{\text{NEGET}}$ *P* $\overset{E}{\text{NEGAT}}$ *M* negat *γabc* 'cur mea dicta negat: *non interrogat*, *sed queritur; quidam* revelli *iungunt, ita ut sequatur:* cur mea dicta negat' (neget?) *Servius* DIMITTERE *Pγabc* AURES *M*2*b* $\overset{e}{\text{aur}}$.ſ *γ* auraſ *c* 430 FACI^L^EM (L *add.*) *P* $\overset{N}{\text{UESTOS}}$ *M* furentiſ *a*1 431 coiugium *γ* ANTIQVvM (V *m.* 2 *add.*) *P* ANTIQUUM *Myabc* 432 $\overset{H}{\text{PULCRO}}$ *M* pulcro *ac* $\overset{i}{\text{lato}}$ *γ* regnum . ue *γ* $\overset{a}{\text{relinquit}}$ *c* 433 furoris *Mentel. m. pr., exc. Charisii* 434 furtuna *γ*1 $\overset{E}{\text{DOLORE}}$ *M* dolore *γ*1*c*1 *: cf.* 474 435 *sq. damnat Peerlkampus : cf.* 429 ora *Ladevicus* 1. miserere sororis] *quae tales ad preces redacta sit. Nisi forte ex v.* 478 *imitatione interpolata sunt.* 436 CUMDEDERIT *MPγ*1 cum dederiſ *γ*2*ab* condederiſ *c* CUMULATA *M* $\overset{v}{\text{comulatã}}$ *b* MORTE *libri* sorte *Schraderus* remitto *b*1 relinquam *χ* '*sensus est*: quod beneficium cum mihi cumulatum dederis, sola morte

Talibus orabat, talisque miserrima fletus
fertque refertque soror. set nullis ille movetur
fletibus, haut voces ullas tractabilis audit:
fata obstant, placidasque viri deus obstruit auris.
ac velut annoso validam cum robore quercum
Alpini boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
eruere inter se certant; it stridor, et altae
consternunt terram concusso stipite frondes;
ipsa haeret scopulis et quantum vertice ad auras
aetherias, tantum radice in Tartara tendit:
haut secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros
tunditur et magno persentit pectore curas,

TESTIMONIA.

441—446 Macrobius Sat. V 6, 13 442 'Alpini boreae f. r.' Asper 115, 9 K.

VARIA LECTIO.

derelinquam; *et hic intellectus est melior*, quam mihi cum dederis cumulatam, *quod sorori loquitur*, *quam lectionem Tucca et Varus probant. Nam male quidam legunt:* quam mihi cum dederit, *i. e. Aeneas*, cumulata morte relinquam, *et volunt intelligi:* acceptum ab illo beneficium mea morte cumulabo et sic relinquam ... *sed elocutio non procedit. Nemo enim dicit* veniam cumulata, *sed* cumulatam. [*Alii ita intelligunt:* reddam illi gratiam, occidam illum ... *an perplexe locuta est, ut solent loqui mali aliquid molientes?* cumulatam *autem* veniam *num quid solidam et plenam*, *et cui nihil desit debemus accipere?*]' *Servius* (*desunt in Cass.*) 437 horabat *c* talef·*b* 438 FRET (E . superscr.) (*corr. minio*) *M* REFER *P* (T superscr.) REFRET *M* SED *MP2γabc* 439 haud *Goth. pr.* AUT *MPγabcψ* illaf *b1* 440 Fa.ta *b* AVRES *Pγab* auraf *c* 441 uelud *c* QUAERCU~ *M* 442 hinc] hunc *b1* fl&ibuf *b1* 443—463. 464—484 *F fol. XXXVI* 443 IRUERE *in ras. F* alte *b*, *Macrobii exempl.* 'alte *aut iugiter et diu*, *aut ex alto cadentes*' (altae) *Servius* 444 COCVSSO *P* (N superscr.) ..ftipite (f *in ras.*) *b* 445 illa *Macrobii exempl.* her& *γ* erat *b1c1* fcopolif *ab* quantum ... tendit = *ge.* II 291 *sq.* oras *mavult Lachmannus Lucr.* 167 446 RADICE *Fa1bc*, *Servii exempl.* RADICEM̶ *P* RADICEM *Mγa2* tarthara *γa* mittit *Oblongus Pierii*, *χ* 447 HAVD *FPabc* affiduif *b2c* . ATQ· HINC *sup. m. 2 F* adq; *c* HERUS *F1* 448 persensit *m*

mens immota manet; lacrimae volvontur inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
mortem orat: taedet caeli convexa tueri.
quo magis inceptum peragat lucemque relinquat,
vidit, turicremis cum dona inponeret aris
(horrendum dictu), latices nigrescere sacros
fusaque in obscenum se vertere vina cruorem.
hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
velleribus niveis et festa fronde revinctum:
hinc exaudiri voces et verba vocantis
visa viri, nox cum terras obscura teneret,
solaque culminibus ferali carmine bubo
saepe queri et longas in fletum ducere voces;

TESTIMONIA.

449 Augustinus de civ. dei IX 4 schol. Iuven. XIII 133 453 Macrobius Sat. VI 5, 7 Nonius 328, 28 'vidit t.' Marius Victorinus 2478 P. 454 Servius Aen. VIII 565 457 sq. 'praeterea . . . antiqui' Nonius 464, 14 459 'velleribus n.' Probi ars minor 543 gramm. in A. Mai auct. class. V 249 460 sq. 'hinc . . . viri' Servius Aen. XII 638 460 'hinc e.' Probi inst. I 8, 5 462 Nonius 194, 3

VARIA LECTIO.

449 LACRI[A]ME *F* VOLVONTVR *P*1 VOLVVNTVR *FMP2γabc* 450 exercita *ut* V 725 *Marklandus epist. crit.* 117 exterrita *Servius : cf.* XII 660 451 optat *Peerlkampus* orat *Servius* 452 RELIQ[N]VAT *F* 453 TURICRIMIS *M*1 turecremif *γ*1 IMPONERET *Fbc* 454 DICTU·M *F* dicto[v] *γ* LATICIS *ut vid. F* 456 nulli (u *m.* 2 *in ras.*) *γ* SORORI EST *F*, '*plerique*' *Pieriani : cf. Wagneri quaest. Verg.* XV 6 457 de] DEA (A *in ras.*) *F* MA[R]MMORE *M* 458 MISERO *F* 459 INIVEIS *P* 460 voces] gemitus *Servius Aen.* XII 638 *ut* VI 557 *et* VII 15 461 [N]uari *γ*1 MOX *M* cum] con *c* te[r]raf (a *corr. ex* & *ut vid.*) *γ* 462 [S]EOLA *M* sera *Nonius : cf. ge.* I 403 *Aen.* XII 864. sola *testatur Servius* C[IB]VLMINVS *F* carmĩnæ (ar *e corr. in ras.*) *γ* b[v].bo (b *pr. fuit fort.* l) *γ* 463 sAEPE *P* QVAERI *F*

multaque praeterea vatum praedicta piorum
terribili monitu horrificant. agit ipse furentem
in somnis ferus Aeneas; semperque relinqui
sola sibi, semper longam incomitata videtur
ire viam et Tyrios deserta quaerere terra.
Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus
et solem geminum et duplicis se ostendere Thebas,
aut Agamemnonius scaenis agitatus Orestes
armatam facibus matrem et serpentibus atris
cum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.

Ergo ubi concepit furias evicta dolore
decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
exigit et maestam dictis adgressa sororem
consilium voltu tegit ac spem fronte serenat:

TESTIMONIA.

464 Priscianus 771 Servius Aen. IV 65 468 'et . . . terra' Servius Aen. X 782 470 Terentianus Maurus 1204 471 'aut . . . scaenis' Marius Victorinus 2480 'Orestes Agamemnonius' Diomedes p. 310 475 sq. 'decrevit . . . exigit' Nonius 291, 20 475 'decrevitque m.' Nonius 285, 20 schol. Hor. carm. I 37, 29 477 'spem f. s.' Servius Aen. I 209

VARIA LECTIO.

464 MVLTA (M *erasa vel in ras.*) *F* PIORVM *M* PRIORVM *FPγabc*, *Prisciani exempl.* 'priorum: *legitur et* piorum' *Servius* 465 AGIT N *m. 2 sup. P* 466 iN *P* RELIQVI *Mc* 467 soLA *P* SOLAM *M* LONGAM *superscr. M* 468 iRE *P* Teucros *Schraderus* Tyrios *Servius* defertaf quaerere terraf *c2χ* 469 HEVMENIDVM *Fγa* DEMENS S *sup. m. rec. F* 470 gemnum *γ1*, gemi.um (n *sup.*) *γ2* duplici *b* se] E (S *m. ant.*) *F* HAEBAS (T *sup.*, *corr. m. ant.*) *F* 471 AGAMEMNONEIVS *F* SCAENIS *FMPa*, *Marius Victorinus*, *Servius* feenif *γbc* cenis *m* furiis *ex* III 331 *Pieriani 'aliquot'* Poenis *Marklandus epist. crit.* 127 *et ad Statii silv.* III 3, 15 saevis *Hildebrandus in Iahnii annal.* XXVI 175 472 FACIB·M *F* 473 VLTRICIS *ut vid. F* ultricef (l *corr. fort. ex* i) *γ* DIRAE *F2Mγ2abc*, *Servius* DIVAE *F1Pγ1* : *cf.* 610 VIII 701 475 TEMPVs *P* IPSA (A *m. 2 in ras.*) *F* 476 AC *M* maeftam (a *post. corr. fort. ex* u) *γ* fictif *b2*, *Menag. pr.* factif (fa *m. 2 in ras.*) *γ* 477 uoltu (v *sup.*) tegit *γ* UULTUTEGIT *Mab* VOLVITELEGIT (T *sup.*; L *post. corr. in* T) *F* ac (c *in ras.*) *b* ferena ct

'inveni, germana, viam (gratare sorori),
quae mihi reddat eum vel eo me solvat amantem.
Oceani finem iuxta solemque cadentem
ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlans
axem umero torquet stellis ardentibus aptum:
hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos epulasque draconi
quae dabat et sacros servabat in arbore ramos.
haec se carminibus promittit solvere mentes
quas velit, ast aliis duras immittere curas,
sistere aquam fluviis et vertere sidera retro;
nocturnosque movet manis: mugire videbis
sub pedibus terram et descendere montibus ornos.
testor, cara, deos et te, germana, tuumque

TESTIMONIA.

478 'inveni g. v.' Probi inst. I 2, 2 Charisius 3 Marius Victorinus 2474 Servius ge. II 22. 477 479 Donatus ad Ter. Andr. I 5, 32 hec. III 1, 17 480—482 schol. Hor. carm. I 31, 14 482 Macrobius Sat. VI 1, 9 schol. Iuven. XIII 49 Servius Aen. I 108 II 512 'axem u. t.' Probi inst. I 3, 2 Servius Aen. VII 666 XII 180 'stellis a. a.' Servius Aen. I 552 483 Isidorus orig. IX 2, 123 Servius Aen. IV 132
484 sq. schol. Lucani IX 357 487—491 Isidorus orig. VIII 9, 6 Augustinus de civ. dei XXI 6 489 Augustinus de civ. dei XXI 8 schol. Hor. epod. XVII 5 492 sq. Augustinus de civ. dei VIII 19
'tuumque . . . artes' Priscianus 1081

VARIA LECTIO.

478 Inuenit *a*1 479 UEL *superscr. M* E[O] *F* ſoluit *c*1 reddet — solvet *Oblongus* reddat — solvet *Longob.* 481 Ultimuſ (ſ *in ras.*) *c* athlanſ *a*1*c* adlanſ *γ* ATLAS *Fb, Servius praecipit* 482 humero *ab* ATTORQUET *M* tellif *γ*1 fulgentibus *Servius Aen.* I 108 : *cf.* XI 202 483 Hic *b* MIHI *m.* 2 *sup.* *F* maſſule *b*1 maſſile *c* maſſile *γ* maſſylle *a*1 MASSYLEAE *F* Massyliae *Pieriani* ω : *cf.* 132 484 AEPV-LAS *F* draconis *schol. Lucani* 485—505. 506—521 *F fol. XXXVII*
485 dabet[a] (a *pr. in ras.*) *γ* 487 PRAEMITTIT[O] *M* MENTIS *F* 488 IMMITTERE *FM* 489 AQVA[M] *F* 490 MOVETMANIS *P* MOVITAMNIS, *m. rec. sup.* CIETMANES, *F* ciet maneſ *γab, Isidorus. cf. ge.* IV 505
491 DESCERE[NDE] *F*

dulce caput, magicas invitam accingier artis.
tu secreta pyram tecto interiore sub auras
erige, et arma viri, thalamo quae fixa reliquit
impius, exuviasque omnis lectumque iugalem,
quo perii, super inponas: abolere nefandi
cuncta viri monimenta iuvat, monstratque sacerdos.'
haec effata silet; pallor simul occupat ora.
non tamen Anna novis praetexere funera sacris
germanam credit nec tantos mente furores
concepit aut graviora timet quam morte Sychaei.
ergo iussa parat.

TESTIMONIA.

493 'magicas i. a.' Probi inst. I 7, 2 'magicas ... artis' Probi inst. I 18, 4 Arusianus p. 210 L. Diomedes p. 332. 436 Servius Aen. III 90 IV 646 494 sq. 'tu . . . erige' Arusianus p. 261 L. 494 'tu . . . interiore' Charisius 196 P. 495 sq. 'thalamo . . . impius' Quintilianus VIII 6, 29 496 sq. 'lectum . . . inponas' Diomedes 433 499 'pallor . . . ora' schol. Hor. epod. VII 15 500 Servius ecl. VII 12 503 Marius Victo-

---

VARIA LECTIO. S

493 MAGICA *M* magis *Probi inst.* I 7, 2 *cod.* ARTES (T *in ras.*) *P* arteſ *γab*, *Diomedis libri* 494 tū *cod. Neap.* tum *ed. pr. Charisii* (*sed* tu *excerpta cod. Parisini*) piram *γb* ININTERIORE *Pγ* 495 erige
A
(e *post. corr. ex* a, *ut vid.*) *γ* ARAM *F* in thalamo *c* 496 EXSVVIAS *F* omneſ *b* '*minus apertum. subdistinguendum enim est pro voluntate dicentis. hoc enim voluit intellegi Dido, non esse lectum iugalem quo perierit. inmorandum est ergo et respirandum post* iugalem *et sic inferendum cum* ὑποκρίσεως *affectu* quo perii' *Diomedes* 497 SVPERIMPONAS *Pγb* ſuper inponaſ *a*, *Diomedes* ſup impona . ſ *c2* ſup imponenſ *c1* superinpones *Franc.* SVPERIMPONANT *F* SUPERIN-
S· V
PONANT *M* 498 MONUMENTA *FMc1* iuuat *a1χ*, *Servius* IVAT *F* IV-
A ·.·.
BET *P* IUBET (*suprascr. et eras.* 3 *lit.*, *quarum prima* U) *M* iubat (a *corr. in* e) *γ* iubet *a2bc* MONTRAT *P* 500 ANNANOVIS (AN *post. fere*
AE
eras.) *P* PROTEXERE *M* p̃ . . texere (~ *m.* 2) *a* praetexere *Servius* 501 TANTOS (T *pr. fere eras.*) *P* 502 CONCEPIT *Fb1* CONCIPIT *MPγab2c* au' *c* [h]aud *γ2* (aut *γ1*) haud *χ* SYCHEI *Pc* ſychey *γ* ſichaei *b* '*aut* quam *detrahimus, et stat elocutio, aut subaudimus:* graviora timet posse contingere quam quae morte Sychaei vel fecit vel passa est Dido' *Servius. Intelligendum est:* quam quae in morte S. timuerat.

At regina, pyra penetrali in sede sub auras
erecta ingenti taedis atque ilice secta,
intenditque locum sertis et fronde coronat
funerea; super exuvias ensemque relictum
effigiemque toro locat, haut ignara futuri.
stant arae circum, et crinis effusa sacerdos
ter centum tonat ore deos, Erebumque Chaosque
tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
sparserat et latices simulatos fontis Averni,
falcibus et messae ad lunam quaeruntur aënis
pubentes herbae nigri cum lacte veneni;
quaeritur et nascentis equi de fronte revolsus
et matri praereptus amor.

TESTIMONIA.
rinus 2473 P. 506 'intenditque l. s.' Servius Aen. II 237 V 403 507 'ensemque r.' Servius Aen. IV 495 508 Servius ecl. VIII 75 510 'ter . . . deos' Asper 114, 20 K. 511 Probi inst. I 17, 2 'tria v. o. D.' Isidorus orig. VIII 11, 57 schol. Germanici p. 111 B. Servius ecl. VIII 75 512 Macrobius Sat. III 1, 7 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 19 Servius Aen. II 116 513—516 Appuleius apolog. 30 513 sq. Macrobius Sat. V 19, 9 514 'pubentes h.' Servius Aen. XII 413 'nigri . . . veneni' Macrobius Sat. VI 6, 9 schol. Hor. carm. I 12, 27 serm. I 4, 85 515 sq. schol. Iuvenalis VI 616 Lucani VI 456

VARIA LECTIO.
504 AD *Pγ* PYRA·M *M ex* 494 pyra (r *corr. ex* p, a *m.* 2 *in ras.* 2 *litt.*) *γ 'notatus est hic versus: vitiosa est enim elocutio, quae habet exitus similes, licet sit casuum dissimilitudo' Servius*, pyra *firmans*
505 TAEDIS (I *an* E *non. liq.*, *eras.*) *P* ADQVE *F* 506 CORONANT *F* 507 funereaſ *γ*1 508 thora *c*1 HAVD *FPabc* 509 *st*ANT *P* ARE (A *supra*) *F* crineſ *c* 510 *t*ER *P* DEOSM (OS *in ras.*) *F* herebum *b* 511 *t*ERGEMINAM *P* HAECATEN *P* haecaten *γ* haecat.en *c* 512 *s*PARSERAT *P* fonteſ *γ*1 513 *f*ALCIBVS *P* MESSE (A *supra*) *FM* QVAERANTVR (V *supra*) (*corr. m. rec.*) *F* queruntur *γ* AENEIS *F* aheneis *'plerique' Pieriani : cf.* II 470 IX 165 514 *p*VBENTES *P* nigrum . . . venenum *schol. Hor. carm.* 515 QUAERENTISTUR *M* FRONTE (T *m. rec. in ras.*) *F* REVVLSVS *Pγabc* REVVLSVS (S *alt. m. rec. in ras.*) *F* revulsum *schol. Iuvenalis* 516 praer.ptuſ (u *infra*) *γ* praeruptuſ *c*1*χ*, *schol. Lucani 'si quis* praereptum *habeat' Plinius n. h.* VIII 42, 66

ipsa molam manibusque piis altaria iuxta
spargens umida mella soporiferumque papaver, 486
unum exuta pedem vinclis, in veste recincta, 518
testatur moritura deos et conscia fati
sidera; tum, siquod non aequo foedere amantis 520
curae numen habet iustumque memorque, precatur.

Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem
corpora per terras, silvaeque et saeva quierant
aequora, cum medio volvontur sidera lapsu,
cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque volucres, 525
quaeque lacus late liquidos quaeque aspera dumis
rura tenent, somno positae sub nocte silenti. 527

---

lenibant curas, et corda oblita laborum. 528

TESTIMONIA.

517 schol. Lucani I 610 'ipsa . . . piis' Eutychius II 8 'ipsam molam' Servius ecl. VIII 82 486 Nonius 220, 9. 404, 33 'spargens u. m.' Nonius 405, 10 518 Servius Aen. II 134 III 370 520 sq. 'tum . . . precatur' Priscianus 747 Augustinus de gramm. 1986 P. 522 sq. 'nox . . . terras' Servius Aen. II 268 522 'et placidum c. membra quietem' Servius Aen. I 388 525—527 schol. Hor. epod. V 55 525 'cum . . . ager' Nonius 463, 20 Servius Aen. II 255 IX 393 526 Isidorus orig. I 35, 14 527 'somno . . . silenti' Charisius 241 P.

VARIA LECTIO.

517 ipsam *Eutychii cod., Servius ecl.* VIII 82 MOLAM· *MPγ*1, *Eutychii cod., Servius ecl.* VIII 82 molā *c* MOLA *Fab*, *Servius h. l.* salibus *Schraderus* *Hic v.* 486 *inserendum esse probavisse mihi videor emend. Verg.* 12 *sqq.* 486 *m. rec. in ras. b*, *damnavit Io. Schraderus : cf. ecl.* VIII 82 HVMIDA *Pγb* SOPORIFERVM (P *corr. ex* R) *P* ue *b* PAPAVEr *P* '*incongrue videtur positum, ut soporifera species pervigili detur draconi . . . potest tamen melior esse sensus, si* servabat in arbore ramos *plena sit sententia, sequentia vero sic accipiamus:* haec se promittit carminibus curas solvere spargens humida mella soporiferumque papaver' *Servius* 518 VESTAE *F* 520 SIQUOD *M* siquid *Leid. m. pr.* 522 *sqq. : cf.* VIII 26 *sqq.* 522 placidam carpebant membra quietem *Servius Aen.* I 388 : *cf.* I 691 VII 414 523 quierunt *a*1 524 VOLVVNTVR *libri* 526 LOCUS *M* LIQUIDUS *M*1 527 SOMNOS *P* posite *γ* 528 *om. MPmψ, m. rec. add. in mg. γc, inter lineas a, del. m. rec. b. Non interpretatur versum Servius : cf.* IX 225

at non infelix animi Phoenissa, neque umquam
solvitur in somnos oculisve aut pectore noctem
accipit: ingeminant curae, rursusque resurgens
saevit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.
sic adeo insistit secumque ita corde volutat:
'en quid ago? rursusne procos inrisa priores
experiar, Nomadumque petam conubia supplex,
quos ego sim totiens iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classes atque ultima Teucrum
iussa sequar? quiane auxilio iuvat ante levatos
et bene aput memores veteris stat gratia facti?
quis me autem, fac velle, sinet ratibusve superbis
invisam accipiet? nescis heu, perdita, necdum

TESTIMONIA.

529 'at . . . Phoenissa' Iulius Rufinianus 246 R. Servius Aen. IX 123 529 sq. 'nec . . . somnos' schol. Hor. carm. III 7, 8 530 sq. 'oculis . . . accipit' Macrobius Sat. VI 6, 7 534 'en . . . ago' Donatus ad Ter. eun. I 1, 1 Probi inst. I 1, 1. 2, 1 Servius Aen. I 37 534 sq. 'en . . . experiar' Macrobius Sat. IV 6, 11 Iulius Rufinianus 212 R. 535 'nomadum . . . supplex' Servius Aen. I 73 536 Servius Aen. II 344 IV 399 VII 190 ecl. VIII 18 537 'Iliacas i. c.' Probi inst. I 10, 3 Cledonius 1931 P. 539 'et . . . stat' Probi inst. I 9, 10 541 sq. 'nescis . . . gentis' Donatus ad Ter. eun. I 1, 5 'necdum . . . gentis' schol. Hor. carm. III 3, 21 Servius Aen. I 468

VARIA LECTIO.

529 animiſ *b*1 foeniſſa *γ*1, [h]poeniſſa *γ*2 NEQVE (Q *corr. in* C, VE *eras.*) *P* NAE[C]Q· *M* nec *γabc*, *schol. Hor.* 530 OCVLISVE (VE *add. m.* 2) *P* oculiſque *aχ*, *Macrobii exempl.* 531 ruſſuſ c 532 : *cf.* VIII 19 XII 486 SAEVIT+ *P* ᴬESTU (A *add. m.* 2) *P* 534 en quid agam *χ* heu quid ago *m* heu quid agam? *Donatus* : *cf.* 283. X 675 ruſſuſne *in ras. c* 535 Experior *c*1 [v]nomadum *γc* numadum *a*1 Numidum *Servii exempl.*, *qui tamen* 'numidas, *i. e.* vagos' *interpretans* Nomadum *et ipse legisse videtur* : *cf.* 320 536 [v]ſim *γ* quosne ego sum *Peerlkampus* 537 AGITUR *M* atque] at *sup. b* 538 *om.*, *in mg. m. ant. add. c* [QUAR]SEQUIANE *M* 539 aut *bcm* apud *ac* [T]SAT *P* 540 SI[E]NAT *P* sinet *Servius* [ue]ratibuſq: *b* ratibusque *χ*, *Servii exempl.* 541 [R]INUISAM *M* Inuiſam (ui *in ras.*) *b* Inriſam (r *m.* 2 *in ras.*) *γ* : *cf.* 534 'irrisam, *alii* invisam' *Servius*

Laomedonteae sentis periuria gentis?
quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantis?
an Tyriis omnique manu stipata meorum
inferar et quos Sidonia vix urbe revelli,
rursus agam pelago et ventis dare vela iubebo?
quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem.
non licuit thalami expertem sine crimine vitam
degere, more ferae, talis nec tangere curas;
non servata fides cineri promissa Sychaeo.'
tantos illa suo rumpebat pectore questus.

Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
carpebat somnos rebus iam rite paratis.
huic se forma dei voltu redeuntis eodem
optulit in somnis rursusque ita visa monerest,
omnia Mercurio similis, vocemque coloremque

TESTIMONIA.

545 Probi inst. I 7, 2 'quos . . . revelli' Servius Aen. I 361 547 Maximus Vict. de carm. her. 5 'ferro . . . dolorem' schol. Hor. carm. III 27, 37 550 sq. 'non . . . ferae' Quintilianus IX 2, 64 schol. Hor. carm. I 31, 18 'expertem . . . ferae' Servius Aen. IV 458 'sine . . . degere' Arusianus p. 225 L. 552 Servius Aen. IV 34. 50. 458 553 Nonius 196, 4 555 Probi inst. I 9, 10 556 'forma d.' Servius Aen. IV 571 558 sq. Isidorus orig. II 21, 40 anecd. Paris. Eckst. 19, 13 'omnia . . . flavos' Servius Aen. I 332 558 Donatus ad Ter. adelph. II 3, 10 Marius Plotius p. 249 G. 'omnia M. s.' Charisius 84 Diomedes 459 P. 'similis Mercurio' appendix ad Probi artem min. 31 p. 442 Endl.

VARIA LECTIO.

542 Laumedonteae *b*1 543 QVIT *MP* quid *γabc* ouantes *c* 544 MANVS *P* 545 INF$^{AR\cdot}$ERET *M* 'insequar; *alii* inferar' *Servius* QVO^{D} *P* quod *γ*1 546 uella *c*1 547 es *sup. b* 548 *sq. post* 418 *collocavi* 550 t^{h}alami *a* 551 'ferae ... *multi* fere *adverbium volunt' Servius.* ferae *vindicat Quintilianus* 552 *in ras. m. rec. b* sicheo *ac* suchaeo *Pieriani* SYCHAEIES^{O} *P* SYCHAEI *M* 'Sichaeo *pro* Sichaeio *vel* promissa Sichaeo non servata cineri' *Servius* 553 suos *a* 555—575. 576—583 *F fol. XXXVIII* 555 IAMRETE (M *in ras.*) *F* iam rite (amrite *in ras.*) *b* 557 oPTVLIT *P* OBTVLIT *FMγab* RVRSVS (R *alt. in ras.*) *F : fuitne* russus? ITA *m.* 2 *sup. F* iussa, *i. e.* uissa *Franc.* monerest *γ* MONEREEST *FMabc* 558 oMNIA *P*

et crinis flavos et membra decora iuventae:
'nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos,
nec quae te circum stent deinde pericula cernis,
demens, nec zephyros audis spirare secundos?
illa dolos dirumque nefas in pectore versat,
certa mori, variosque irarum concitat aestus.
non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?
iam mare turbari trabibus saevasque videbis
conlucere faces, iam fervere litora flammis,
si te his attigerit terris Aurora morantem.
heia age, rumpe moras. varium et mutabile semper
femina.' sic fatus nocti se inmiscuit atrae.

TESTIMONIA.

559 schol. Hor. carm. I 10, 3 'et c. f.' Nonius 202, 25 'et membra d. i.' Servius Aen. I 590 560 Nonius 283, 3 562 'nec ... secundos' Servius Aen. IV 223 V 2 563 'illa ... nefas' Consentius 2035 P. 564 'certa m.' Servius Aen. VI 456 565 Nonius 307, 32 567 'iam ... flammis' Nonius 503, 17 569 sq. 'eia ... femina' schol. Hor. carm. I 5, 7 'varium ... femina' Donatus ad Ter. hec. II 1, 17 Isidorus orig. XVIII 15, 9 Cassiodorus de dial. T. II p. 547 b ed. Ven. a. 1729 Servius Aen. I 661 'varium et m. genus' Isidorus orig. II 30, 6 569 'eia a. r. m.' Probi inst. I 13, 2 Claudius Sacerdos I 55. 81 Charisius 172

VARIA LECTIO.

559 eT *P* membra ac *schol. Hor.* IVVENTAE *Pya, schol. Hor., Servius* iuuenta. *b* IVVENTA *Mc, anecd. Paris.* I[V]ENTA *F* 560 *n*ATE *P* potef — fomnof *in ras. b* poten oc *ut vid. c*1 potef. [h]oc *c*2 hoc (o *m.* 2) *γ* CA SV (*erasa una lit. inter* A *et* S) *F : fuitne* cassu? 561 *n*EC *P* Ne[c] *γ* te quae *cm* 562 zephyrof (yrof *m.* 2 *in ras.*) *γ* zaephirof *c* SPERARE *Fa*1 SECVNDOS (OS *m.* 2 *in ras.*) *F* 563 ILLAS *M* uerfat (at *in ras.*) *a* 564 *cf.* 532 VARIOS *FPγb*2*cm* SUARIO *M* uario *ab*1 CONCITAT *FPcm* concitat [fluctuat] *γ* FLVCTVAT *Mab* AESTVS *Pγb*2*cm* AESTV *FMab*1 565 FVGIS (V *in ras.*) *Fa* HI[N]C *M* [H C] IN *F : cf. ge.* I 203 *Aen.* VI 578 566 TVRBARE *ut vid. F* TRABRIBUS *M* 567 litora fervere *Nonius* littora *b*1 flammaf *c*1 568 Sith[e].if *a* attegerit *a*1 569 *cf. ge.* III 42 heia age] *cf. Lachmannus Lucr.* 164 rompe *c* 570 fatif *γ* IMMISCUIT *M* IAMMISCUIT *F*

Tum vero Aeneas subitis exterritus umbris
corripit e somno corpus sociosque fatigat:
'praecipites vigilate, viri, et considite transtris;
solvite vela citi. deus aethere missus ab alto
festinare fugam tortosque incidere funis
ecce iterum stimulat. sequimur te, sancte deorum,
quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
adsis o placidusque iuves et sidera caelo
dextra feras.' dixit vaginaque eripit ensem
fulmineum strictoque ferit retinacula ferro.
idem omnis simul ardor habet, rapiuntque ruuntque:
litora deseruere, latet sub classibus aequor,
adnixi torquent spumas et caerula verrunt.

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
regina e speculis ut primam albescere lucem

TESTIMONIA.

572 sq. 'socios . . . viri' Nonius 304, 6 573 'praecipites v. v.' Servius Aen. V 144. 456 574 'solvite v. c.' schol. Hor. carm. III 2, 29 575 Servius Aen. III 640 'festinare f.' Arusianus p. 231 L. 576 sq. 'sequimur . . . es' Charisius 239 schol. Veron. 88, 32 K. 576 'sequimur . . . deorum' Charisius 240 582 'latet . . . aequor' schol. Lucani III 566 V 707 IX 35 584 sq. Macrobius Sat. V 6, 15 Charisius 245 Diomedes 456 P. Beda de trop. 382 C. Isidorus orig. I 36, 15 Donati ars III 6, 2 584 Macrobius Sat. VI 1, 25 585 Macrobius Sat. VI 1, 31 Pompeius 471 L. Servius Aen. XI 183 586 sq. Servius Aen. V 1

VARIA LECTIO.

571 Tum de uero (*voluit* tum demum, *ni f.*) *c*1 572 É *M* 573 '*sane nonnulli ita distinguunt:* sociosque fatigat praecipites, *ut allocutio hinc videatur incipere:* vigilate' *e. q. s. Servius* uiri — tranſtriſ *in ras. b* CONSEDITE *F ut vid.*, *M*1 TRA^{N}STRIS *F* TRANSTRIS *ceteri* 575 FVNES *Fγ2bc* 576 INSTIMVLAT (*quod potest ortum esse ex* istimulat *scriptura*) *Pγc* INSTIMVLAD (D *in ras.*) *F* ſanctae *γ* ſcāe (a *erasa*) *a* '*aut distinguendum* sancte, *aut* sancte deorum *secundum Ennium dixit' Servius* 577 tuo '*plerique' Pieriani* iterum *testatur Servius* 578 IVVE·S (IVV *angusto spatio in ras.*, *ut* IVES *scriptum fuisse videatur*) *F* 579 ^{e}ripit *γ* 581 omneſ *b* 583 = III 208, *ut dubitem an hic genuinus sit.* SPUMANS *M* 584 *sq.* = IX 459 *sq.*, *displicuerunt hic Peerlkampo non immerito.* 585 liquens *Diomedis codd.* 586 *post su-*

vidit et aequatis classem procedere velis
litoraque et vacuos sensit sine remige portus,
terque quaterque manu pectus percussa decorum
flaventisque abscissa comas 'pro Iuppiter! ibit
hic' ait 'et nostris inluserit advena regnis?
non arma expedient totaque ex urbe sequentur,
diripientque rates alii navalibus? ite,
ferte citi flammas, date tela, inpellite remos!
quid loquor, aut ubi sum? quae mentem insania mutat,
infelix Dido? nunc te facta impia tangunt?
tum decuit, cum sceptra dabas. en dextra fidesque,

TESTIMONIA.

587 'aequatis ... velis' Servius Aen. V 844 590 sq. 'pro ... regnis' Marius Victorinus 2475 'pro ... nostris' Charisius 5 'pro ... ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 VI 6, 16 Probi inst. I 3, 3. 16, 2 Sergius in Donat. 1956 591 Charisius 3 'hic ... nostris' Marius Victorinus 2478 P. 'et ... regnis' Macrobius Sat. IV 3, 7 Arusianus p. 235 L. 592 Quintilianus IX 2, 11 Augustinus de civ. dei XVI 6 593 sq. 'alii ... remos' Claudius Sacerdos I 126 Charisius 251 Diomedes 443 Priscianus 1039 P. 'ite ... remos' Pompeius 377. 463 L. 'ite ... tela' Donati ars III 5, 2 593 'alii ... ite' schol. Lucani III 755 594 Priscianus 1105 P. Beda de tropis p. 346 'ferte c. flammas' Servius Aen. IV 384 595 'quid ... sum' Quintilianus IX 3, 25 596 sq. 'infelix ... dabas' Priscianus 841 'tum ... dabas. num ... tangunt' Cledonius 1924 P. 596 'nunc ... tangunt' Probi ars minor 733 597 Donatus ad Ter. Andr. III 3, 13 'tum ... dabas'

VARIA LECTIO.

periora languere sensit Wagnerus. É *M* et (*i. e.* ec) *Rottend. sec.* e *m.* 2 *add. c* ut] cum *b* PRIMAM *Pa* primam *γ* PRIMVM *Mbc* 587 arquatis *C. Fr. Hermannus mus. Rhen.* V 621 aequatis *testatur Servius et hic et* V 844 uelis (lis *m.* 2) *γ* 588 remige (mig *m.* 2 *in ras.*, g *ex* n *ut vid.*) *γ* PONTUS *M* 590 Flauentes *c* abscisa *γ* abscisa *abc* ABSCIASA *P* iupiter *γc* 591 hinc *χ* 593 deripient *Heinsius*, *defendit Wagnerus lect. Verg.* 342 : *cf.* I 211 alii navalibus ite *coniuncta ut in M legerunt Charisius Diomedes Priscianus Claudius* 594 FERTTE *P* flammas, at ferrũ *γ* : *cf.* IX 37 ferrum *Prisciani* 1039 *et Diomedis* ω (*nisi quod* cum eptex *pro* citi ferrum *in Par. A legitur, quod explicare nequeo*) uela *Menag. pr.*, *Prisciani* 1039 *Reg. et Bong.*, 1105 *Reg. et Par. O* IMPELLITE *Pabc* 596 NVNc *P* num *Probi ars minor*, *Cledonius* facta (c *erasa*) *a* fata *χ*, *Probi a. m. ed. princ.*, *cod. Paris.*, *Prisciani Reg.* 597 TVM *Mbc*, *Cledonius* TVNC *Pγa*, *Prisciani exempl.* con *c* dabat *Probi a. m. Bobiens.*

quem secum patrios aiunt portare penates,
quem subiisse umeris confectum aetate parentem!
non potui abreptum divellere corpus et undis
spargere, non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium patriisque epulandum ponere mensis?
verum anceps pugnae fuerat fortuna. fuisset:
quem metui moritura? faces in castra tulissem
inplessemque foros flammis natumque patremque
cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
tuque harum interpres curarum et conscia Iuno,
nocturnisque Hecate triviis ululata per urbes,
et dirae ultrices et di morientis Elissae,
accipite haec meritumque malis advertite numen
et nostras audite preces. si tangere portus

TESTIMONIA.

Probi ars minor 733 599 Arusianus p. 259 L. 'quem . . . parentem audierat' Donatus ad Ter. Andr. II 5, 14 600 sq. 'non ... spargere' Donatus ad Ter. Andr. IV 3, 3 schol. Hor. carm. III 27, 46 600 'non . . . corpus' Servius Aen. I 663 IV 436. 563 603 Donatus ad Ter. Phorm. I 3, 7 Iulius Rufinianus 270 R. 605 'inplessemque f. f.' Cledonius 1895 P. 605 sq. 'natum . . . dedissem' Servius Aen. IV 508 606 Priscianus 882 schol. Hor. serm. I 9, 72 'memet . . . dedissem' Claudius Sacerdos I 79 607 'sol qui t.' Diomedes 423 608 Nonius 328, 26 609 Servius ecl. III 26 610 'nec di m. E.' Servius Aen. XII 538 612—620 'si . . . arena' Macrobius Sat. V 12, 5

VARIA LECTIO.

598 AIUNT (I *sup. minio p.*) *M* PORTASSE *M*, *fortasse Servius*, *qui* 'ubi sunt qui aiunt patrios penates portasse' *exponat.* 599 '*quidam in utroque versu pro* quem *legunt* qui, *ut sit vetus figura*' *Servius* ſubiſſe *b* humeriſ *γa* UMERAS *M* VMERO *P* 600 apreptum *c* avulſum *Donati exempl.* DEVELLERE *Pγ*1*a* 602 *as*CANIVM *P* patriſ. (ſ *m.* 2 *corr. ex* i, *ut vid.; erasa* ſ) *γ* 603 *v*ERVM *P* pugna *b*1 605 *i*NPLESSEM *P* IMPLESSEM *Mabc* Impleſem *γ* 606 et memet *schol. Hor.* 608 ^{h}arum *γ* arum *c* earum *Nonius* concia *γ* 609 HAECATE *Pb*1 HAECATE *M* haechate *γ* haecaten (n *erasa*) *a* triuiſ *a* 610 dire *γ* DI *M* DII *Pγa* eliſae *γ* 611 que (e *m.* 2 *in ras.*) *γ* 612 praeceſ *γ* ſi *m.* 2 *in ras.* *γ*

infandum caput ac terris adnare necessest
et sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret:
at bello audacis populi vexatus et armis,
finibus extorris, complexu avolsus Iuli
auxilium inploret videatque indigna suorum
funera; nec, cum se sub leges pacis iniquae
tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
sed cadat ante diem mediaque inhumatus harena.
haec precor, hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
exercete odiis cinerique haec mittite nostro
munera. nullus amor populis nec foedera sunto.
exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
litora litoribus contraria, fluctibus undas
inprecor, arma armis: pugnent ipsique nepotesque.'

TESTIMONIA.
613 'et terris . . . est' Servius Aen. VI 16 614 Nonius 455, 30 616 Nonius 15, 2 'finibus e.' Arusianus p. 229 L. 618 sq. 'nec . . . tradiderit' Servius Aen. I 6 620 'mediaque i. h.' Servius Aen. VI 332 622 sq. 'tum . . . odiis' Nonius 295, 2 627 schol. Hor. carm. II 10, 17 Servius Aen. I 20 628 sq. Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 123 Charisius 251 P. Beda de trop. 378 C. 'litora . . . inprecor' Servius Aen. I 108 628 Diomedes 442 P. Pompeius 462 L.

VARIA LECTIO.
613 bac γ1 NECESSEEST *Pγabc* 614 et si χ id si *coni. Heinsius* 615 ET (λ) *M* Et *b*1 populi . *b* 616 CONPLEXV *Pγ* compressu *Macrobii Salisb.* conspectu *Nonius* auolſuſ γ auulſuſ *abc* 617 imploret *abc* IMPLORENT *M* 619 Tradederit γ1 620 in media *c* que *om. 'bona pars codd.' Pierii* arena *b* *Desiderat Peerlkampus tale aliquid:* praeda feris iaceat. 621 PRAECOR *M* 622 O *M* 623 CINERII *P* VNOSTRO *P* 624 nec *in ras. b* 625 hinc *Peerlkampus* ex *testatur Servius* 626 Qui . (i *in ras.*) *a* ſequere *b*1 629 deprecor *Claudii Sacerd. cod.* NEPOTESQVE *Mbcm*, *Charisii cod.*, *testatur Donatus : cf.* VII 470 NEPOTESQVE (QVE *fere eras.*) *P* nepoteſ. *a* nepoteſ $\gamma\chi$ *Beda, Servii exempl.* pugnent i. n. *rescindi voluit Schraderus*

Haec ait, et partis animum versabat in omnis,
invisam quaerens quam primum abrumpere lucem.
tum breviter Barcen nutricem adfata Sychaei,
namque suam patria antiqua cinis ater habebat:
'Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem;
dic corpus properet fluviali spargere lympha
et pecudes secum et monstrata piacula ducat.
sic veniat, tuque ipsa pia tege tempora vitta.
sacra Iovi Stygio, quae rite incepta paravi,
perficerest animus finemque inponere curis
Dardaniique rogum capitis permittere flammae.'
sic ait. illa gradum studio celebrabat anili.
at trepida et coeptis immanibus effera Dido,
sanguineam volvens aciem maculisque trementis
interfusa genas et pallida morte futura,
interiora domus inrumpit limina et altos
conscendit furibunda rogos ensemque recludit

TESTIMONIA.

631 Servius Aen. IV 692 632 'tum b.' Servius Aen. X 16 633 Donatus ad Ter. hec. IV 4, 38 634 sq. Macrobius Sat. III 1, 7 634 Donatus ad Ter. adelph. III 1, 1. 4 Arusianus p. 262 L. 638 Macrobius Sat. III 3, 2 'sacra I. St.' Servius Aen. VI 138 639 'finemque i. c.' Nonius 328, 30 640 'Dardaniique r. c.' Donatus ad Ter. Phorm. III 2, 6 'Dardaniique r.' Probi inst. I 4, 18 641 Donatus ad Ter. eun. V 3, 4 644 'et . . . futura' schol. Lucani VII 130 645 sq. 'interiora . . . rogos' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 106 646 sq. 'ensem . . . usus' Donatus ad Ter. adelph. II 1, 37

VARIA LECTIO.

630 agit *c* partef *b* omnef *ab* 632 fychei *b* fichei *γa* SYCHAEI EST *M* fichei eft *c* 633 *suspectus Iac. Bryantio et Io. Schradero* PATRIAM *P* abebat *γ* 635 fparge^{re} *γ* 638 parabam *Macrobii exempl.* : *cf.* 676 639 PERFICEREEST *Mγabc* 640 *damnat Peerlkampus* Dardani^{i} *a* FLAMMIS *M* 641 illa gradum celerans studio properab^{B}at anili (*om.* sic ait) *Donatus* CELEBRABAT *Pγ*1 CELERABAT *M*celerabat *abc* '*alii* celebrabat *legunt*' *Servius* ANILI *Mb*2*c*2, *Donatus. Servius* ^{I}INILEM *P* anilē. (i *et* ē *m.* 2 *in ras.*) *γ* anilem *ab*1*c*1 642 inmanibuf *bc* 643 uoluenf (uolu *in ras.*) *b* 644 pallida /// *a* 646 r^{o}agof *γ*2 ^{G}RADVS (G *m.* 2 *add.*) *P* graduf, *ut vid.*, *γ*1 : *cf.* 685 *et Servius* reclu-

Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.
hic, postquam Iliacas vestes notumque cubile
conspexit, paulum lacrimis et mente morata
incubuitque toro dixitque novissima verba:
'dulces exuviae, dum fata deusque sinebant,
accipite hanc animam meque his exsolvite curis.
vixi et quem dederat cursum Fortuna peregi,
et nunc magna mei sub terras ibit imago.
urbem praeclaram statui, mea moenia vidi,
ulta virum poenas inimico a fratre recepi,
felix, heu nimium felix, si litora tantum
numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae.'
dixit et os inpressa toro 'moriemur inultae,

TESTIMONIA.

650 Servius ecl. VIII 20 651 Macrobius Sat. IV 6, 10 'dulces e.' Servius Aen. IV 496 652 'me . . . curis' Servius Aen. IV 2 653 Seneca epist. 12, 9 de vita beata 19 de benef. V 17 654 Charisius 210 P. schol. Hor. carm. I 24, 15 655—658 Servius Aen. IV 696 655 Servius Aen. IV 75 656 Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 12 'ulta v.' Servius Aen. I 363 657 sq. Macrobius Sat. VI 1, 42 659 sq. 'moriemur . . . ait' Macrobius Sat. IV 2, 2 Servius Aen. XI 847

VARIA LECTIO.

fit γ1, *Donati exempl.* 648 *hi*C *P* pofcam (*i. e.* posquam) *c* NOGTUM *M* 649 *co*NSPEXIT *P* paululum *a*1 lacrumis '*aliquot*' *Pieriani* 650 *i*NCVBVIT *P* 651—662 *F fol. XXXVIIII* 651 *d*VLCES *P* EXVVIAE (V *pr. in ras.*) *F* SINEBA$^{\text{N}}$T *P* SINEBAT *Mb* 652 *a*CCIPITE *P* me γ2, ne *ut vid.* γ1 abfoluite *c* 653. 656. 655. 654 *hoc ordine Peerlkampus* 653 VIX$^{\text{l}}$ *F* PEREGTI (E *post. in ras.*) *F* 654 nunc] n̄, *i. e.* non *Charisii Neap. et fragm. Paris.* magna. γ MEIS *M* meis *Charisii Neap.* iret *Charisii fragm. Paris.* ire *Neap., unde nolim conicere Charisium hunc versuum ordinem* 653. 655 —658. 654 *legisse* 655 *sq. inverso ordine Mentel., Menag. alt., Sprot.: non male, si quid video.* 655 PR$^{\text{AE}}$RCLARAM *M* STAT. VI (*erasa una lit.*) *P* ftui *c* '*alii per interrogationem irridentis accipiunt, quasi non sit factum quod volebat*' *Servius.* 656 a$^{\text{b}}$ *c* A$^{/}$ *M* '*alii haec quasi per interrogationem volunt accipi, ut nihil dicat esse perfectum . . . tamen melior est sensus superior . . . ut ordo sit:* urbem praeclaram et mea moenia statui vidi' *Servius* 659 hof γ moriamur *b*1

set moriamur:' ait 'sic sic iuvat ire sub umbras.
hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis.'
dixerat, atque illam media inter talia ferro
conlapsam aspiciunt comites ensemque cruore
spumantem sparsasque manus. it clamor ad alta
atria; concussam bacchatur Fama per urbem.
lamentis gemituque et femineo ululatu
tecta fremunt, resonat magnis plangoribus aether,
non aliter quam si inmissis ruat hostibus omnis
Carthago aut antiqua Tyros, flammaeque furentes

TESTIMONIA.

660 'sic sic . . . umbras' Isidorus orig. I 35, 10 'iuvat . . . umbras' Charisius 210 P. 661 sq. 'hauriat . . . Dardanus' Nonius 487, 32 Donati ars III 2, 3 Claudius Sacerdos I 89 Charisius 239 P. Pompeius 434 L. schol. Hor. carm. IV 6, 12 Servius Aen. IV 159 XII 946 schol. Veron. 100, 24 K. 661 'hauriat . . . ignem' Servius Aen. IV 359 664 sq. 'ensem . . . manus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 19 668 'resonat . . . aether' Arusianus p. 258 L. 669 sq. 'non . . . Tyros' Macrobius Sat. IV 6, 5 Iulius Rufinianus 214 R.

VARIA LECTIO.

660 SED *FPγabc* MORIAMVR (A *m.* 2 *in ras.*) *F* ^AIT *F* ſi[c] ſic *γa* 'sic? sic *quasi interrogatio et responsio . . . unde alii dicunt verba esse se ferientis.* [*alii ita distinguunt:* sed m. ait, *et* sic *post adiciunt:* sic sic iuvat ire s. u.]' *Servius* I[V]VAT *F* IUBAT *M* (uolat *Charisii cod.* uolitare *ed. pr.*) ſub (b *m.* 2) *γ* 661 cludeliſ *γ* 662 SECUM NOSTRAE *M teste Fogginio* omn[i].a *γ*2 omnia *γ*1 663—667. 668—688 *F fol. XL* 663 ADQVE *F* ILLĀ (*corr. m. rec.*) *F* 664 CONLABSAM *FMP* accipiunt *Menag. alt.* 665 IĐ[T] *P* ET *FM*1 AT *P* 666 ſama *vulgo* 667 LAMENTISCUM *M* GEMITU[Q·] *M* FEMINEº (O *m.* 2 *add.*) *P* ULULATOU *M* 668 FREMVNT (F *fort. corr. ex* T) *F* magnis *om. Arusianus, qui fortasse* magnis resonat *in suo exemplari invenerat, ut habet Voss. alt.Nec id displicet.* plangoribuſ[l] (p *e corr. m. ant.*) *b* CLANGORIBVS *Pa*, *Arusiani Gu.* 669 ALTER *F* IMMISSIS *Mb* IMMISSA[IS] *F* RVIT[A] *P* *In mg.* ⁜ *et ad* 671 B *in F* 670 *hic om.*, *post* 677 *addita in mg.* ⁜ *nota F* Cartago *ac* tyroſ[v] *γ* tyruſ *aχ*

culmina perque hominum volvantur perque deorum.
audiit exanimis trepidoque exterrita cursu,
unguibus ora soror foedans et pectora pugnis
per medios ruit ac morientem nomine clamat:
'hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?
hoc rogus iste mihi, hoc ignes araeque parabant?
quid primum deserta querar? comitemne sororem
sprevisti moriens? eadem me ad fata vocasses:
idem ambas ferro dolor atque eadem hora tulisset.
his etiam struxi manibus patriosque vocavi
voce deos, sic te ut posita crudelis abessem.
extinxti te meque, soror, populumque patresque
Sidonios urbemque tuam. date, volnera lymphis
abluam et, extremus siquis super halitus errat,
ore legam.' sic fata gradus evaserat altos
semianimemque sinu germanam amplexa fovebat

TESTIMONIA.

673 Donatus ad Ter. eun. V 2, 20   675 'hoc . . . fuit' Terentianus Maurus 1667 Donatus ad Ter. Andr. I 1, 98 Probi inst. I 16, 2 'hoc i. g.' Probi inst. I 3, 3   676 Nonius 221, 21   677 Macrobius Sat. IV 6, 12   677 sq. 'comitemne . . . moriens' Nonius 399, 4   679 Priscianus 945 Servius Aen. IV 456   682 'extinxti' Probi inst. I 18, 6   'extinxti . . . soror' Charisius 248 Diomedes 436   683 'urbemque t.' Servius Aen. IV 655   685 'sic . . . altos' Servius Aen. IV 646

VARIA LECTIO.

671 VOLVANTVR *Fγ1a2bc2* UOL[V]ANTUR *M* VOLV[A]NTVR *P* uoluentur *a1* uoluuntur *γ2c1*   672 trepido[q·] *γ* trepido (*om.* que) *a*   674 CL[A]MAT (T *corr. ex* E) *F*   675 FRVDE *P*   676 ARAE *m. 2 sup. F*   677 PRIAMUM (A *prope abrasa*) *M*   QVAERAR *F* querar (r *post. m.* 2) *γ* comitemne *γ1*, comitemq[v]e *γ2*   678 SPRAEVISTI *F*   [E]ADEM *M* A[D] *M*   679 FE[R]RO *F*   ADQVE *Fa*   ORA *Pγ*   681 POSITAM *Mb1* *Vulgo interrogantem faciunt Annam.*   682 EXTINXTI *P* EXSTINXTI *F* EXTINXI[C]TI (C *et* XI *et hastae transv. minio p.*) *M* extinxi *γa* Extincfi (cfi *m. rec. in ras.*) *b* Extin... *c*   me teque *Diomedes*   683 VVLNERA *Pγ2abc*   684 ET *m. 2 sup. P*   [h]alituf *γ* alituf *ab*   erret *χ*   685 EVASERAT (E *pr. semieras.*) *P* [e]uaferat *γ*   686 Sem.animem (*erasa* i) *b*   GER[A]MNAM *F*

cum gemitu atque atros siccabat veste cruores.
illa gravis oculos conata attollere rursus
defecit; infixum stridit sub pectore volnus.
ter sese attollens cubitoque adnixa levavit,
ter revoluta torost oculisque errantibus alto
quaesivit caelo lucem ingemuitque reperta.

Tum Iuno omnipotens longum miserata dolorem
difficilisque obitus Irim demisit Olympo,
quae luctantem animam nexosque resolveret artus.
nam quia nec fato merita nec morte peribat,
set misera ante diem subitoque accensa furore,
nondum illi flavom Proserpina vertice crinem
abstulerat Stygioque caput damnaverat Orco.
ergo Iris croceis per caelum roscida pinnis,
mille trahens varios adverso sole colores,

TESTIMONIA.

687 'atque . . . cruores' Servius Aen. VIII 106 'cruores' exc. Charisii 548, 4 K. anon. de orthogr. 2781 P. 689 'infixum . . . volnus' Servius Aen. IX 579 691 sq. 'alto . . . lucem' Servius Aen. X 781 693 'tum I. o.' Probi inst. I 2, 2 696 Gellius VIII 1, 5 Servius Aen. IV 450 'nam . . . nec' Probi inst. I 10, 4 697 Nonius 526, 18 'sed . . . diem' Servius Aen. IV 620 X 467 698 sq. Macrobius Sat. V 19, 1 Nonius 276, 29

VARIA LECTIO.

687 sICCABAT (S *m.* 2 *add.*) *P* 688 grauef *c* adtollere *b*1 689 DEFECIT *M*1*γ* DEFICIT *FM*2*Pabc* ftridet *bc* uolnuf *γ* UULNUS *Mabc* 690 ATTOLLIT /// *P*1 ATTOLLET[NS] *P*2 cobito *b* cubitu *a* adnixa *m.* 2 *in ras. γc* innixa *m* leuauit *m.* 2 *in ras. c* LEUABIT[V] *Mγ* 691 *om., in mg. m. rec. add. c* reuolata *γ* toroft *c* TOROST[E] *P* : *cf. Lachmannus Lucr.* 200 TOROEST *Mγab* 692 QVAESIVIIT *P* REPERTA //// *M* repertam *γbc*2, *Servii exempl.* : *cf. ecl.* V 27 693 ompf *a* omnipudenf *c* laborem *χ* 694 *diffi*CILIS *P* Difficilef *a* dimifit *γ*1*c* olimpo *a* 695 *qu*AE *P* abfolueret *cm* 696 merito *c* 697 *s*ED *P* fed *γabc* 698 *n*ECDVM *P* Necdum *γ* : *cf. ecl.* IX 26 flauom *γ* FLAUUM *Mabc* 699 apftulerat '*antiqui aliquot*' *Pieriani* 700 CROCAEIS *M* pennif *ab* 701 : *cf.* V 89 adversa luce '*Medic. et quidam alii pervetusti*' *Pieriani*

devolat, et supra caput astitit. 'hunc ego Diti
sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo',
sic ait et dextra crinem secat: omnis et una
dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

TESTIMONIA.

702 sq. 'hunc . . . solvo' Macrobius Sat. V 19, 5 703 'teque . . . solvo' Servius Aen. XI 829 705 'atque . . . recessit' Servius Aen. I 98 II 562 VIII 403

VARIA LECTIO.

702 SVPPRA *P* ASTITIT *Pac* A[D]STITIT *M* aſtitit (a *m.* 2 *add.*) *γ* adſtitit *b* 704 ſecat] tulit *Longob. Pierii* 705 DELABSUS *M*1

P. UERGILI· MARONIS AENEIDOS LIB· IIII EXPL· INCIPIT LIB· V FELICITER· *M* EXPLIC· LIB· IIII· INCPT· V *γ* EXPLICIT LIBER· IIII· INCIPIT || LIBER V IN AENEIDORVM *a* VIRGILII MARONIS AENEIDOS LIBER IIII· EXPLICIT· || VERSVS OVIDII (*v. proleg.*) *b*

P. VERGILI MARONIS

A E N E I D O S

LIBER QVINTVS

Interea medium Aeneas iam classe tenebat
certus iter fluctusque atros aquilone secabat,
moenia respiciens, quae iam infelicis Elissae
conlucent flammis. quae tantum accenderit ignem
causa latet; duri magno set amore dolores
polluto notumque, furens quid femina possit,
triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.
ut pelagus tenuere rates nec iam amplius ulla

TESTIMONIA.

AENEIDOS V. 1 sq. 'interea ... iter' Petronius 68 Macrobius Sat. V 2, 12 Servius Aen. III 665 1 Priscianus de XII vers. Aen. 6, 93 Servius Aen. X 674 'interea m. A.' Probi inst. I 9, 11 2 'certus iter' Servius Aen. I 576 'fluctus ... secabat' Asper 115, 10 K. 5 sq. 'duri ... possit' schol. Iuven. X 328 'duri ... furens' schol. Iuven. VI 649 8—11 Macrobius Sat. V 7, 1 8 Beda de trop. 379 Cap. 'ut p. t. r.' Donati ars III 6, 2 Pompeius 464 L. 'pelagus t. r.' Charisius 243 Diomedes 453 P. de gen. nom. 93, 15 H.

VARIA LECTIO.

AENEIDOS V. 2 aquilo^{ne} *γ* fec. abat *b* 3 aelifae (r *superscr.*) *b* 4 accederit (n *superscr.*) *b* 5 dum magnos amore *schol. Iuven.* SED *Pγabc* 6 polluti *et* pollutos *schol. Iuven.* no. tũ *b* notumque furens] quae neque offerre *schol. Iuven.* VI 649 QUIT *M*1 POSSET *M* 8—11 : *cf.* III 192—195 8 Vt (V *m.* 2 *in ras.*) *b* nec (c *m.* 2 *in ras.*) *b*

occurrit tellus, maria undique et undique caelum:
olli caeruleus supra caput astitit imber
noctem hiememque ferens, et inhorruit unda tenebris.
ipse gubernator puppi Palinurus ab alta
'heu! quianam tanti cinxerunt aethera nimbi?
quidve, pater Neptune, paras?' sic deinde locutus
colligere arma iubet validisque incumbere remis,
obliquatque sinus in ventum ac talia fatur:
'magnanime Aenea, non, si mihi Iuppiter auctor
spondeat, hoc sperem Italiam contingere caelo.
mutati transversa fremunt et vespere ab atro
consurgunt venti, atque in nubem cogitur aër.
nec nos obniti contra nec tendere tantum
sufficimus. superat quoniam Fortuna, sequamur,

TESTIMONIA.

9 'caelum undique et undique pontus' Quintilianus XII prooem. 4 'caelum undique et undique pontus. nunc unda tenebris inhorrescit, et caeca nocte nimborum spumei fluctus canescunt. hortaris ut tumida vela suspendam, rudentes explicem, clavum regam' Hieronymus epist. ad Rufinum 1 10 Priscianus 994 11 'inhorruit u. t.' Arusianus p. 239 L. schol. Hor. carm. I 23, 5 13 Priscianus 1034. 1060 schol. Veron. 102, 30 K. 'heu ... cinxerunt' Probi inst. I 9, 7 'quianam' Quintilianus VIII 3, 25 'quianam ... nimbi' Charisius 172 Priscianus 1027 14 'quidve ... paras' schol. Hor. carm. I 3, 3 Servius Aen. III 89 15 Nonius 273, 19 Priscianus de XII vers. Aen. 2, 11 'colligere a. i.' Servius Aen. I 119. 183 15 sq. 'validis ... ventum' Servius Aen. I 104 17 'magnanime A.' Pompeius 115 L. Cassiodorus de dial. (T. II p. 547b ed. Ven. 1729) 19 'mutati t. f.' Servius ge. I 318 20 Isidorus de nat. rer. 32 p. 58 B. 'atque ... aer' Isidorus orig. XIII 7, 2 Servius Aen. I 71. 587 21 sq. 'nec nos ... sufficimus' Nonius 386, 6 21 'nec ... contra' Servius Aen. II 378

VARIA LECTIO.

9 teluſ (l superscr.) *γ* caelum undique et undique pontus *ut* III 193 *Longob.*, *Quintilianus*, *Hieronymus* 10 SVPPRA *P* ASTITIT *Pb*2 astetit *Prisciani φ* ASTITIT (D superscr.) *M* adſtitit *γab*1 *ut vid.*, *c* 11 hiemen *c* inorruit (h superscr.) *b* inorruit *c* tenebr . iſ (i *m. rec. in ras.*) *a* 14 quique *schol. Hor.* 15 corripere *prop. Ladevicus* colligere *testantur Servius et Nonius* 16 ſonuſ *γ*1 17 MAGNANIMAE *M* 18 HOC *M* contigere (n superscr.) *γ* 19 ATRO (L superscr.) *M* atro *testatur Servius* 20 nubes *Isidorus de nat. rer.* 22 QUONIAM *superscr.* *M*

quoque vocat, vertamus iter. nec litora longe
fida reor fraterna Erycis portusque Sicanos,
si modo rite memor servata remetior astra.'
tum pius Aeneas 'equidem sic poscere ventos
iandudum et frustra cerno te tendere contra.
flecte viam velis. an sit mihi gratior ulla,
quove magis fessas optem dimittere navis,
quam quae Dardanium tellus mihi servat Acesten
et patris Anchisae gremio conplectitur ossa?'
haec ubi dicta, petunt portus, et vela secundi
intendunt zephyri: fertur cita gurgite classis,
et tandem laeti notae advertuntur harenae.

At procul ex celso miratus vertice montis
adventum sociasque rates occurrit Acestes,
horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae,
Troïa Criniso conceptum flumine mater
quem genuit. veterum non inmemor ille parentum

TESTIMONIA.

23 'quaque v. v. i.' schol. Lucani V 574 26 sq. 'equidem . . . contra' Nonius 374, 19 27 'te t. c.' schol. Hor. carm. I 29, 16 28 'flecte v. v.' Servius Aen. VII 7 29 Priscianus 775 31 Macrobius Sat. VI 1, 48 35 Charisius 243 Diomedes 453 P. 'vertice m.' Charisius 244 Claudius Sacerdos I 173 37 'horridus in i.' Servius Aen. I 165 'pelle L. u.' de gen. nom. 104, 9 H. 38 sq. 'Troia . . . genuit' Priscianus 730 39 'veterum . . . parentum' Priscianus 772

VARIA LECTIO.

23 quaque *Parrhas.*, *schol. Lucani* UA[O]CAT *M* 24 hericiſ *b* 25 sl *P* 26 [E]QVIDEM *P* 27 *i*ANDVDVM *P* iamdudum *γbc* 29 quoque *Prisciani ω* DIMITTERE *MPγab*, *Prisciani ω* demittere *cχ* naueſ *bc* 30 que *γ* ACESTE~ *M* 31 conplectitur *γa* 33 zephiri *γ* zepheri *c* 34 arenae *b* 35 AD *P*, *Charisii Neap.* (aut *exc. Leid.*), *Diomedis libri* et '*quidam*' *Pieriani* 'excelso *utrum* ὑφὲν, *an* ex celso *pro* excelso?' *Servius* 36 atventum '*antiqui aliquot*' *Pieriani* 37 *Hic redit R* [L]IBYSTIDIS *M* lybiſtidiſ *γ* 38 CRINISO *MPRγbc*, *Prisciani ω* criniſſo *aχ*, *Prisciani Sang. Carolir.* crimiſo *Paris.* 10 '*a* Crimiso *fluvio*, *quem* Crinisum *Virgilius poetica licentia vocat*' *Servius Aen.* I 550 39 Quaē *b* IMMEMOR *M* parent[v]em *γ*

gratatur reduces et gaza laetus agresti
excipit ac fessos opibus solatur amicis.

Postera cum primo stellas Oriente fugarat
clara dies, socios in coetum litore ab omni
advocat Aeneas tumulique ex aggere fatur:
'Dardaniae magni, genus alto a sanguine divom,
annuus exactis completur mensibus orbis,
ex quo reliquias divinique ossa parentis
condidimus terra maestasque sacravimus aras.
iamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum,
semper honoratum (sic di voluistis) habebo.
hunc ego Gaetulis agerem si Syrtibus exul
Argolicove mari deprensus et urbe Mycenae,
annua vota tamen sollemnisque ordine pompas
exequerer strueremque suis altaria donis.

TESTIMONIA.

40 'et . . . agresti' schol. Hor. carm. I 29, 1 Servius Aen. I 119 45 Servius Aen. I 468 III 359 'genus . . . divum' Priscianus 742 46 Terentianus Maurus 1243 47 'diviniqūe o. p.' Servius Aen. III 358 49 sq. 'quem . . . habebo' Servius Aen. III 301 52 Priscianus 663 'Argolicove m. d.' Servius et Philargyrus ge. IV 421 54 'struerem . . . donis' Servius Aen. I 461 IX 626

VARIA LECTIO.

40 ga[z]za *b* GAZZA *M* 41 amicoſ *a* 42 PRIMOS *P* 42. 43 *ordine inverso, add. in mg. A et B, Pγ* STE[L]LAS (*corr. m. rec.*) *M* fugar[a]& *c* 45 a *suprascr. a, om. b* AB *P* ex *c* DIUUM *MP2γabc* 46 A[N]DNUUS *M* exhactiſ *γ* CO[N]PLETVR *P* CONPLETVR *Rb* ORBES *M* 47 RE[L]LIQUIAS *Mb* relliquiaſ *a* 49 niſ.allor (ſ *corr. ex* f) *c* ni fallor *m* 50 HONORATVM (H *add. m.* 2) *P* de *γ*1*c*1 uolui[ſ]ſti *b* 51 getuliſ *γb* 52 deprenſuſ (nſuſ *in ras.*) *c* depreſſuſ *a*1*χ*, *Prisciani ω* deprensus *testantur Servius et Philargyrus* VRBE *MPγabc*, *Prisciani ω*, *testatur Servius* AR[V]GE[B] *P*, *fortasse ex* VI 831 micenae *c*2 MYCENIS *R* mycena *χ*, *Priscianus* (mecena *Sang.*: moecena?) micena *c*1 mycene *et* mycenae *Servius*. 53 ta.m̄ *c* ſollemniſ *γb* ſollemneſ *c* 54 EXSEQVERER *MRbc*

nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis
(haut equidem sine mente reor, sine numine divom)
adsumus, et portus delati intramus amicos.
ergo agite et laetum cuncti celebremus honorem:
poscamus ventos, atque haec me sacra quodannis
urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.
bina boum vobis Troia generatus Acestes
dat numero capita in navis; adhibete penates
et patrios epulis et quos colit hospes Acestes.
praeterea, si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit radiisque retexerit orbem,
prima citae Teucris ponam certamina classis;
quique pedum cursu valet et qui viribus audax
aut iaculo incedit melior levibusque sagittis,
seu crudo fidit pugnam committere caestu,
cuncti adsint meritaeque expectent praemia palmae.

TESTIMONIA.

59 Lactantius instit. div. I 15   60 Nonius 287, 24 'templis s. f. d.' Servius Aen. I 73   62 sq. 'adhibete . . . epulis' Arusianus p. 210 L.   64 sq. 'praeterea . . . extulerit' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 69   'praeterea . . . diem' Claudius Sacerdos I 74   66 schol. Hor. epod. IX 20   67 Nonius 242, 19   68 'aut . . . melior' Servius Aen. I 46   'iaculo i. m.' de gen. nom. 83, 18 H.   69 Servius ge. III 20   70 'meritaeque e. p. p.' Servius Aen. I 209

VARIA LECTIO.

55 ad] ET (T *corr. in* D) *M*   ORA *P* (SS *supra*)   56 Haud *abc* Aut *γ*1   DIVVM *MPγab* diuc *c*   57 intra.muſ *c* : *cf. Lachmannus Lucr.* 291   59 VENTOS *libri, Lactantius, Servius : cf.* 772 *sqq.* veniam *Waddelius* votis *Peerlkampus* manes *Wagnerus*, '*si hariolationi locus esset*'   ADQVE R   mea *bc*1   QVODANNIS *Pγ* qtannif (t *e corr.*) *b* QVOT·ANNIS *R* QVOTANNIS *Mac*   60 orbe velim positam *Nonii exempl.*   templiſ ſibi fer(re) *in ras. γ*   61 Troia vobis *m*   62 *sq. post* 68 *b*   62 NABIS *M* naueſ *a*   65 AURARO *M* (O A *supra*)   66 CITAEA *P* cite *γ* CITATAE *R*   67 Qui.que *c*   'viribus audax: *hoc ad omnia pertinet. Et potest non subdistingui, quamvis quidam luctationem accipiant, quod non reddidit' Servius*   68 arcu *Peerlkampus* iaculo *Servius*   incendit *γ*1   VE *Rb*   69 CRUDU *M*1   70 merite *γ*2 meriti *γ*1   EXSPECTENT *MR* expectant *γa*1   premia *γ*

ore favete omnes et cingite tempora ramis.'

Sic fatus velat materna tempora myrto.
hoc Helymus facit, hoc aevi maturus Acestes,
hoc puer Ascanius, sequitur quos cetera pubes.
ille e concilio multis cum milibus ibat
ad tumulum, magna medius comitante caterva.
hic duo rite mero libans carchesia Baccho
fundit humi, duo lacte novo, duo sanguine sacro,
purpureosque iacit flores ac talia fatur:
'salve, sancte parens: iterum salvete, recepti
nequiquam cineres animaeque umbraeque paternae!
non licuit finis Italos fataliaque arva
nec tecum Ausonium, quicumque est, quaerere Thybrim.'

TESTIMONIA.

71 schol. Hor. carm. III 1, 1 'ore f. o.' Servius ge. I 18 72 'velat . . . myrto' Servius Aen. III 174 73 Nonius 349, 8 'aevi m. A.' Arusianus p. 246 L. 77 sq. 'hic . . . humi' Nonius 312, 23 'mero . . . humi' Arusianus p. 232 L. 77 Macrobius Sat. V 21, 1 Nonius 546, 20 78 cf. schol. Veron. 94, 9 K. 'duo l. n.' schol. Iuven. XI 85 Servius Aen. III 591 79 'purpureosque i. f.' Probus de nom. 52 Servius Aen. III 67 80 sq. 'salvete . . . cineres' Servius Aen. IV 427 80 'salve s. p.' schol. Veron. 94, 11 K. 81 cf. schol. Veron. 94, 21 K. 82 sq. schol. Veron. 94, 19 K.

VARIA LECTIO.

71 oRE *R* omnif *b*1 TEMPORACINGITE *R* : *cf.* VII 135 VIII 286 72 *m. rec. inter lin. add. a* VELATA *R* 73—96 *Veron. fol.* 227[a] 73 Helymus facit *V* helimuf *γab* AEV*im*ATVRVS *V* 74 Hoc — *q*VOS *V* afchaniuf *γ* caetera *b* 75 ILLE — *V* *i*LLE *P* e *om. R*, *sup. bc* MILLIBVS *R* 76 *ad* — *c*ATERVA *V* AT *M*1*Pb*1 medius magna *m* 77 *duo* — *libans V* charcefia (h *sup.*) *γ* *ba*CCHO *V* Bacchi *Arusianus* mero Baccho *coniungit Servius* 78 fudit *Arusiani Gu.* *humi duo V* NO (VO *sup.*) *R* 79 *fatur V* 80 PARENS· ITERVM· *M* 'iterum ... *hic distinguendum ... alii ad historiam supradictam* (II 166) *referunt distinctione mutata, ut dicant:* recepti iterum cineres *semel ex Troia, semel a Diomede' Servius.* parens: iterum *probasse videtur schol. Veron. laudato Catulli* 64, 23, *sed deinde alios, ni fallor, narrat coniungere* sancte parens iterum. 81 NEQVICQVAM *P* 82 FINES *Vb* ital. of *γ* italuf (u *corr. in* a *vel* o *m.* 2) *b* FAĠTALIA *M* *fatalia V* *Post* 83 *videtur aliquid excidisse Peerlkampo* 83 au. foniũ *b* QUICUMQ-EST *M* QVICVM*que*EST *V* quicũq: (*in ras.*) ẽ. *b* querere *γ* THYBRI ~. *M* thibrym *γ* thy. brim *b* tybrim *c*

dixerat haec, adytis cum lubricus anguis ab imis
septem ingens gyros, septena volumina traxit,
amplexus placide tumulum lapsusque per aras,
caeruleae cui terga notae maculosus et auro
squamam incendebat fulgor, ceu nubibus arcus
mille iacit varios adverso sole colores.
opstipuit visu Aeneas. ille agmine longo
tandem inter pateras et levia pocula serpens
libavitque dapes rususque innoxius imo
successit tumulo et depasta altaria liquit.
hoc magis inceptos genitori instaurat honores,
incertus, geniumne loci famulumne parentis
esse putet: caedit binas de more bidentis
totque sues, totidem nigrantis terga iuvencos,
vinaque fundebat pateris animamque vocabat

TESTIMONIA.

84 cf. schol. Veron. 94, 23 K. 'adytis . . . imis' Nonius 191, 17 'adytis' Servius Aen. V 48 87 'caeruleae . . . notae' Nonius 354, 24 87 sq. 'maculosus . . . fulgor' Nonius 430, 26 93 'successit t.' Servius Aen. V 48 'altaria' schol. Veron. 94, 25 K. 95 'incertus . . . loci' schol. Veron. 95, 1 K. 96 'caedit . . . bidentis' Nonius 272, 7 Servius Aen. V 78 96. 98 'mactat binas . . . bidentes Vinaque f. p.' (om. 97) Servius Aen. IV 200 98 sq. Macrobius Sat. V 7, 2 98 'vina-

---

VARIA LECTIO.

84 ADYTUS (TUS *minio p.*) *M* aditiſ *γab* libricuſ *b* 'A*ng*VIS *V* 85 *ingens — volumi*NA *V* ſeptene *γ*1 86 PLACIDAE *R* *placide — lapsu*S *V* LABSUS *M* 87 *terga — et V* PERGA *P* no . te *γ* 88 SQ*uamam — nubibus V* AMC?S (*ut vid.*) *V* 89 : *cf.* IV 701 89 M*ille — V* ra . it (r *pr. corr. ex* i) *γ* TRAHIT *Rc* trait *ab* VARIOSVANOS (*corr. m. rec.*) *P* 90 OBSTIPVIT *MPRVγab* puiſu *a*1 V*isu aenea*S *V* *agmine longo V* P*atera*S *V* LAEVIA *R* 92 ruſuſ *c* RVRSVS *MPRγab* INNOXIMUS *M* 93 LIN·QUIT *M* linquit *m* 94 IN*cepto*S *V* incoeptoſ *b* HONORAT *R* 95 Incertoſ *γ* GENI*u*MNE *V* LOCUM *P* 96 CAEDITBINAS *M* : *cf.* 61. 77 CAEDITQ· BINAS *R* CAEDITQVINAS *PVγabcm*, *Nonius* : *testatur Servius Aen.* V 78 mactat binas *Servius Aen.* IV 200 bedenteſ *c* 97 SUOS *M* nigranteſ (t *e corr.*, e *corr. ex* i) *γ* nigranteſ *ab* 98—101 *om. Dorvill.* 98 fudebat *b*

Anchisae magni manisque Acheronte remissos.
nec non et socii, quae cuique est copia, laeti
dona ferunt, onerant aras mactantque iuvencos,
ordine aëna locant alii fusique per herbam
subiciunt veribus prunas et viscera torrent.

Expectata dies aderat nonamque serena
Auroram Phaethontis equi iam luce vehebant,
famaque finitimos et clari nomen Acestae
excierat: laeto complerant litora coetu
visuri Aeneadas, pars et certare parati.
munera principio ante oculos circoque locantur
in medio, sacri tripodes viridesque coronae
et palmae pretium victoribus, armaque et ostro
perfusae vestes, argenti aurique talenta;
et tuba commissos medio canit aggere ludos.
prima pares ineunt gravibus certamina remis
quattuor ex omni delectae classe carinae.

TESTIMONIA.

que f. p.' schol. Hor. carm. III 23, 3 99 Sidonius Apollinaris epist. V 17 104 'expectata d. a.' Charisius 86 104 sq. 'serena iam luce' Servius Aen. V 64 106 sq. 'fama . . . excierat' Priscianus 865 106 'clari nomen A.' Charisius 51 108 'pars . . . parati' Servius Aen. V 293 110 sq. 'sacri . . . victoribus' schol. Hor. carm. IV 8, 3 110 'sacri t.' Servius Aen. V 311 111 'et . . . victoribus' Nonius 366, 7 113 Nonius 249, 8 114 'gravibus c. r.' Servius Aen. V 274

VARIA LECTIO.

99 MAGNAE M MANES Rb remiffof acheronte c 100 CUIQ· EST Mc cumque eft γ1 101 onerantq: c 104 EXSPECTATA M EXSPECTAT R aderat *om.* γ 105 PHAETONTIS Rγb PHAETONTIS M 106 duri *Charisii cod.* (*sed* Darii *ed. pr.*) ACAESTAE M acefte γ 107 EXIERAT Pc EXIERAT R CONPLERANT Pγ cō.plerant b COMPLEBANT M complerunt χ 109—113. 114—134 F *fol.* XLI 109 PRINCIO P 111 palme γ PRAETIVM Rγ PRAETIUM M ARMAQVET P 112 AVRI (I *m.* 2 *add.*) P AVRO R TALENTA *FRbcm, Servius : cf.* X 526. 531 XI 333 TALENTVM *MPγ ut* 248 113 ut *Rottend. sec.* LUDUS M1 114 parif γ1 raemif γ

velocem Mnestheus agit acri remige Pristim,
(mox Italus Mnestheus, genus a quo nomine Memmi)
ingentemque Gyas ingenti mole Chimaeram,
urbis opus, triplici pubes quam Dardana versu
impellunt, [terno consurgunt ordine remi,]
Sergestusque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna, Scyllaque Cloanthus
caerulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.

Est procul in pelago saxum spumantia contra
litora, quod tumidis submersum tunditur olim
fluctibus, hiberni condunt ubi sidera cori;
tranquillo silet immotaque attollitur unda
campus et apricis statio gratissima mergis.
hic viridem Aeneas frondenti ex ilice metam
constituit signum nautis pater, unde reverti
scirent et longos ubi circumflectere cursus.

TESTIMONIA.

116 Nonius 535, 27 117 'mox I. M.' Charisius 184 P. 118 sq. 'ingentem . . . opus' Claudius Sacerdos I 163 'Chimaeram u. o.' Arusianus p. 250 L. 119 sq. 'triplici . . . inpellunt' Servius Aen. I 182 ge. IV 144 121 'domus . . . nomen' Servius Aen. III 85 122 'Centauro i. m.' Donatus ad Ter. eun. prol. 32 124 'est . . . saxum' Servius Aen. III 13 125 sq. 'quod . . . fluctibus' Priscianus 1018 'tumidis quod fluctibus olim tunditur' Agroetius 2268 P. Servius Aen. I 20 128 'et . . . mergis' schol. Persii VI 30

VARIA LECTIO.

116 MN[H]ESTEUS (H *minio p.*) *M* mnef[h]teuf *γ* [m]neftheuf *b* PRISTIM *FRbc*, *Nonii libri* PRISTIN *Mγ* [P]RISTIN *P* pistrin *χ* 118 giaf *γ* CHIMERAM *FMRb* 119 qua *b* 120 *i*MPELLVNT *P* impellit *χ* impellunt *testatur Servius* terno ... remi *cum mera sit antecedentium interpretatio, vereor ut poeta scripserit.* 121 SERGES[TVSQVE] *F* 122 CL[A]ON[I]THVS *F* choantuf *c* 123 ROMANAE *M* ROMANAE *R* 124 Ef[1] *c* 125 SU[B]MERSUM *M* SVMMERSVM *FRbc* 126 CONTVNDVNT (CON *eras.*) *R* CHORI *libri* 127 IAMMOTA *F* 128 CAMP[U]IS *F* Camp.uf *b* MERGIS *in ras., loco lit.* GIS *visus sum agnoscere* EIN *R* 129 MENTE[λM] *M* 131 & *superscr.* *γ* LONGO[S] *F*

tum loca sorte legunt, ipsique in puppibus auro
ductores longe effulgent ostroque decori;
cetera populea velatur fronde iuventus
nudatosque umeros oleo perfusa nitescit.
considunt trastris, intentaque bracchia remis;
intenti expectant signum, exultantiaque haurit
corda pavor pulsans laudumque arrecta cupido.
inde ubi clara dedit sonitum tuba, funibus omnes,
haut mora, prosiluere suis: ferit aethera clamor
nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.
infindunt pariter sulcos, totumque dehiscit
convolsum remis rostrisque tridentibus aequor.
non tam praecipites biiugo certamine campum

TESTIMONIA.

133 'ductores auro effulgent' Priscianus 866 135 Nonius 354, 27 Servius Aen. XII 5 136 Nonius 329, 2 136 sq. 'intenta . . . signum' Priscianus 788 137 'intenti e. s.' Nonius 328, 33. 329, 30 137 sq. 'exultantia . . . pulsans' Nonius 300, 29 Servius Aen. IX 89 139 'inde . . . dedit' Probi inst. I 9, 3 140 'haut . . . clamor sidera' Priscianus 906 142 sq. Priscianus 562 144—147 Macrobius Sat. V 11, 20 144 sq. 'non . . . biiugo c. c. c.' Diomedes 459 Servius Aen. II 496 'biiugo . . . corripuere'. Priscianus de fig. num. 7, 32 144 'non

---

VARIA LECTIO.

132 LONGA *F* impuppibuſ *c* 133 longe] auro *Priscianus* EFFVGENT [L] *P* effulg&[n] *c* OSQVE [TRO] *F* 134 IVENTVS [V] *F* 135—150. 151—158 *F fol. XLII* 135 humeroſ *γc* 136 TRASTIS *R* TRANSTRIS *FMPγbc* inten..ta *b* nudata '*aliquot antiqui*' *Pieriani*. '*bene eodem sermone in diversis usus est rebus: aliter enim brachia, aliter intendimus mentem*' *Servius*. intenta *item testatur Nonius*. BRACHIA *Pγb*1*c* intenta . . . signum *nulla posita interpunctione coniunxisse videtur Priscianus*. 137 EXSPECTANT *R* EXSPENT [CTA] *F* exultantia . . . pulsans = *ge*. III 105 *sq*. EXSVLTANTIA *F* exultatia [n] *c* [h]aurit *b* aurit *c* 139 tubam *c*1 FINIBVS *libri* (*sic* 488 fine *γ*1) sedibus *Peerlkampus*, *quem refutavit Wagnerus lectt. Verg*. 403 *sqq*. 140 HAVD *FPγc* suis] omnes *Priscianus* ferit aurea clamor Sidera *Priscianus ut* II 488 *et* XI 832 141 ABDVCTIS (I *in ras*.) *F* 142 INFINDVN̄ (N̄ *in ras*.) *F* INFVNDUNT [I] (*corr. minio*) *M* infundunt *m* Infidunt [n] *b* 143 = VIII 690. conuolſum [v] *γ* CONVVLSVM *FMb*1*c* que *om*. *c* TRIDENTIBVS [S] *Fb* STRIDENTIBVS *Rγcm*, *Priscianus*. rudentibus *et* sonantibus *χ* 144 *sq*. certamine . . . currus = *ge*. III 103 *sq*.

corripuere ruuntque effusi carcere currus,
nec sic immissis aurigae undantia lora
concussere iugis pronique in verbera pendent.
tum plausu fremituque virum studiisque faventum
consonat omne nemus, vocemque inclusa volutant
litora, pulsati colles clamore resultant.
effugit ante alios primisque elabitur undis
turbam inter fremitumque Gyas; quem deinde Cloanthus
consequitur, melior remis, sed pondere pinus
tarda tenet. post has aequo discrimine Pristis
Centaurusque locum tendunt superare priorem;
et nunc Pristis habet, nunc victam praeterit ingens

TESTIMONIA.

. . . certamine currus' Cledonius 1924 145 'ruunt . . . currus' Servius Aen. I 54 146 Servius ecl. V 82 147 'pronique . . . pendent' Arusianus p. 238 L. Charisius 19 P. 150 'pulsati . . . resultant' Servius Aen. VI 99 152 'turbam . . . Gyas' Probi ars minor 214 152—154 'quem . . . tenet' Nonius 381, 14 152 sq. 'quem . . . consequitur' Nonius 270, 10 153 sq. 'melior . . . tenet' Servius Aen. V 114 153 'melior r.' Diomedes 454 P. Arusianus p. 246 L. Claudius Sacerdos I 175 154 sq. 'post . . . priorem' Nonius 282, 29 'post . . . Centaurusque' schol. Lucani III 511 'aequo . . . priorem' Nonius 411, 5

VARIA LECTIO.

146 Ne[c] *b* in[m]miſſiſ *b* inmiſſiſ *c* aurige *γ* 147 in carcere *Charisius* 148 FRE[MI]TV (*sup. m. rec.*) *F* 149 CONSONANT *F* inlisa *vel* incussa *vel* inpulsa ... aequora *Schraderus* VOLVTA*nt* *F* 150 [RE]SVLTANT (*sup. m. rec.*) *F* 151 primuſ *c1χ* undaſ *γ1* 152 FRETVM *F* giaſ *b1* quam *Nonii* 381 *exempl.* cloa[n]thuſ *b* 154 TE[N]ET *P* [A]EQVO *P* ALIQVO (I *corr. in* E) *F* aeque *Nonii* 411 *exempl.* certamine *schol. Lucani* 'discrimine: *vel insterstitio vel certamine vel cursu*' *Servius* P[R]ISTRIS (R *sup. minio p.*) *M* priſtriſ *c1* pistrix *Nonii utroque loco exempl. cf. Ritschelius mus. Rhen.* VII 555 *sq. et quae ipse nondum inspecto codice c disserui in Fleckeiseni ann.* LXXVII 190 *sq.* 155 [P]RIOREM *F* 156 p[r].iſtiſ (*crasa* r) *c* pistris '*semper Reg. et Parrhas.*' *teste Burmanno* .abit (i *e corr.*) *b* abit *χ* VICTAM *m. 2 sup.* *F* PRAET[RIT]INENTENS (I *corr. in* E, E *pr. corr. in* I, T *alt.*

Centaurus, nunc una ambae iunctisque feruntur
frontibus et longa sulcant vada salsa carina.
iamque propinquabant scopulo metamque tenebant,
cum princeps medioque Gyas in gurgite victor
rectorem navis compellat voce Menoeten:
'quo tantum mihi dexter abis? huc derige gressum;
litus ama et laeva stringat sine palmula cautes;
altum alii teneant'. dixit, sed caeca Menoetes
saxa timens proram pelagi detorquet ad undas.
'quo diversus abis?' iterum 'pete saxa, Menoete!'
cum clamore Gyas revocabat: et ecce Cloanthum
respicit instantem tergo et propiora tenentem.
ille inter navemque Gyae scopulosque sonantis

TESTIMONIA.

157 sq. 'nunc . . . carina' Isidorus orig. I 36, 6 158 Servius Aen. III 495 159 Priscianus 799 'iamque p. s.' Arusianus p. 254 L. 162 sq. 'quo . . . ama' Seneca de benef. VI 7 162 'quo ... abis' Nonius 290, 9 163 'litus a.' Probi inst. I 7, 4 166 'pete s. M.' Probi ars minor 215 169 'ille . . . Gyae' Probi ars minor 214 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 192

VARIA LECTIO.

corr. in G, ENS *m.* 2 *add. ut vid.*) *F* 157 AMBE (A *superscr.*) *P* ambe *γ* CVNCTIS (I *superscr.*) (C *pr. eras.*) *P* 158 *cf.* X 197 longe *χ* iuncta *vel* socia *Io. Schraderus* CARINAE *F* carinae *χ* longae sulcant ... carinae *Servius Aen.* III 495 159 PROPINQUABAT (N *superscr.*) *M* 160 medi.o *γ* 161 conpellat *b* menoetem *c* monoeten (o *pr. in ras.*) *b* 162 *cf.* XI 855 DEXTR (E *superscr.*) *M* DIRIGE (V *superscr.*) *Mbc* GRESSUM (G *corr. in* C) *M* curſum *bc, Seneca : cf. Gellius* X 26 163 LAEVA *MPγ1b1* LAEVAS *Rγ2b2c* 164 mo.netes (o *superscr.*) (*erasa* e) *b* 165 ad *sup. c* 166 di.uerſuſ *γ* 'iterum: *hoc verbum et a poeta potest dici, ut* iterum revocabat, *et a Gya ut*: quo abis iterum: *non* iterum pete' *Servius.* iterum *vel cum* abis *vel cum* pete *vel cum* revocabat *coniungunt.* pete] fuge *Probi a. m. codd. Paris. et ed. pr.*, *sed* pete *Bob.* MOENOTE *P* mo.note (e *superscr.*) (o *pr. corr. in* e) *γ* mo.neten (o *superscr.*) (*erasa* e) *b* 167 ET *om. R*, *quod placuit Fleckeiseno in Iahnii annal.* LXI 32 cloantum (h *superscr.*) *γ* 168 intantē (ſ *superscr.*) *b* ᵃtergo *γ* terga *χ* PROPRIORA *Pγ1b1* TENENENTĒ *R* 169 SCOPVLOSQVE *P* SONANTES *R*

radit iter laevom interior subitoque priorem
praeterit et metis tenet aequora tuta relictis.
tum vero exarsit iuveni dolor ossibus ingens
nec lacrimis caruere genae, segnemque Menoeten
oblitus decorisque sui sociumque salutis
in mare praecipitem puppi deturbat ab alta:
ipse gubernaclo rector subit, ipse magister
hortaturque viros clavomque ad litora torquet.
at gravis ut fundo vix tandem redditus imo est
iam senior madidaque fluens in veste Menoetes,
summa petit scopuli siccaque in rupe resedit.
illum et labentem Teucri et risere natantem
et salsos rident revomentem pectore fluctus.
hic laeta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto Mnesthique, Gyan superare morantem.
Sergestus capit ante locum scopuloque propinquat,
nec tota tamen ille prior praeeunte carina:

TESTIMONIA.

170 'radit . . . interior' Servius Aen. III 700 173 'segnemque M.' Probi ars minor 215 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 192 174 'oblitus d. s.' Servius Aen. XI 866 175 'puppi . . . alta' Nonius 101, 16 177 'clavum . . . torquet' gloss. Petri p. 16 180 Nonius 394, 26 'sicca . . . resedit' Arusianus p. 258 L. 184 'Gyan s. m.' Probi ars minor 214 186 Maximus Vict. de rat. metr. II 2 Beda de metris 2371 P.

VARIA LECTIO.

170 LAEVOM (O *corr. in* V) *P* LAEVVM *MRγbc* 171 moetiſ *b* 173 Ne *c* MΘENOTEN (E *sup.*) *P* MENOETE . *Mc* monoeten *b* 174 SΘLUTIS (λ *sup.*) *M* '*possumus intelligere* oblitus salutis suae socium, *i. e. gubernatorem, possumus et* socium salutis suae oblitus, *pro* sociorum, *praecipitato scilicet gubernatore' Servius* 176 GVRNACLO *R* 177 Ortatur *γ1* que *om. R* CLAVVM *Rγbc* 178 AD *P* TTANDEM *R* IMEST *R* 179 MΘENOTES (E *sup.*) *P* monoeteſ *b* 180 ſcopoli *b* SCOPVLIS *R* RUPPE *M* rumpe *γ1* sedit *Nonii exempl.* 182 *asteriscum adposuit Heynius* rident] tremulo. *Peerlkampus* reuomentem (uo *m.* 2 *in ras.*) *γ* 184 SERGESTVM *R* MNESTI *MR* mueſtheo *bc* mneſthe (o *sup.*) *γ2* 185 CAPT (I *sup.*) *M, P* (*erasa* I), *γ* ·.·ANTE·.· LOCUM *M* scopulos *et* scopulum *χ* propinquant *c* 186 ILLAE *M* PRIOR (P *m. aliena*) *M* priuſ *γ1*

parte prior, partim rostro premit aemula Pristis.
at media socios incedens nave per ipsos
hortatur Mnestheus: 'nunc nunc insurgite remis,
Hectorei socii, Troiae quos sorte suprema
delegi comites; nunc illas promite vires,
nunc animos, quibus in Gaetulis Syrtibus usi
Ionioque mari Maleaeque sequacibus undis.
non iam prima peto Mnestheus neque vincere certo
(quamquam o! — set superent, quibus hoc, Neptune, dedisti):
extremos pudeat rediisse. hoc vincite, cives,
et prohibete nefas.' olli certamine summo
procumbunt: vastis tremit ictibus aerea puppis

TESTIMONIA.

187 Arusianus p. 253 L. 'partim . . . pistris' schol. Hor. carm. IV 1, 18 188 'at . . . hortatur socios' Priscianus 765 189 Beda de metris 2354 'nunc nunc i. r.' Victorinus in Cic. de inv. p. 80 Or. 189 sq. 'nunc nunc . . . socii' Iulius Rufinianus 221 R. Servius Aen. I 468 VIII 108 190 'Hectorei-s.' Servius Aen. I 272 191 sq. 'nunc . . . usi' schol. Hor. carm. II 20, 15 193 'Maleaeque s. u.' schol. Lucani IX 36 Servius ge. II 374 IV 230 194 sq. 'nec vincere . . . dedisti' Macrobius Sat. IV 6, 21 195 Priscianus 1030 P. 'quamquam o sed' Servius Aen. I 135 'quamquam o s. s.' Servius Aen. VI 187 'superent . . . dedisti' Caper 2242 P. 196 'hoc v. c.' Servius Aen. V 493 198 'vastis . . . puppis' schol. Hor. carm. I 35, 19 'aerea p.' Servius Aen. V 274

VARIA LECTIO.

187 PARTIM *PRγbc, schol. Hor. : cf. Gellius* X 13 PARTEM *M* $^{\mathrm{R}}$OSTRO *P* peremit t. v. p. (*sic ceteris om.*) *Arusiani Gu.* (*deest articulus in Ambr.*) p . i$^{\mathrm{r}}$ſtiſ (*erasa* r) *c* pistris *schol. Hor.* 188 AD *P* ſotio *b*1 Mnestheus *Priscianus* 189 hortatur socios *Priscianus* incumbite *Servius Aen.* VIII 108, *ad h. l.* insurgite *testatus : cf.* III 560 V 15 190 haectorei *γ* hortor vos *Rufinianus* Hectorei *confirmat Servius* SVPPREMA *Rγ* 191 illas *om. schol. Hor.* promitte *γ*1 192 GAETULIS$^{\mathrm{SI}}$SYRTIB· *M* getuliſ ſirtibuſ *b* 193 Ionioue (o *post. in ras.*) *b* MAIEAE *M*1 194 $^{\mathrm{m}}$neſtheuſ *b* nec *Macrobii exempl.* 195 O *M* SED *PRγc* ſuperạent *b* 196 EXTREMOS (O *corr. ex* V) *Pγ* red$^{\mathrm{i}}$iſſe *γ* REDISSE *PR* 197 PROHIBET *P* 198 hictibuſ *γ*1 A$^{\mathrm{E}}$VREA *MP* PVPPES *R*

subtrahiturque solum, tum creber anhelitus artus
aridaque ora quatit, sudor fluit undique rivis.
attulit ipse viris optatum casus honorem.
namque furens animi dum proram ad saxa suburguet
interior spatioque subit Sergestus iniquo,
infelix saxis in procurrentibus haesit.
concussae cautes, et acuto in murice remi
obnixi crepuere, inlisaque prora pependit.
consurgunt nautae et magno clamore morantur
ferratasque trudes et acuta cuspide contos
expediunt fractosque legunt in gurgite remos.
at laetus Mnestheus successuque acrior ipso
agmine remorum celeri ventisque vocatis
prona petit maria et pelago decurrit aperto.
qualis spelunca subito commota columba,
cui domus et dulces latebroso in pumice nidi,

TESTIMONIA.

199 'subtrahiturque s.' Isidorus orig. XIV 7, 24 Servius Aen. II 780 VII 111 ge. IV 77 202 'furens . . . suburget' Arusianus p. 230 L. 203 'spatio . . . iniquo' Servius ge. IV 147 204 Arusianus p. 233 L. 205 sq. 'et . . . crepuere' Nonius 255, 23. 461, 33 208 Isidorus orig. XVIII 7, 2 'ferratasque t.' Isidorus orig. XVIII 7, 3 'acuta c. c.' Asper 112, 13 K. 209 'fractosque . . . remos' Nonius 332, 14 211 Priscianus 761. 776 212 'caelo decurrit aperto' Quintilianus VII 9, 10 214 'latebroso . . . nidi' Probus de nom. 18 p. 218 Endl. de gen. nom. 91, 11 H. (nisi hic XII 587 potius laudavit: nam quod pro 'nidi' scribitur 'pepli', potest ortum videri eo quod 'pastor,' et

---

VARIA LECTIO.

199 Sub[h]traitur *b* tū *sup. b* TUN[M]G *M* CREBR[E]A *M* ANHELITVS *R* 200 fuit *b* 201 inſe *γ*1 riuiſ *ut vid. γ*1 202 ANIMI *MRγ*2, *Servius*, *Arusianus* ANIMO *Pγ*1 animis '*aliquot*' *Pieriani*, *ut* VIII 228 PRORA *M* SVBVRGET *Pγb* SUBURGIT *M* 204 HAE[S]MIT *M* 205 in *om. Pγ* 206 CREPV[E]RE *P* illiſa *b* 208 FERRATAS *P* TRVDES *PRγ*, *Isidorus : cf. Tac. ann.* III 46 SUDES *M* 209 EXPED[I]VNT *P* fretoſ *c*1 210 [λ]ET *M* ſucceſſuſ *c*1 ipſe *b*1 212 pelago] caelo *Quintilianus : cf.* I 155 213 Quali *c* SPELVNC[H]A *P* SPELU[N]CA *M* 214 DOM[U]OS *M* DVLCIS *R* ALATEBROSO *P*

fertur in arva volans plausumque exterrita pinnis
dat tecto ingentem, mox aëre lapsa quieto
radit iter liquidum celeris neque commovet alas:
sic Mnestheus, sic ipsa fuga secat ultima Pristis
aequora, sic illam fert impetus ipse volantem.
et primum in scopulo luctantem deserit alto
Sergestum brevibusque vadis frustraque vocantem
auxilia et fractis discentem currere remis.
inde Gyan ipsamque ingenti mole Chimaeram
consequitur: cedit, quoniam spoliata magistro est.
solus iamque ipso superest in fine Cloanthus.
quem petit et summis adnixus viribus urguet.
tum vero ingeminat clamor, cunctique sequentem
instigant studiis, resonatque fragoribus aether.
hi proprium decus et partum indignantur honorem
ni teneant, vitamque volunt pro laude pacisci;
hos successus alit: possunt, quia posse videntur.
et fors aequatis cepissent praemia rostris,
ni palmas ponto tendens utrasque Cloanthus

TESTIMONIA.
deinde sequentis glossae initium 'peluis' extitit) 215 sq. 'plausumque . . . ingentem' Nonius 295, 24 222 'et . . . remis' Nonius 287, 2 226 Nonius 366, 29 228 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 335 230 'vitamque . . . pacisci' Arusianus p. 252 L. schol. Hor. carm. III 14, 2 232 'fors . . . rostris' Charisius 165 233 Marius Victorinus 2478

VARIA LECTIO.
215 fertur ... volans : *cf.* II 498 A^{R}URA (*corr. minio*) *M* PLAVSUM *P* pennif *b*1 216 LABSA *MP* 217 LIQVIDVMET *R* 218 IPSA (A *in ras., sed m.* 1) *P* p^{r}.iftif (*erasa* r) *c* 220 in *om. M* 221 et fruftra$^{q:}$ *in ras. b* 222 ETET *P* ..currere *γ* 223 CHIMERAM *Mb* 224 magiftreft '*aliquot*' *Pieriani* 225 cloan^{h}tuf *b* 226 ADNIXVS *MR*, *Nonii exempl.* : *cf.* I 144 III 208 IV 583 atnixuf *b* ENIXVS *Pγ* VRGET *Pγ* 228 RESONANT (*puncto rubro*) *M* que *om. Pγ*, *Abbo Flor.* CLAMORIBVS *Pγ*, *Abbo Flor.* : *cf.* IV 668 XII 607 230 Ni^{ne}teant *b* 231 N^{h}of *c* poffe *suprascr. c* UIDE^{N}TUR *M* 232 equatif *γ* cepif^{fent} *γ* 233 pal..maf *γ* ponto palmaf *b*

fudissetque preces divosque in vota vocasset.
'di, quibus imperium est pelagi, quorum aequora curro,
vobis laetus ego hoc candentem in litore taurum
constituam ante aras voti reus extaque salsos
proiciam in fluctus et vina liquentia fundam.'
dixit, eumque imis sub fluctibus audiit omnis
Nereidum Phorcique chorus Panopeaque virgo,
et pater ipse manu magna Portunus euntem
impulit: illa noto citius volucrique sagitta
ad terram fugit et portu se condidit alto.
tum satus Anchisa cunctis ex more vocatis
victorem magna praeconis voce Cloanthum
declarat viridique advelat tempora lauro,
muneraque in navis ternos optare iuvencos
vinaque et argenti magnum dat ferre talentum.

TESTIMONIA.

235—238 Macrobius Sat. III 2, 5 236 sq. 'vobis ... reus' Donatus ad Ter. eun. IV 1, 8 237 'constituam ... reus' Macrobius Sat. III 2, 1 Nonius 461, 6 237 sq. 'extaque ... fluctus' Macrobius Sat. III 2, 1 Servius Aen. III 231 241 cf. schol. Veron. 95, 11 K. 243 'ad t. f.' Servius Aen. I 406 247 Priscianus 775 248 'argenti ... talentum' Servius Aen. I 318 X 701 'magnum d. f. t.' Quintilianus IX 3, 9 'dat f. t.' Servius Aen. XII 97 'dat f.' Ser-

---

VARIA LECTIO.

234 PRAECES *Rγ*1 235 DII *Pγ* ESTPELAGI *Pyb*, *Macrobii exempl.: cf.* VI 264 ESTPELAGI *M* PELAGIEST *Rc* AEQVORE *Rγ*, *Macrobii Cantabr. et Salisb.* 236 in *om. R* 237 *sq.* exta ... fundam: *cf.* 775 *sq.* 238 PROICIAM *PRybcψ* PROICIAM (*corr. minio*) *M* 'proiciam: *exta* proiciuntur *in fluctus*, *aris* porriciuntur ... *nisi forte dicamus etiam fluctibus offerri. Quod si est*, porriciam *legendum*' *Servius*. 'porriciam ... *non ut quidam* proiciam *aestimantes dixisse Virgilium* proicienda exta, *quia adiecit* in fluctus' *Macrobius* AC *Pyb ut* 776 LINQUENTIA *M* 239 himiſ *γ*1 AUDITETOMNIS *R* auditomniſ *γ* 240 SPORCI *R* PORCHI (*corr. minio*) *M* porci *b* forci *c* 241—266 *Veron. fol.* 243 241 MAGNO *V* neptunuſ *γ*1 Portunus *testantur Servius et schol. Veron.* 243 AT *M*1*PVc*1 PORTO *R* 244 *Anchisa — ex V* 245 VIC*torem V* preconiſ *γ* 247 aptare *γ*2*bcm*, *Prisciani Sang. et Lugd.* 248 fere *γ*

ipsis praecipuos ductoribus addit honores:
victori chlamydem auratam, quam plurima circum
purpura maeandro duplici Meliboea cucurrit,
intextusque puer frondosa regius Ida
velocis iaculo cervos cursuque fatigat,
acer, anhelanti similis, quem praepes ab Ida
sublimem pedibus rapuit Iovis armiger uncis:
longaevi palmas nequiquam ad sidera tendunt
custodes, saevitque canum latratus in auras.
at qui deinde locum tenuit virtute secundum,
levibus huic hamis consertam auroque trilicem
loricam, quam Demoleo detraxerat ipse
victor aput rapidum Simoenta sub Ilio alto,

TESTIMONIA.
vius Aen. XII 210 249 Nonius 320, 21 250—253 Diomedes 480 250 sq. Nonius 140, 7 'victori ... purpura' Servius Aen. IV 137 251 Charisius 240 cf. schol. Veron. 95, 16 K. 252 cf. schol. Veron. 95, 22 K. 253 Nonius 304, 10 254 'acer a. s.' Charisius 93 P. 254 sq. 'quem ... uncis' schol. Hor. carm. III 20, 16 255 schol. Hor. carm. IV 4, 1 cf. schol. Veron. 95, 23 K. 257 'saevit ... auras' Macrobius Sat. VI 6, 19 259—262 Donatus ad Ter. Phorm. prol. 2 259—261 Macrobius Sat. V 7, 3 260. 262 'loricam donat h. v.' Arusianus p. 234 L. 261 'sub I. a.' Maximus Victorinus de fin. 5 p. 457 Endl. Sergius in Donat. 7 p. 479 Endl. (1831) Servius de ratione ult. syll. 1802 P. Marcianus Capella III 278 Pompeius 51 L. Servius

---

VARIA LECTIO.
249 PRAECIPUE *M*, *Nonius* 250 CLAMYDEM (H *m. rec.*) *R* CLAMYDEM *My* clamidem *bc* QVAM (M *in ras.*) *R* 251 meleboca *γ* CVCVRRIT (CV *alt. in ras. vel eras.*) *R* 253 UELOCES *My*2 254 Acer *P* anhelanti . *b* QVE [M] *P* ab alto *Burmannus*, *ut* XI 721 ab aethra *Io. Schraderus conl. Valerio Flacco* I 156. *Emendaturum haec 'fortasse' poetam fuisse concessit Wagnerus.* 255 *rapuit iovis a*RMIGER *V* 256 Longeui *γ* *palmas — sid*ERA *V* plagaſ [palmaſ] *b* 257 *latratus in auras V* in] AD *P*, *Macrobii Salisb.* in *m.* 2 *in ras.* *γ* 258 *vir*TVTE *V* 259 *sq.* levibus ... loricam : *cf.* III 467 259 LEUIB· *M* Laeuibuſ *γ* adhuc (ad *eras.*) *γ* AMIS (H *m. rec.*) *R* amiſ *γbc* 260 detraxerit *γ* IPSI *ut vid. M*1 261 APV. *V* apud *γbc* ILIONALTO *P* Ilion altom *Wall.* Ilion altum *Parrhas.* Ilio alta *χ*, *Maximi Vict. Bob. m. pr.* Ilio alto *Servius cum ceteris grammaticis.*

donat habere viro, decus et tutamen in armis.
vix illam famuli Phegeus Sagarisque ferebant
multiplicem conixi umeris; indutus at olim
Demoleos cursu palantis Troas agebat.
tertia dona facit geminos ex aere lebetas
cymbiaque argento perfecta atque aspera signis.
iamque adeo donati omnes opibusque superbi
puniceis ibant evincti tempora taenis,
cum saevo e scopulo multa vix arte revolsus,
amissis remis atque ordine debilis uno,
inrisam sine honore ratem Sergestus agebat.
qualis saepe viae deprensus in aggere serpens,

TESTIMONIA.
ge. I 281 Aen. I 40 262 Donatus ad Ter. eun. II 2, 30 'donat h. v.' Iulius Rufinianus 258 R. Servius Aen. V 248 X 235 XII 97 263 Nonius 302, 16. 421, 2 264 sq. 'cum vix loricam duo multiplicem conixi humeris ferunt, quantus Demoleos, qui indutus ea cursu palantes Troas agebat?' Quintilianus VIII 4, 25 265 'palantes T. a.' Servius Aen. IV 245 schol. Iuven. I 52 Eutychius II 8 267 Nonius 545, 26 'atque a. s.' schol. Iuven. XIV 62 268 'donati o. o. s.' Arusianus p. 222 L. 270 Nonius 388, 21 272 sq. Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 25 273 Isidorus orig. XV 16, 7 Servius Aen. XII 446

VARIA LECTIO.
262 H*abe*RE *V* *tut*AMEN *V* 263 *vix* — *p*HEG*eus sagaris V* famulis *Nonii* 302 *exempl.* PHYGEVS *R* SAC(λ)RIS *M* Sagarus *Nonii* 421 *exempl. exc. Bern. b* 264 MV*ltiplicem* — *indutus V* CONIXI *P* INDVSTVS *P* AD *Pγ*1 olim *γ* 265 D*emoleos* — *V* DEMOLEUS *M* PALLANTIS *R* PALANTES *M* pallantes *schol. Iuven., Eutychii cod.* agebant *c*1 266 GEMI*nos ex ae*RE *V* 267—292 *Veron. fol.* 266 267 perfecta *om. Nonius* atque] et *schol. Iuven.* 268 OMNIS *R* OMN.S *V* *opib*VS *V* SVPERBIS (S *ult. eras. ut vid.*) *R* 269 EUINCTI *M* EVICTIS *Pγ*1 TAENIS *MPRVγb : cf. Lachmannus Lucr.* 279 tenis *c* 270 ESCOPULO *M* EXCOPVLO (*sup. m. rec.* S) *R* scopulo, *om.* c, *b* ALTE (L *eras.*; R *sup.*) *M* reuolsus *γ* (v *sup.*) REVVLSVS *MVc* REVOLSAM *R : cf.* 858 XII 98 271 *om. Parrhas., interpretatur Servius* ORDINEUI *M* 272 INRIS*am* — *age*BAT *V* inrisam (n *corr. in* r) *γ* Inrisam *b* aiebat *c* 273 *saepe* — *serpe*NS *V* depressus (n *sup.*) *c* haggere *b* serpens (pen *e corr.*) *γ*

aerea quem oblicum rota transit aut gravis ictu
seminecem liquit saxo lacerumque viator;
nequiquam longos fugiens dat corpore tortus,
parte ferox ardensque oculis et sibila colla
arduus attollens, pars volnere clauda retentat
nixantem nodis seque in sua membra plicantem:
tali remigio navis se tarda movebat;
vela facit tamen et plenis subit ostia velis.
Sergestum Aeneas promisso munere donat
servatam ob navem laetus sociosque reductos.
olli serva datur, operum haut ignara Minervae,
Cressa genus, Pholoe, geminique sub ubere nati.

Hoc pius Aeneas misso certamine tendit

TESTIMONIA.

274 'aerea . . . transiit' Servius ge. III 173 Aen. I 295 278 'pars . . . retentat' Arusianus p. 244 L. 279 Priscianus 861. 904 'nexantem n.' Eutychius II 17 282 schol. Hor. a. p. 45 284 schol. Hor. carm. II 4, 3 285 schol. Hor. carm. III 9, 9 'Cressa g. P.' schol. Hor. serm. I 5, 54 Servius Aen. I 316 'Cressa g.' Arusianus p. 233 L.

VARIA LECTIO.

274 *quem — i*CTV *V*[2] Q· [VEM] (*corr. m. rec. ut vid.*) *M* q. [uẽ] *b* OBLICUUM *M* OBLIQVVM *Rc* TRANSIT *R*: *probavit Lachmannus Lucr.* 209, *inpugnatus a Wagnero lectt. Verg.* 316 *sqq.* TRANSIIT *MPγbc* 275 SEM*inecem liqu*IT *V* ſaxum *γ*1 lacerom [v] *γ* 276 longo [ſ] *γ* tortoſ [v] *b* 277 et] PARS *R* 278 arduos *Romanus teste Pierio: ego nihil notavi* adtollenſ *γ* VVLNERE *RVbc* VVLNERA *Pγ*1 klauda *Arusianus* CLAVDA [L] *P* CAUDA *M* CAVDA *V* clauſa *γ*1 clauda *testatur Servius* RETEN*tat V* 279 *om., in mg. add. m.* 2*c* NIXANTEM *PVγ*1*c verbo Lucretiano* NIXANTEM [.·.TE] (*punct. rubr.*) *M* NEXANTEM *Rγ*2*b*, *testantur Priscianus et Eutychius* nodi[ſ] *γ* nodos *χ* PLICAN*tem V* 280 MOVEBAT *ut* III 656 *MRVbc* FEREBAT *Pγ*: *cf.* VIII 199 281 *deletum malit Iac. Bryant, interpretatur Servius* PLENISSUBITOSTIAUELIS *M*: *cf.* I 400 VELISSVBITOSTIAPLENIS *PRVγm*, *nisi quod* oſti[a] *γ* hoſtia *bc* 283 *sociosque redu*CTOS *V* 284 HAV*t V* AUT [II] *M* haud *bc* minerue *γ* 285 Thressa *schol. Hor. carm.* III 9, 9 *genus — nati V* PHOLOE·T *P* VBERA *MP*1*Rγ* gemini . . . nati *interpolata duxit Schwenckius mus. Rhen.* II 470 286 aenea[ſ] *b* CER*tamine — V*

gramineum in campum, quem collibus undique curvis
cingebant silvae, mediaque in valle theatri
circus erat; quo se multis cum milibus heros
consessu medium tulit extructoque resedit
. . . .
hic, qui forte velint rapido contendere cursu,
invitat pretiis animos, et praemia ponit.
undique conveniunt Teucri mixtique Sicani,
Nisus et Euryalus primi,
Euryalus forma insignis viridique iuventa,
Nisus amore pio pueri; quos deinde secutus
regius egregia Priami de stirpe Diores;
hunc Salius simul et Patron, quorum alter Acarnan,
alter ab Arcadio Tegeaeae sanguine gentis;
tum duo Trinacrii iuvenes Helymus Panopesque,

VARIA LECTIO.

287 'gramineum in c.' Isidorus orig. I 33, 4 288 sq. 'media . . . erat' Nonius 432, 22 291 Nonius 251, 11 293 Servius Aen. V 611 298 'quorum a. A.' Probi inst. I 4, 10

TESTIMONIA.

287 GRA*mineum* *V* gramineo in campo *Isidorus* 288 *que* *V* 289 : *cf.* 75 MILLIBVS *R* ero^{s}ſ γ 290 CONSENSU *M* : *cf.* 340 MEDIV^{M} *P* ..medium *c* EXSTRVCTO *MRc* EXSTR*ucto* *V* '*ordo est:* quo se Aeneas medium tulit cum multis milibus, et extructo consessu resedit' *Servius. Mihi incohatam orationem poeta videtur addito versu uno absoluturus fuisse: nam* consessu *dativum esse, ad ablativum autem* extructo *requiri* toro *puto.* 291 Hic (H *c corr.*) *b* Hinc *c*1 contende.re γ 292 *cf.* 486 PRAETIIS *R*γ PRETIS *V* 294 ETET *R* eurialuſ (u *pr. c corr.*) γ curialuſ *b* 295 Eurialuſ *b* inſigni^{ſ} γ INSIGNI *P* 296 'pueri ... *aut genitivus est ... aut distinguendum per se et est nominativus pluralis*' *Servius* QVEM *P*γ1 298 ALIVS *R* ACARNA~ *M* acarna *c*1 299 altera (a *post. cras.*) γ ARCADIA^{D} *P*γ archadia *bc* Tegeaeae *Mentel. alter cum al.* TEGEAEAE *P* TEGAEADE *R* TEGE^{λ}RE DE *M* tegeaede γ*c* teg eac de *b* '*si derivativum fuerit* Tegeaeae, de *non sequitur: si* Tegeae *legerimus, non stat versus nisi addita* de *syllaba. Derivativum autem ille indicat locus* VIII 459' *Servius* 300 *t*VM *P* TRINACRI *M* HELYMVSQ· *R* elymuſ γ helimuſ *b* PANOSPESQ· *M* panopeſſe (*om:* que) *c*1

adsueti silvis, comites senioris Acestae;
multi praeterea, quos fama obscura recondit.
Aeneas quibus in mediis sic deinde locutus:
'accipite haec animis laetasque advertite mentes.
nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.
Cnosia bina dabo levato lucida ferro
spicula caelatamque argento ferre bipennem:
omnibus hic erit unus honos. tres praemia primi
accipient flavaque caput nectentur oliva.
primus equm phaleris insignem victor habeto;
alter Amazoniam pharetram plenamque sagittis
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro
balteus et tereti subnectit fibula gemma;

TESTIMONIA.

301 'comites s. A.' Priscianus 603 Alcuinus gramm. 2090 P. 302 Macrobius Sat. VI 1, 61 305 Servius Aen. V 282 308 Charisius 4 Marius Victorinus 2474 309 : cf. Gellius II 26, 12 'flava . . . oliva' Iulius Rufinianus 255 R. Servius Aen. IV 261 310 Diomedes p. 330 P. 311 'plenamque s.' Arusianus p. 251 L. 311 sq. 'plenamque s. T.' Diomedes p. 292 P. Servius Aen. I 215

VARIA LECTIO.

301 Affueti (ffue *in ras.*) *b* Adfuetif *c*1 302 cof *b*1 303 me[i]dif *b* 304 *om., ima pag. m.* 2 *add. b* 305 [h]oc *b* abibat *γ*1 306 CNOSIA *Pγ* GNOSIA *MRbc* LEUATO *M* 307 ~~C~~A[E]L~~E~~ATAM (C *fort. corr. ex* O) *P* CELATAM *R* FR~~O~~[E]N~~DE~~[RE] *M* ferre *m.* 2 *in ras. c* bipennem *m.* 2 *in ras. c* 308 PRE[λ]MIA (*corr. m. rec. ut vid.*) *M* 309 accipiunt *Hamb. alt.* FLAVA *libri, Gellius et Rufinianus* fulva *Servius Aen.* IV 261 : *etiam ad h. l. comparatur* iaspide fulva *Aen. l. l.* que *om. Rufinianus* capud *c* NETEN[C]TVR (*ut* E *pr. videatur* I *fuisse*) *M* NECTVNTVR *P, Rufinianus* nect[n]etur *b* nectantur *Goth. tert.* 310 PRIMU[S]M (*corr. m. rec. ut vid.*) *M* EQVvM *P* EQVVM *Rγbc* EQU[V]AM *M* FALERIS *Pγ* [h]ab&o *γ* 311 AMPAZONIAM *M* 312 THRE.CHS *M* Thraiciis (Thraeiciis?) *χ* CIRCVMAMPLECTITVR *PRγbc* CIRCVMPLECTITVR *M* 313 BALTHEVS *Rc*1 TERRETI *P* te.reti *γ* TERETRI *M*

tertius Argolica hac galea contentus abito.'
haec ubi dicta, locum capiunt signoque repente
corripiunt spatia audito limenque relincunt,
effusi nimbo similes; simul ultima signant.
primus abit longeque ante omnia corpora Nisus
emicat, et ventis et fulminis ocior alis;
proximus huic, longo set proximus intervallo,
insequitur Salius; spatio post deinde relicto
tertius Euryalus;
Euryalumque Helymus sequitur; quo deinde sub ipso
ecce volat calcemque terit iam calce Diores
incumbens umero, spatia et si plura supersint,
transeat elapsus prior ambiguumque relinquat.
iamque fere spatio extremo fessique sub ipsam
finem adventabant, levi cum sanguine Nisus

TESTIMONIA.

314 Diomedes p. 330 P. Servius in artem sec. Donati 1791 P. schol. Hor. carm. III 3, 39 'Argolica . . . abito' anon. de verbo 20 p. 155 Endl. 315 Macrobius Sat. V 7, 4 316 Nonius 336, 5 318 sq. 'primus . . . emicat' Servius Aen. IX 386 319 'fulminis o. a.' Quintilianus VIII 6, 69 320 sq. 'proximus . . . Salius' Nonius 524, 8 320 Macrobius Sat. VI 2, 34 Arusianus p. 252 L. Diomedes 405 P. Ammianus Marcellinus XIX p. 159 (ed. Hamb. 1609) 323 sq. 'quo . . . volat' Diomedes 407 324 Nonius 29, 16. 415, 2 'calcem . . . Diores' Macrobius Sat. V 13, 5 Nonius 257, 27 Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 28 325 sq. 'spatia . . . prior' Servius Aen. V 225 328 sq. 'levi . . . infelix' anon. de verbo 42 p. 175 Endl.

VARIA LECTIO.

314 Argolica *om. Diomedes* HÁC *M* galea hac *schol. Hor.* 316 ſpatio *γ1* lumen *b1* RELINQVNT *Rb* RELINQUN̄ (V) *M* relinquunt *γc* 317 ETFUSI (*i. e.* ecſusi) *M* simul ultima signant *quomodo explicanda sint dubitat Servius* 318 LONGEQV (E) *P* 320 SED *PRγbc* 321 SALI∴US *M* ſaliiſ *c* 323 HEVRYALVM *P* Eurialum *b* HELEMVS (Heloemus?) *R* haelimuſ *b* QVEM (O) *P* QVOD *MR* quo . *b* c. *c1* q (o) . *c2* 324 volans *Nonii* 29 *exempl.* 325 humero *γb* humeris *χ* 326 ELABSUS *M* QVE *MPRγbcm, Servii Laur. plut.* XII 1 (*deest locus in Cass.*) ve *Heinsiani omnes* 327 IPSAM (V) *M*

labitur infelix, caesis ut forte iuvencis
fusus humum viridisque super madefecerat herbas.
hic iuvenis iam victor ovans vestigia presso
haut tenuit titubata solo, set pronus in ipso
concidit inmundoque fimo sacroque cruore,
non tamen Euryali, non ille oblitus amorum:
nam sese opposuit Salio per lubrica surgens,
ille autem spissa iacuit revolutus harena.
emicat Euryalus, et munere victor amici
prima tenet, plausuque volat fremituque secundo.
post Helymus subit, et nunc tertia palma Diores.
hic totum caveae consessum ingentis et ora
prima patrum magnis Salius clamoribus implet
ereptumque dolo reddi sibi poscit honorem.
tutatur favor Euryalum lacrimaeque decorae
gratior et pulchro veniens in corpore virtus.
adiuvat et magna proclamat voce Diores,
qui subiit palmae frustraque ad praemia venit

TESTIMONIA.

329 schol. Hor. carm. III 4, 29 'caesis ut f. i.' Diomedes 404 331 sq. 'vestigia . . . solo' Priscianus 869. 926 Nonius 182, 10 332 sq. 'sed . . . cruore' Arusianus p. 240 L. 335 Servius Aen. II 474 'per l. s.' Servius Aen. V 84 337 'emicat . . . munere' Diomedes 424 'munere v. a.' Servius ge. I 7 339 'et . . . Diores' Servius Aen. XII 509 343 'lacrimaeque d.' Servius Aen. I 228 344 sq. 'gratior . . . adiuvat' Nonius 501, 30 Arusianus p. 240 L. 344 Seneca epist. 66, 2 'et . . . virtus' Servius ge. I 54

VARIA LECTIO.

329 caecis (ſ superscr.) c 330 Fuſuſ (uſ *post. m. 2 in ras.*) b umum b VIRIDES R MADEFEcERAT P herbaſ (h superscr.) γ2, arma γ1 331 PRESTO (S superscr.) P 332 Haud bc SED *PRγbc* 333 IMMVNDO R immundo in fumo *Arusianus* CRUOREM M *Vulgo fortiter post* cruore *interpungunt.* 334 EVRYALINON (IN *in ras.*) R heuriali non γ 336 arena b 337 eurialuſ γ AMICO (I superscr.) M 339 HELEMVS R helimuſ b D·.·IORES (A *ut vid. eras.*) M 340 CONSENSUM (S superscr.) M : *cf.* 290. 577 CONSENSVM *Rγ1b1* hora b 341 foliuſ γ1 343 TUTATOR (U superscr.) M 344 pulcro c in] e *Seneca* 345 DIORIS *P1* 346 premia γ

ultima, si primi Salio reddentur honores.
tum pater Aeneas 'vestra' inquit 'munera vobis
certa manent, pueri, et palmam movet ordine nemo:
me liceat casus miserari insontis amici.'
sic fatus tergum Gaetuli immane leonis
dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.
hic Nisus 'si tanta' inquit 'sunt praemia victis
et te lapsorum miseret, quae munera Niso
digna dabis? primam merui qui laude coronam,
ni me, quae Salium, Fortuna inimica tulisset.'
et simul his dictis faciem ostentabat et udo
turpia membra fimo. risit pater optimus olli
et clipeum efferri iussit, Didymaonis artem,
Neptuni sacro Danais de poste refixum.
hoc iuvenem egregium praestanti munere donat.

Post ubi confecti cursus, et dona peregit:
'nunc, sicui virtus animusque in pectore praesens,

TESTIMONIA.

350 Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 2 diff. serm. p. 316, 1 ed. Roth. Suetonii. Asper 112, 26 K. 352 'villis . . . aureis' Marius Victorinus p. 89 G. 355 'primam . . . coronam' Servius Aen. I 461. 625 IX 251 356 'ni . . . fortuna' Claudius Sacerdos I 74 363 Seneca epist. 92, 30

VARIA LECTIO.

347 REDDENTVR *Pγ*1 REDDANTVR *Rγ*2 REDDA^{U}NTUR (*corr. m. rec.*) *M* redduntur *bc* 349 manent, pueri et *Nauckius spicil. philol.* 9 : *cf.* 296 350 *cf.* II 93 Mi *c*1 'liceat me miserari: *nam non* me liceat, *sed* mihi liceat *dicimus*' *Servius.* casum *diff. serm.* MISERARI *Mγ*, *Donatus*, *Asper*, *diff. serm.* MISER^{A}ERI (Ɇ *in ras.*) *Pc* MISERERI *Rb* 351 factuſ *b* IMMANI *R* INMANE *M* i^{m}.mane *γ* 352 onerofam *γ*1 honerofum *b* 354 LABSORVM *P* PRAEM^{A}IA *M* 356 QVISALIVM (I *pr. corr. in* E) *P* 357 OSTENTA∴BAT (DE *ut vid. eras.*) *M* 358 ILL^{O}I *M* 359 ᴇFFERRI *P* efferi *γ* ferri *b* DIDYMAEONIS *R* DIDYMA^{O}NIS *M* didimaonif *c* ARTEM *PRγ* arte *m* AR^{I}TES *M* artef *bc* 361 munera *c*1 363 nunc] sed *Seneca* C^{VI} *P* PR^{A}ESENS *M*

adsit et evinctis attollat bracchia palmis.'
sic ait et geminum pugnae proponit honorem,
victori velatum auro vittisque iuvencum,
ensem atque insignem galeam solacia victo.
nec mora: continuo vastis cum viribus effert
ora Dares magnoque virum se murmure tollit,
solus qui Paridem solitus contendere contra,
idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
victorem Buten inmani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
perculit et fulva moribundum extendit harena.
talis prima Dares caput altum in proelia tollit,
ostenditque umeros latos alternaque iactat
bracchia protendens et verberat ictibus auras.
quaeritur huic alius; nec quisquam ex agmine tanto
audet adire virum manibusque inducere caestus.
ergo alacris cunctosque putans excedere palma
Aeneae stetit ante pedes, nec plura moratus

TESTIMONIA.

366 sq. Servius Aen. V 282 366 Servius Aen. II 249 III 174 368—370 'vastis . . . contra' Donatus ad Ter. hec. prol. 2, 25 369 'magno . . . tollit' Servius Aen. V 491 370 Charisius 241 372 'victorem . . . corpore' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 374 Priscianus 897 cf. Gellius II 26, 11 378 sq. 'nec . . . virum' Donatus ad Ter. Phorm. I 4, 52 379 'audet . . . inducere' Arusianus p. 217 L. 'audet a. v.' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 22 380 Charisius 88 Priscianus 647 Donatus ad Ter. eun. II 3, 12 anon. art. gramm. 179 381 'Aeneae . . . pedes' Probi ars minor 694 gramm. Vat. in A. Mai auct. class. V 275

VARIA LECTIO.

364 ATSIT *P* [e]uinctiſ *γb* VINCTIS *P* palmaſ *γ*1 365 & *sup. b* gemitū *c* 366 uictiſ *c* 367 GALEA[M] *M* UICTOR *M* 371 AT *P* 372 butem *c*1 IMMANI *PRγ* 373 BIBRYCIA *R* Bebritia *b*1 amici *χ* 374 PER[C]TULIT *M* Percu[I]tit *b* PERCVTIT *R* perculit *testatur Priscianus* Eᴛ *P* arena *bc*1 376 humeroſ *γb* 377 Brachia *γb* [U] hictibuſ *γ* 378 IIIC *M* ne[c] *b* NE *Rγ* 379 MANIBVS *in ras. R* 380 pugna *bχ*, *Donati exempl.* pugne *c* : *cf.* 383 381 AENEAS *R*

tum laeva taurum cornu tenet atque ita fatur:
'nate dea, si nemo audet se credere pugnae,
quae finis standi? quo me decet usque teneri?
ducere dona iube.' cuncti simul ore fremebant
Dardanidae reddique viro promissa iubebant.
hic gravis Entellum dictis castigat Acestes,
proximus ut viridante toro consederat herbae:
'Entelle, heroum quondam fortissime frustra,
tantane tam patiens nullo certamine tolli
dona sines? ubi nunc nobis deus ille magister,
nequiquam memoratus Eryx? ubi fama per omnem
Trinacriam et spolia illa tuis pendentia tectis?'
ille sub haec: 'non laudis amor nec gloria cessit
pulsa metu; set enim gelidus tardante senecta
sanguis hebet, frigentque effetae in corpore vires.
si mihi, quae quondam fuerat quaque improbus iste
exultat fidens, si nunc foret illa iuventas,

TESTIMONIA.

384 'quae f. s.' anon. art. gramm. 174 Charisii exc. p. 555, 29 K. 386 'reddi . . . iubebant' Donatus ad Ter. Andr. III 3, 1 387 Nonius 251, 20. 314, 32 388 'proximus . . . consederat' Servius Aen. II 2 'viridante . . . herbae' Servius Aen. I 708 390 Probi inst. I 8, 5 395 sq. 'gelidus . . . hebet' schol. Iuven. X 217 396 'sanguis h.' Maximus Vict. de rat. metr. III 3

VARIA LECTIO.

382 iam *Hamb. pr.* LAEVO *Pγ*1 ɪTA *P* 384 ſtanti *Mentel. pr.* q(o) *b* DECEFTUSQ· *M* 385 IBE (V) *P* IUBE·T *M* CUNTI (C) *M* 387 his *Nonii* 251 *exempl.* 388 confiderat *b*1*c* HERBA *Rc*1 herbae *Servius* 389 eroum *γ* condam *b*1 390 PATIENS *P* 391 finiſ *b*1*χ* 392 NEQVICQVAM *Pγ* Ne . qui . quam *b* 393 TRINACRIA (M) *P* 395 SED *PRγbc* DELIDUS (G.) *M* gelituſ, *ut vid.*, *γ*1 396 HABET (E) *M* HABET *R*, *Maximi Vict. Bob.* FRIGET (N) *M* effe . tae *γbc* EFFATAE *P* effractae *Hamb. alt. m.* 2 effetae *Servius* 397 condam *bc* inprobuſ *γb* 398 FOReT *P* IVVENTVS *Pγ*1*m* : *cf. ge.* III 63 iuuentor *c*1 iuuentorſ (v) *c*2 iuuenta *bχ* : *cf.* VIII 160

haut equidem pretio inductus pulchroque iuvenco
venissem, nec dona moror.' sic deinde locutus
in medium geminos immani pondere caestus
proiecit, quibus acer Eryx in proelia suetus
ferre manum duroque intendere bracchia tergo.
obstipuere animi: tantorum ingentia septem
terga boum plumbo insuto ferroque rigebant.
ante omnis stupet ipse Dares longeque recusat;
magnanimusque Anchisiades et pondus et ipsa
huc illuc vinclorum immensa volumina versat.
tum senior talis referebat pectore voces:
'quid, siquis caestus ipsius et Herculis arma
vidisset tristemque hoc ipso in litore pugnam?
haec germanus Eryx quondam tuus arma gerebat
(sanguine cernis adhuc sparsoque infecta cerebro),
his magnum Alciden contra stetit, his ego suetus,

TESTIMONIA.

400 'nec d. m.' schol. Hor. serm. I 4, 13 401 sq. 'in . . . proiecit' Gellius V 8, 5 Macrobius Sat. VI 8, 3 402 sq. 'quibus . . . manum' Donatus ad Ter. Phorm. I 2, 56 Nonius 302, 28 405 'terga b.' Charisius 54. 118 406 Nonius 339, 9 Probi inst. I 9, 10 407 'magnanimusque A.' Isidorus orig. I 36, 11 Claudius Sacerdos I 150 Diomedes 454. 455 Beda de trop. 381 C. 408 diff. serm. in Rothii Suetonio p. 309, 6 Servius Aen. VIII 619 410 'quid . . . ipsius' Probi inst. II 1, 53 'quid . . . Herculis' Claudius Sacerdos II 57

VARIA LECTIO.

399 HAVD *Mγbc* ᴴAVT *R* PRAETIO *Rγc* pulcro *bc* ue *m* 401 IMMANI *PRγ*. 402 erix *b* PROLIA *R* 403 MANV *R* brachia *γ* durisque i. b. loris *Peerlkampus: malim abesse totum hemistichium.* 404 tantorũ (an *in ras. m.* 2) ingentia *b* teucrorum i. *Hamb. alt.* totorum i. *Fabricius* tanto nigrantia *Peerlkampus.* 'animi tantorum; *hic distinguendum est, hoc est* virorum fortium ... *nam stultum est dicere* tantorum boum, *cum dixerit* septem' *Servius* 405 PLVMBO (P *add.*) *P* INSVTO (SV *in ras., sed m.* 1) *P* 406 LONGAE *M* 407 MAGNAANIMUS *M* anchi.ſiadeſ *b* SE·T *M* 408 IMMENSA *R* inmissa (inmessa? *cf.* 662 III 157) *diff. serm.* 410 quiſ (ſ *m.* 2 *in ras.*) *c* erculiſ *γ* 412 quoᶰdã (d *corr. ex* n) *b* 413 ADHVC (D *in ras.*) *P* ſparſo (parſo *m. rec. in ras.*) *c* fracto *χ* : *cf.* 480 414 alcidem *bc* ˢTETIT *M* HISEGO (S *eras. vel in ras.*) *R*

dum melior viris sanguis dabat aemula necdum
temporibus geminis canebat sparsa senectus.
set si nostra Dares haec Troïus arma recusat
idque pio sedet Aeneae, probat auctor Acestes,
aequemus pugnas. Erycis tibi terga remitto
(solve metus), et tu Troianos exue caestus.'
haec fatus duplicem ex umeris reiecit amictum
et magnos membrorum artus, magna ossa lacertosque
exuit atque ingens media consistit harena.
tum satus Anchisa caestus pater extulit aequos,
et paribus palmas amborum innexuit armis.
constitit in digitos extemplo arrectus uterque
bracchiaque ad superas interritus extulit auras.
abduxere retro longe capita ardua ab ictu
inmiscentque manus manibus, pugnamque lacessunt,

TESTIMONIA.

415 sq. 'aemula . . . senectus' Nonius 238, 31 418 Nonius 404, 23 419 'aequemus p.' Arusianus p. 214 L. 422 sq. 'magna . . . exuit' Macrobius Sat. VI 1, 43 Nonius 300, 7 424 Nonius 297, 14 425 Priscianus 861. 903. 904 'paribus . . . armis' schol. Veron. 81, 2 'palmas . . . armis' Diomedes 366 426 Quintilianus VIII 3, 63 Macrobius Sat. V 7, 5 Donatus ad Ter. adelph. II 1, 2 Augustinus de gramm. 1993 P. 'constitit in d.' Nonius 272, 31 428 Marius Victorinus 2481 P. 429 Arusianus p. 244 L.

VARIA LECTIO.

415 VIRIS *M*1*P*1*R*γ VIRES *M*2*P*2*bc* 416 PARSA (S *sup.*) *M* 417 SED *PR*γ*bc* TRO·I·US *M* recu.ſat *b* 418 IT *M* sedet: *cf. Aen.* II 660 IV 15 VII 611 XI 551 placet *malit Peerlkampus* probat (at *m.* 2 *in ras.*) γ 419 aequemuſ (e *post. m.* 2) γ 420 CESTUS (λ *sup.*) *M* 421 humerif *b* DEIECIT (R *sup.*; D *eras.*) *P* 422 QVE *eras. P*, *om. m* 423 exuit: *cf. Aen.* II 153 IV 518 extulit *Macrobius : cf.* 424. 427. 444 confiftit (it *e corr.*) γ arena *b* 424 TUM *M* tunc *Nonii exempl.* 425 INTEXUIT (N *sup.*) *M* innexuit *testantur Diomedes et Priscianus* 427. 426 *bc*
426 *in mg. hoc signum:* ʅ *M* 'constitit: *hic distinguendum propter vitium, ut sit* arrectus in digitos' *Servius* 427 Brachia γ INTERITUS (R *sup. m. rec.*) *R* infritus (t *pr. in ras.*) *b* 428 redduxere *testatur Marius Victorinus* 429 IMMISCENT *Rc* pugnant *c* LACESSVNT *P*
Post hunc v. vulgo fortiter interpungunt.

ille pedum melior motu fretusque iuventa,
hic membris et mole valens; sed tarda trementi
genua labant, vastos quatit aeger anhelitus artus.
multa viri nequiquam inter se volnera iactant,
multa cavo lateri ingeminant et pectore vastos
dant sonitus, erratque auris et tempora circum
crebra manus, duro crepitant sub volnere malae.
stat gravis Entellus nisuque inmotus eodem,
corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit.
ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem
aut montana sedet circum castella sub armis,
nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
arte locum et variis adsultibus inritus urguet.
ostendit dextram insurgens Entellus et alte
extulit: ille ictum venientem a vertice velox
praevidit celerique elapsus corpore cessit;

TESTIMONIA.

430 schol. Hor. epod. XIII 4 432 Nonius 207, 24 Probi inst. I 14, 4 schol. Hor. epod. XIII 4 'genua cum labant Daretis, aeger est anhelitus' Terentianus Maurus 759 'genua l.' Sergius ad Donat. 1831 Cledonius 1885 P. Servius ge. I 397 'vastos . . . artus' Servius Aen. IX 814 437 Probi inst. I 17, 7 438 Macrobius Sat. VI 6, 5 Nonius 296, 16 Arusianus p. 227 L. 'atque . . . exit' Servius Aen. XI 750 441 Priscianus 908 442 Abbo Floriacensis in A. Mai auct. class. V 334 443 sq. 'ostendit . . . extulit' Nonius 297, 22 445 'celeri . . . cessit' Nonius 251, 7

VARIA LECTIO.

430 fractuſ *c*1 431 te[r]mentiſ (ſ *eras.*) *c* 432: *cf.* IX 814 aeger: *cf. Servius Aen.* IX 814 ANHELLITUS *R* 433 NEQUICQUAM *M* u[v]olnera *γ* VVLNERA *MRbc* 434 *in ras. exceptis duabus extremis lit. P* PICTORE *P*1 uaſto *c*1 : *cf. ge.* III 222 *Aen.* I 245 X 716 435 ſonitu[ſ] *γ* SONITVM *P* aureſ *bc* 436 u[v]olnere *γ* VVLNERE *Rbc* 437 NI[S]EV *P* NISVS *R* niſ[u] *γ* IMMOTVS *MRbc* 438 ADQVE *R* VIGILANTIBVS *P* 439 uelud *c* U[E]O[V]LET *M* 440 *spurium habet Peerlkampus, fortasse recte.* 441 NUNCHOSNU[N]CILLOS *M* NUNCILLOSNVNC HOS *R* hos aditus iamque hos *ut* XI 766 *Priscianus* adedituſ *γ* PERRAT *R* pherſat (ſ *corr. in* r) *c* 442 adſ.ultibuſ *γ* irrituſ *γ*2*bc* URGET *M* 443 EXTRAM *P* alte *γ* 444 *in ras. P*

Entellus vires in ventum effudit, et ultro
ipse gravis graviterque ad terram pondere vasto
concidit, ut quondam cava concidit aut Erymantho
aut Ida in magna radicibus eruta pinus.
consurgunt studiis Teucri et Trinacria pubes;
it clamor caelo, primusque accurrit Acestes
aequaevomque ab humo miserans attollit amicum.
at non tardatus casu neque territus heros
acrior ad pugnam redit ac vim suscitat ira
(tum pudor incendit vires et conscia virtus):
praecipitemque Daren ardens agit aequore toto
nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra.

TESTIMONIA.

446—448 'ultro . . . concidit' Iulius Rufinianus 237 R. 449 'radicitus e. p.' Priscianus 1015 P. 451 'it c. c.' Arusianus p. 237 L. Sergius ad Donat. 1844 Cledonius 1863 P. Pompeius 198 L. Servius Aen. I 6 455 Nonius 415, 17 456 Priscianus 705 Claudius Sacerdos I 160 Servius ge. I 50 'praecipitemque . . . agit' Charisii exc. p. 542, 2 K. 457 Donatus ad Ter. adelph. III 2, 8 Servius Aen. I 3 'nunc dextra, nunc ille sinistra' Servius Aen. VI 186

VARIA LECTIO.

446 EFFUNDIT *P* 447 AT (T *corr. in* D) *P* 448—473 *Veron. fol.* 259. 448 *concidit — ery*MANTHO *V* ut] ꝉvT *P* condā *c* herimantho *b* 449 *Aut ida in magna V* RADICITVS *Ry*2c1, *testatur Priscianus : cf. Homerus Il.* Ξ 415 PINus *V* 450 *consurgunt — tr*INACRIA *V* (T *sup.*) ſtudiiſ *sup. c* 451 ID *Pyc* IN *M* It *V* *Clamor — primusque* ACCurrit *acc*ESTES *V* PRIMUS (O· *sup.*) (Q· *minio p.*) *M* occurrit *γ*1*c ut* 36 452 AEQVAEVOM (O *corr. in* V) *P* Aequaeuum *γbc* AEQUUM (M *sup.*) *M* *Aequaevomque ab hu*MO *V* HUNO *M* humo *b* MIS*erans V* ATTOLIT (C *sup.*) *R* 453 *at — ne*QVE *territus heros V* IASU (lapsu *ut* X 750?) *M* 454 ACRIOr*— V* REDI·:·T *M* acum (i *sup.*) *c* *Vulgo post* ira *fortiter interpungunt.* 455 *suspectum habet Iac. Bryant* 455 TV*m — V* TUNC (M *sup.*) *M* tunc *Nonius* *Colon posui post* virtus, *ubi comma alii.* 456 PRA*ecipitemque Daren — to*TO *V* PRAECIPITE *R* darem *γc* ARDENSAGIT (SA *in ras.*) *R* agit *sup. b* 457 NV*nc — sin*ISTRA *V* NUNCDEINDESINISTRA *Mm* nunc ille sinistra *testantur Donatus et identidem Servius, qui ad* VI 186 *tibicinis loco posita esse dicit. Fortiter post* sinistra *interpunxi.*

nec mora nec requies: quam multa grandine nimbi
culminibus crepitant, sic densis ictibus heros
creber utraque manu pulsat versatque Dareta.
tum pater Aeneas procedere longius iras
et saevire animis Entellum haud passus acerbis,
sed finem inposuit pugnae fessumque Dareta
eripuit mulcens dictis, ac talia fatur:
'infelix, quae tanta animum dementia cepit?
non vires alias conversaque numina sentis?
cede deo.' dixitque et proelia voce diremit.
ast illum fidi aequales, genua aegra trahentem
iactantemque utroque caput crassumque cruorem
ore eiectantem mixtosque in sanguine dentes,
ducunt ad navis, galeamque ensemque vocati

TESTIMONIA.

458 sq. 'quam . . . crepitant' Claudius Sacerdos I 163 459 cf. Marius Plotius p. 260 G. 460 Servius Aen. V 457 463 Priscianus 705 cf. schol. Veron. 95, 24 K. 467 Priscianus 1002 P. 'cede deo' Nonius 250, 25 schol. Veron. 95, 26 'dixitque . . . diremit' Servius ge. II 119 Aen. I 5. 18. 27 468—470 Macrobius Sat. IV 1, 2 468 'ast . . . aequales' Nonius 235, 31 471 sq. 'galeam . . . accipiunt'

VARIA LECTIO.

458 Ne[c] mora *b* M*ora n*EC *V* nymbi *γ* 459 CVLM*inibus V* CRE*pit*ANT *V* *sic — ictibus* Heros *V* LICTIBVS *P* HERO·.·S *M* [h]erof *γ* 460 VT*raque — puls*AT *V* 462 SEUIRE·*M* ENTELLUSAUT (MII) (T *ult. corr. in* D) *M*· HAV *P*1 HAVT *P*2*RVγ* haud *bc* SVS (PAS) *P* 463 FIN*em im*POSVIT — *V* IMPOSVIT *Rc* pugnem *c*1 DARETĀ *MR : cf.* 476 464 ac] & *c* fat(v)or *b* 466 *Nihil legi potuit in V* UIRIS *M*1 ni(v)mi(n)a (*corr. m. ant.*) *c* 467 Ce*de V* dixitque . . . diremit *delet Peerlkampus*, *interpretatur Servius*, *qui haec 'vacat* que *metri causa : et maluit perissologiam facere quam uti communi syllaba*, *quae frequens vitiosa est' adnotavit.* 468 *Nihil legi potuit in V* 469 quassantem *χ*, *Macrobii exempl. : cf.* VII 292 XII 894 βάλλοντα *Homerus* *utr*OQVE *V* capud *c* 470 OREIECTANTEM *Mc*1 Ore [e]iectantem *γ*1 OREIACTANTEM *R* ORE*ia*CTANTEM *V* Ore reiectantem *γ*2 ore reiactantem *m* ore reluctantem *Parrhas.*: *an* ore eructantem? MIXTO(S) (S *minio p.*) *Mc* *mixtosque in sang*VINE *V* fanguine edentef *γ*1 471 NAVES *Rbc* galē (*om.* que) *c*1 (galeā *c*2) VOCA*ti V*

accipiunt, palmam Entello taurumque relincunt.
hic victor, superans animis tauroque superbus
'nate dea vosque haec' inquit 'cognoscite, Teucri,
et mihi quae fuerint iuvenali in corpore vires
et qua servetis revocatum a morte Dareta.'
dixit, et adversi contra stetit ora iuvenci,
qui donum astabat pugnae, durosque reducta
libravit dextra media inter cornua caestus,
arduus, effractoque inlisit in ossa cerebro:
sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos.
ille super talis effundit pectore voces:
'hanc tibi, Eryx, meliorem animam pro morte Daretis
persolvo; hic victor caestus artemque repono.'
  Protinus Aeneas celeri certare sagitta

TESTIMONIA.

Macrobius Sat. IV 1, 2   473 schol. Veron. 95, 30 K.   475 'iuvenali in c. v.' Charisius 108   481 Macrobius Sat. III 5, 3   'procumbit h. b.' Cassiodorus de orthogr. 2300 P.   483 sq. 'hanc . . . persolvo' Servius Aen. IV 56   'ut expleret animalis hostiae causas, ipso est usus nomine [483], et ut nuncupata vota significaret, ait per·solvo, quod de voto proprie dicitur' Macrobius Sat. III, 5, 3   485 Macrobius Sat. V 7, 6 Beda de orthogr. 2343 Velius Longus 2243 P.   485 sq. 'celeri . . . ponit' Nonius 320, 32

VARIA LECTIO.

472 pal[m]lam *c*   RELINQVNT *RV* RELINQUIN· *M* relinquunt *c* relinquuut (n *post. in ras.*) *b*   473 ANIMO *V* animis *schol. Veron.* [T]AURO *M*   SVPERB· *R* ſuperb[v]iſ *b*   474—499 *Veron. fol.* 250   474 TEVCRI (VCRI *in ras.*) *R*   475 que *γ*   476 ETQ*ua ser*VETIS REV*ocat*VM *V*   QUA *M* qua. *b*   dar&am *γ* : *cf.* 463   477 AVE[R]RSI *Pγb*   *ora V*   478 A*stabat pug*NAE *V*   ADSTABAT *MRγb*   479 LIBAVIT *R*   CAEST*us V*   480 &ſracto *γ*   in *om. R*, *probavit Fleckeisenus Iahnii annal.* LXI 32   481 examiniſ (*om.* que) *b*   TREMEN[S] *MP*   482 taleſ *b*   effudit *cm*   483 TIBIETERYX (*an* ERERYX?) *V*   meliore *Peerlkampus : cf.* XII 296 meliorem *Servius*   484 VITOR *sive* VETOR *V*   cAESTVS *P*   REPON.. *V* REPONIT *Rc*1, *Servii Laur.* XII 1 (*om. h. l. Cass.*) *cf.* 619   485 PRO*tinus aen*EAS *V*

invitat qui forte velint, et praemia dicit,
ingentique manu malum de nave Seresti
erigit et volucrem traiecto in fune columbam,
quo tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
convenere viri, deiectamque aerea sortem
accepit galea; et primus clamore secundo
Hyrtacidae ante omnis exit locus Hippocoontis.
quem modo navali Mnestheus certamine victor
consequitur, viridi Mnestheus evinctus oliva.
tertius Eurytion, tuus o clarissime frater
Pandare, qui quondam, iussus confundere foedus,
in medios telum torsisti primus Achivos.
extremus galeaque ima subsedit Acestes,
ausus et ipse manu iuvenum temptare laborem.
tum validis flexos incurvant viribus arcus

TESTIMONIA.

487 'malum' schol. Veron. 96, 8 K. 488 cf. schol. Veron. 96 10 K. 489 Nonius 386, 16 490 sq. 'deiectam . . . galea' Servius Aen. IX 268 492 : cf. Macrobius Sat. V 15, 12 'exit l. H.' Charisius 106 493 sq. 'quem . . . consequitur' schol. Hor. carm. III 27, 47 Servius Aen. V 245 495 sq. 'tuus . . . Pandare' Arusianus p. 231 L. Servius ge. I 138 'clarissime' schol. Veron. 96, 19 K. 496 cf. schol. Veron. 96, 20 K. 497 Nonius 413, 27 498 Servius Aen. XI 267 'galea . . . Acestes' Servius Aen. XII 836 500 sq. 'tum . . . viri' Priscianus 1187 P. 'summis incurvant . . . viri' Priscianus 996 Al-

VARIA LECTIO.

486 DICIT *Pγ*, *tuetur Heinsius : cf.* 291 *sq.* PONIT *MRVbc* 487 INGENITI (I *sec. eras.*) *R* ingentem *Bothius* 'ingenti manu, *magna multitudine' Servius* 488 TR$\overset{\lambda}{\Theta}$IECTO *M* f$\overset{v}{i}$ne (i *eras.*) *γ* 489 *in mg.* ⸍ *signum M* tendunt *γ1c1* ferr$\overset{v}{o}$m *γ* 490 delectam *γ* AERE *V* AERA *P* aer$\overset{e}{a}$ *γc* 491 PRIMVM *RV* 492 HYRTACCIDAE *P* OMN*i*S *V* omnif (i *m. ead. corr. in* e) *γ* omnef *b* exiit *c1* HIPPOCOCONTIS *V* hypocoontif *γ* 493 nauali. *c* MENSTHEUS *M* ᵐneftheuf *b* ductor *Schraderus : cf. Servius* 494 VIRIDI (I *tert. in ras.*) *P* uiridi (ridi *m. rec. in ras.*) *c* uiri^{di} *γ* VINCTVS *R* 495 EURYTHHON *Pγ* 496 PAND$\overset{\lambda}{E}$RE *M* PANDERE *R* condam *γc* 497 TELLVM (L *pr. eras.*) *R* PRIM$\overset{V}{\Theta}$S *M* 498 ima] IAM *R* fubcedit *c1* 499 MANVM *V* IUU$\overset{U}{E}$NEM *M* LABORE *ut vid. V* 500 summis incurvant *Prisciani*

pro se quisque viri et depromunt tela pharetris.
primaque per caelum nervo stridente sagitta
Hyrtacidae iuvenis volucris diverberat auras;
et venit adversique infigitur arbore mali.
intremuit malus [timuitque exterrita pinnis
ales, et ingenti sonuerunt omnia plausu].
post acer Mnestheus adducto constitit arcu,
alta petens, pariterque oculos telumque tetendit.
ast ipsam miserandus avem contingere ferro
non valuit: nodos et vincula linea rupit,
quis innexa pedem malo pendebat ab alto;
illa notos atque alta volans in nubila fugit.
tum rapidus, iamdudum arcu contenta parato
tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocavit,
iam vacuo laetam caelo speculatus, et alis
plaudentem nigra figit sub nube columbam.

TESTIMONIA.

cuinus gramm. 2140 Beda de orthogr. 2342 P. 501 Priscianus 1024 Servius Aen. XII 552 504 'adversi . . . mali' Probi inst. I 17, 3 'adversique i. a.' Probi inst. I 17, 4 505 sq. 'timuit . . . ales' Servius Aen. V 215 510 sq. Priscianus 904 511 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 537 512 Servius ge. I 273 Aen. IV 257 513 sq. 'hunc . . . tenens' Nonius 265, 33 515 sq. 'iam . . . plaudentem' schol. Hor. carm. I 3, 34 516 'nigra . . . columbam' Servius Aen. VI 107

VARIA LECTIO.

996 ω, *Alcuinus et Beda Putschii* 503 VOLVCRIsIVVENIS *P* uolucrif iuuenif *γ* uolucref iuuenif *b* DEUERBERAT *M* 505 pennif *bc* 506 'omnia plausu: *alii pennarum dicunt, sed melius est spectantium favore. illud enim est incredibile' Servius. Mihi haec* timuit ... plausu *ex v.* 215 *sq. imitatione orta esse, cum poeta quae de ave additurus erat omisisset.* 510 qui primus nodos *Priscianus* rumpit *b1m* 512 nothof *γ* atq: *m.* 2 *sup. b* ALTA *P* alta (r superscr., l *eras.*) *γ* ATRA *MRbc* : *cf.* 693 *sq.* VOLAN(S) *P* 513 hunc (tunc?) *Nonii exempl.* 'tum: *deinde, et est adverbium ordinis; nam* tunc *temporis est' Servius* IAMDVDVM *Rγ2bc* 514 fratrêq: *c* 515 *in emendandis relictum fuisse a Vergilio putat Wagnerus.* 516 FIGITNIGRAM *P* fi.git nigra *γ* nigra *testatur Servius*

decidit exanimis vitamque reliquit in astris
aetheriis fixamque refert delapsa sagittam.
amissa solus palma superabat Acestes;
qui tamen aërias telum contorsit in auras,
ostentans artemque pater arcumque sonantem.
hic oculis subitum obicitur magnoque futurum
augurio monstrum: docuit post exitus ingens,
seraque terrifici cecinerunt omina vates.
namque volans liquidis in nubibus arsit harundo
signavitque viam flammis tenuisque recessit
consumpta in ventos, caelo ceu saepe refixa
transcurrunt crinemque volantia sidera ducunt.
attonitis haesere animis superosque precati
Trinacrii Teucrique viri, nec maximus omen
abnuit Aeneas, set laetum amplexus Acesten
muneribus cumulat magnis ac talia fatur:

TESTIMONIA.

517 sq. 'decidit . . . aereis' Macrobius Sat. III 8, 4 519 Caper de orthogr. 2242 P. 520 Nonius 260, 4 521 Maximus Vict. de rat. metr. III 2 Diomedes 424 523 'docuit . . . ingens' Nonius 289, 33 524 Servius Aen. XII 864 525 Nonius 240, 13 'liquidis . . . harundo' Servius Aen. VII 699 528 'crinemque v. s. d.' Seneca nat. qu. I 1, 5 531 'sed . . . Acesten' Charisius 51 P

VARIA LECTIO.

517 auftrif *c1* auris *Schraderus observ.* I 3 astris *testantur Macrobius et Servius* 518 AERIIS *Rm*, *Macrobii exempl.* AERIIS *M* Aereif *bc* A...ereif *γ* DELABSA *MP* delapfam *γ1* 520 aerias : *cf. Lachmannus Lucr.* 167 CONTORSIT *Pγb* CONTENDIT (ORS) *M* : *cf.* 497. XII 461 condit (tor *sup. m. rec.*) *c* CONTENDIT *R*, *legit Nonius* 521 artemque patris *vel* artemque paternam *vel* artemque parans *χ* artem pariter *Servii exempl.*, *Diomedis editiones interpolatae*, artemque pater *testatur Maximus Vict.* 522 fubitum *χ ut Montalb. et Rottendorf tert.* SVBITO *MPRγbcψ* 524 UASTES *M* 525 LIQVIDUS (I) *P* 526 UIAMLAMNIS (F M) *M* 527 Comfũpta *c* 529 Attonitof *c1* PRAECATI *R* 531 fed *c* ET *R* acceftem *b* acceſtĩ *c* Acesten *testatur Charisius*

'sume, pater; nam te voluit rex magnus Olympi
talibus auspiciis exsortem ducere honores.
ipsius Anchisae longaevi hoc munus habebis,
cratera inpressum signis, quem Thracius olim
Anchisae genitori in magno munere Cisseus
ferre sui dederat monimentum et pignus amoris.'
sic fatus cingit viridanti tempora lauro
et primum ante omnis victorem appellat Acesten.
nec bonus Eurytion praelato invidit honore,
quamvis solus avem caelo deiecit ab alto.
proximus ingreditur donis qui vincula rupit,
extremus volucri qui fixit harundine malum.

At pater Aeneas nondum certamine misso
custodem ad sese comitemque inpubis Iuli
Epytiden vocat, et fidam sic fatur ad aurem:

TESTIMONIA.

533 'sume p.' Nonius 395, 32 534 'exortem d. h.' schol. Hor. a. p. 305 535 'ipsius A.' fragm. de quant. 11 p. 504 Endl. 537 sq. 'in . . . amoris' Nonius 302, 18 Diomedes 407 541 'nec b. E.' Claudius Sacerdos I 161 542 Donatus ad Ter. eun. II 1, 24 Arusianus p. 223 L. Charisius 240 546 sq. 'comitem . . . vocat' Charisius 113 546 'comitemque i. I.' Probi inst. II 1, 40 Charisius 54 anon. de orthogr. 2796 P. 'inpubis Iuli' Priscianus 707 547 'fidam . . .

VARIA LECTIO.

533 Su.me *c* REX (EX *m. rec.*) *P* MAGNOS *P*1 534 ofpitiif *c*1 EXSORTAM (E *sup.*) *M* exortem *b* exhortẽ *c* HONORES *PRγ*1 HONORES (M *sup.*) *M* honorẽ *γ*2*bc*, *schol. Hor.* 535 *deleri voluit Heckerus in Mnemosynae* I 393 longeui (ui *m.* 2 *in ras.*) *γ* 536 CRATERAM *P* CRATERAM *M* TRACHIVS *P* trachiuf (h *eras.*) *γ* TRACIUS *M* traciuf *c* 537 GENITORIS *M* CISSAEUS *Pγ* CISSAEUS (*puncto rubro*) *M* cifeuf *bc* 539 cingit (ci *m.* 2 *in ras. unius lit.*) *c* uiridenti *b*1 540 omnef *b* ACESTĒ *MRb* 541 bonofγ EURYTHION *M* eurition *γ* HONORE *P*1 HONORI *MP*2*Rybc*, *Servius.* honoris *Marklandus epist. crit.* 106 honore *et* honorem *proposuit Peerlkampus*, *praeferens tamen* honori. 542 ab alto : *cf.* 489. 511 543 que *c* 544 finxit *γ*1 arundine *b* malo *c* 546 INPVBES *P* INPUPBIS (B *corr. ex* P) *M* 547 AEPYTIDEN *R* epytidem *γ* epitydẽ *c* ad auram *γ*1*b* inaure *c*1

'vade age et Ascanio, si iam puerile paratum
agmen habet secum cursusque instruxit equorum,
ducat avo turmas et sese ostendat in armis,
dic' ait. ipse omnem longo discedere circo
infusum populum et campos iubet esse patentis.
incedunt pueri, pariterque ante ora parentum
frenatis lucent in equis, quos omnis euntis
Trinacriae mirata fremit Troiaeque iuventus.
omnibus in morem tonsa coma pressa corona;
cornea bina ferunt praefixa hastilia ferro,
pars levis umero pharetras; it pectore summo
flexilis obtorti per collum circulus auri.
tres equitum numero turmae ternique vagantur
ductores; pueri bis seni quemque secuti
agmine partito fulgent paribusque magistris.
una acies iuvenum, ducit quam parvos ovantem

TESTIMONIA.

aurem' Servius Aen. III 480 XI 42 552 'et . . . patentes' Servius Aen. VI 412 556 'tonsa c. p. c.' Servius Aen. I 701

VARIA LECTIO.

548 et Ascanio] adchanio *c* PVERILLE *Pγ*1 peratum *γ*1 PARA-M-TVS *P* : *quod non displicet. An* paratos? 549 fecum *om. c* AEQVORV̄ *M* 551 DISCEDERE *P* difcendere (i *et* n *eras.*) *γ* DECEDERE *MRbc* 552 INFUSUM (INF *minio p.*) *M* IUSSIT (I *post. corr. in* E) *M* PATENTES *Mb* 553 'incedunt pueri: *aut poetica licentia confundit aetates, ut modo pueros modo iuvenes dicat ... aut certe secundum quosdam sequenti distinctione mutata magistros pueros dicit, sequentes (parentes?) vero maturioris aetatis' Servius conl. eodem ad* 561 554 aequif *γ* euntef *b* 557 Cornua *c*1 ASTILLA *Mc* 558 humero *γc* it *m.* 2 *in ras. c* IET *P* ET (I *sup. minio p.*) *M* ET *Rb*1 &*γ* 'it p.s. : *sic legendum est, ne sit soloecismus' Servius* 560 TRIS *Mb*1*c* NVMEROTVRMAE *P* TVRMAENVMERO *R* 561 'ductores pueri: *hic quidam distinguunt, ut diximus supra'* (553) *Servius* biffeni pueri *b* 563 PARVVS *MPγbc*

nomen avi referens Priamus, tua cara, Polite,
progenies, auctura Italos; quem Thracius albis
portat equus bicolor maculis, vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam.
alter Atys, genus unde Atii duxere Latini,
parvos Atys pueroque puer dilectus Iulo.
*   *   *   *
extremus formaque ante omnis pulcher Iulus
Sidoniost invectus equo, quem candida Dido
esse sui dederat monimentum et pignus amoris.
cetera Trinacrii pubes senioris Acestae

TESTIMONIA.

564 'nomen ... Priamus' Nonius 354, 16 564 sq. 'tua ... progenies' Priscianus 730 565 sq. 'quem ... maculis' schol. Hor. carm. II 19, 23 566 sq. 'vestigia ... albam' Nonius 420, 19. 464, 18 570 'pulcher I.' Claudius Sacerdos I 161 Charisius 245 Diomedes 455 571 sq. 'quem ... amoris' Nonius 32, 21 571 'candida D.' schol. Hor. epod. III 10 XI 27 Servius ecl. V 56

VARIA LECTIO.

564 CARA *P* CLARA *MRγbc*, *Prisciani exempl. cf.* 569 POLITES [L] *MP* POLITES *R* Polite *testatur Priscianus* 565 AVCTVRA (V *alt. in ras.*) *P* AVCTORA *R* THRACHIUS (*puncto rubro*) *M* traciuſ *c* 566 EQVSV *R* EQVvS *P* EQUUS *Myb* aequſ *c* PRIMIS *MP* 567 PEDHS *P* PEDES (I *minio p.*) *M* OSTENTANS *P* '*cum tres dixerit duces, duorum equos commemorat. Sed aut praetermisit, quod ut consequeretur necesse erat ... aut illo reddidit loco:* cetera pubes senioris Acestae fertur equis. *Quamquam multi distinctione mutata tres equos commemorant, ut sit primus equus* bicolor maculis, *et de alio dicatur* vestigia primi Alba pedis, *i. e. primorum pedum vestigia. Et* frontem albam ostentabat alter' *Servius.* 568 atuſ *γ* atiſ *b1* ATYI *PRγbc* ATTYI *M* atii, atti, attii *χ* DUXERE (I *eras.*) *M* 569 PARVVS *MRγbc* atiſ *b1* *Post hunc v. non dubito quin equum pueri descripturus esset poeta.* 570 FORMAM *M* om̃ſ *c* 571 SIDONIOST *P* SIDONIO EST *Mγbc* SIDONIOES (T *sup. m. rec.*) *R* 572 *tibicinis loco interim positum esse puto: cf.* 538 573 Caetera *b* TRINACRII *P1Rb*, *a in lemmate scholii*, *Menag. pr.*, *Rottend. pr.* TRINACRI[A]E *P2* TRINACR[I]AE *M* trinacria *a1* trinacriae *γa2cψ* : *cf.* 555 trinacriis *in quo libro legatur nescio.* acefte *γ*

fertur equis.
excipiunt plausu pavidos gaudentque tuentes
Dardanidae veterumque adgnoscunt ora parentum.
postquam omnem laeti consessum oculosque suorum
lustravere in equis, signum clamore paratis
Epytides longe dedit insonuitque flagello.
olli discurrere pares, atque agmina terni
diductis solvere choris rursusque vocati
convertere vias infestaque tela tulere.
inde alios ineunt cursus aliosque recursus
adversi spatiis, alternosque orbibus orbes
impediunt, pugnaeque cient simulacra sub armis;
et nunc terga fuga nudant, nunc spicula vertunt
infensi, facta pariter nunc pace feruntur.

TESTIMONIA.

575 sq. 'excipiunt . . . Dardanidae' Nonius 413, 33 579 'insonuitque f.' Arusianus p. 236 L.

VARIA LECTIO.

575 ga(v)tdeq; *c* tue(nt)tiſ *c*1 576 Dardanide *γ* ADGNOSCVNCT *P* AGNOSCUNT *Myb* agno(d)ſ c(v)ant *c* R PARENTVM *P* ora parentum: *cf.* 553 577 OMNEM (EM *in ras. et m.* 2 *ut vid.*) *P* COSSE(N)NSU(S)M *M* conſeſſ(v)e *c* CONCESSVM (V *in ras.*) *P* conceſſum *γ*1 con.eſſum *b*1 : *cf.* 290. 340 VIII 636 578 *et* 579 *inverso ordine Pγ* (*ad p. in mg.* B̄ *et* Ā *P*) 578 ſignom *c*1 PARE(λ)NTIS *M* 579 EPYTIDES (D *in ras. et m.* 2) *P* AEPYTIDES *R* 580 AGMINE *P* (t)ernif (t *e corr.*, ſ *eras.*) *γ* ternif *b* 581 DEDVCTIS *MR* corif *γ* ru(r)ſuſ *c* VOCATI (V *in ras. m.* 2 *ut vid.*) *P* 584 ADVERSI *MR* ADVERSIS (D *in ras.*) *P* Aduerſiſ *ybc*, *ut utrum genuinum sit dubitem.* auersis *Zulich.* aduersos *Erf.* SPATI(IS) *M* ALTERNIS *R* 585 INPEDIUNT *Pybc* SIMVLACHRA *R* 586 nuncdant (nc *eras.*) *γ* fugae *bc*2*χ* SPECULA *M*1 ſpica(vla) *c* uertunt, at uerſant *γ* uertunt (t *pr. m. rec.*) *c* 587 INFE(N)SSI *M* PARTE (T *corr. in* C) *M*

ut quondam Creta fertur Labyrinthus in alta
parietibus textum caecis iter ancipitemque
mille viis habuisse dolum, qua signa sequendi
frangeret indeprensus et inremeabilis error:
haut alio Teucrum nati vestigia cursu
impediunt, texuntque fugas et proelia ludo,
delphinum similes, qui per maria umida nando
Carpathium Libycumque secant.
hunc morem cursus atque haec certamina primus
Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,
rettulit et Priscos docuit celebrare Latinos,
quo puer ipse modo, secum quo Troïa pubes;
Albani docuere suos; hinc maxima porro

luduntque per undas.

TESTIMONIA.

588 Augustinus de gramm. 2011 P. 'quondam . . . alta' Isidorus orig. II 21, 24 Servius Aen. III 414 589 'parietibus . . . iter' Macrobius Sat. V 14, 2 Charisius 3 Marius Victorinus 2474 P. 'parietibus t. c.' Probi inst. I 14, 4 592 sq. 'haud . . . impediunt' Nonius 331, 13 594 'delphinum s.' Arusianus p. 259 L. 595 'Carpathium L. s.' schol. Hor. carm. IV 5, 9 598 'Priscos . . . Latinos' Servius Aen. I 7 600 sq. Servius Aen. I 7

VARIA LECTIO.

588 condam *c* LABYRINTUS *M* labirinthuſ *b*1 laberinthuſ *c* Cretae . . . altae *Servius Aen.* III 414 589 CAESIS *P* caeciſ-(c *utraque in ras.*) *c* caecis *Servius* 590 VIVIS *P* QUAE *M* 591 FRANGERET *PRγbm* 'frangeret, *deciperet, falleret*' *Servius.* Falleret (*in mg.* at frangeret. duplicaret) *c* FALLERET *M* INDEPRENSUS *M* indeprehenſuſ *b*1 592 Haud *b* . . haud *c* ALIOTER (O *eras.*) *R* alit (t *c corr.*) *γ* alit *Nonii Wolf.* aliter *bm, Nonii ω* NATITEUCRVM *Pγ* 593 INPEDIVNT *Pb* PRAOELIA *P* 594 ſimile *γ*1 595 CARPHATIVM *MPγ* Carſathiũ *b* CARPATHIVM *Rc* lybicũq; (cũq; *in ras.*) *b* LVDVNTQVEPERVNDAS *Rc*, *literis miniatis m. rec. add. M*, *m. rec. add. γ*, *om. Pm* ſecant luduq: per undaſ *m.* 2 *in ras. b* 596 *om.*, *ima pag. m.* 2 *add. b* hos cursus *χ* 597 aſcanium *γ*1 moriſ *c* co . *c* cingeret, at c̄der& *γ* 598 R&ulit *γ* Priscos : *cf. Beckerus antiq. Rom.* II 1 *p.* 8 *adn.* 8 pricoſ *b* 599 *displicuit Heynio* 600 ALBINI *M*

accepit Roma et patrium servavit honorem;
Troiaque nunc, pueri Troianum dicitur agmen.
hac celebrata tenus sancto certamina patri.

Hinc primum Fortuna fidem mutata novavit.
dum variis tumulo referunt sollemnia ludis,
Irim de caelo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, ventosque adspirat eunti,
multa movens necdum antiquum saturata dolorem.
illa, viam celerans per mille coloribus arcum,
nulli visa cito decurrit tramite virgo.
conspicit ingentem concursum et litora lustrat,
desertosque videt portus classemque relictam.
at procul in sola secretae Troades acta
amissum Anchisen flebant, cunctaeque profundum
pontum aspectabant flentes. heu tot vada fessis
et tantum superesse maris, vox omnibus una.
urbem orant, taedet pelagi perferre laborem.

TESTIMONIA.

603 Arusianus p. 264 L. 606 Servius Aen. IV 92 608 'necdum a. s. d.' Arusianus p. 261 L. 609 Macrobius Sat. VI 6, 4 'per m. c. a.' Asper 114, 21 'mille c. a.' Asper 112, 13 613 Servius ecl. II 24 gloss. in Barthii adv. XXXVII 5

VARIA LECTIO.

601 HONOREM~ *M* 602 NVNCPVERI· *M* '*ut ait Suetonius Tranquillus: lusus ipse* ... Troia *vocatur' Servius* AMEN (G sup.) *M* 603 HAEC *P* Haec *γ*1 Ac·*c* hac *testantur Arusianus et Servius* caelebrate *c* *Versu satis ieiuno facile caruerim.* 604 HINC *PRγb* HIC *Mc* 605 ſolemnia (l sup.) *b* ſolemnia *γ* ſollẽpnia *c* 607 que] Q· *m. rec. sup. R* aſpirat *b* 608 ANTIQVM *Rc* ANTIQVvM *P* antiquum *γb* 609 CELEBRAN (S sup.) *M* 611 CONSESSVM (CUR sup.) *M* : *cf.* 340. 577 613 INSULA *M*1 SECRETA (E *sup. minio p.*) *M* ſecreta[e] *b* at solae procul in secreta *gloss. Barth.* troiadeſ *c*1 ACTA·E *M* 614 ANCHISAEN (h sup.) *M* anciſen *γ* FLEBAT (N sup.) *M* CUNCTA (E sup.) *M* conctae (v sup.) *c* 615 SPECTABANT (A sup.) *M* '*multi* flentes heu *distinguunt, ut sit* miserabiliter flentes ... *alii* heu *a mulieribus dictum accipiunt' Servius.* 617 PERFRRE *P*

ergo inter medias sese haut ignara nocendi
conicit, et faciemque deae vestemque reponit;
fit Beroe, Tmarii coniunx longaeva Dorycli,
cui genus et quondam nomen natique fuissent;
ac sic Dardanidum mediam se matribus infert.
'o miserae, quas non manus' inquit 'Achaica bello
traxerit ad letum patriae sub moenibus! o gens
infelix, cui te exitio Fortuna reservat?
septima pos Troiae excidium iam vertitur aestas,
cum freta, cum terras omnis, tot inhospita saxa
sideraque emensae ferimur, dum per mare magnum
Italiam sequimur fugientem et volvimur undis.
hic Erycis fines fraterni atque hospes Acestes:
quis prohibet muros iacere et dare civibus urbem?

TESTIMONIA.

618 'haud i. n.' Arusianus p. 236 L. 620 schol. Veron. 98, 2 K. 621 schol. Veron. 83, 24 K. Servius Aen. II 89 623 'o ... manus' Claudius Sacerdos I 81 626 Macrobius Sat. IV 3, 16 629 'Italiam ... volvimur' Marius Plotius p. 259 G. 'Italiam s. f.' Servius Aen. IV 361

VARIA LECTIO.

IM I
620 BEROETMARII *Pc*2 bero & marii *γ* VEROETMARI *R* BEROEMARI (IM *del. minio*, I *sup. rubra*) *M* beroe marii *Mentel. pr.*, *χ* bero .. mari. *c*1 beroemari *b* beroe ismarii *χ* : *cf. Lachmannus Lucr.* 272 Tmari *schol. Veron.* 'Marii Doricli *trachii* .t. marus *enim est mons trachiae*' *Servii Laur.* XII 1, Marii *et* Marus *Bern.* 165, Tmarii *et* Tmarus *Bern.* 172 (*deest locus in Cass.*): *cf. ecl.* VIII 44, *Wagnerus lect. Verg.* 337 *sq.* et miseri *Hofmannus* CONIVX *Rb*1 doricli *b*1 621 nomen quondam *schol. Veron.* 622 AD *Pγ* SI *M* EDIAM *P* SE *sup. P* 623 O *M* 624 AT *P* lo&um *γ* o] Q· *R* 626 'septima: *atqui et Dido dixit* (I 755): nam te iam septima portat . . . *unde apparet hanc octavam fuisse, quod et ab Anchisae morte indicat annus inpletus. Ergo constat, quaestionem hanc unam esse de insolubilibus, quas non dubium est emendaturum fuisse Virgilium*' *Servius : cf. Lehrs Arist.* 225 poſtroiae*b*1*c*, *Servii Bern. a* POSTTROIAE *MPRyb*2 exidium *γ*2 exitium *γ*1 627 omneſ *c* inoſpita *b* 628 EMENSE *M* ferimuſ *b*1 TVLIMVS *R* 631 QUI *M* QVID *Rc* MURO *M*

o patria et rapti nequiquam ex hoste penates,
nullane iam Troiae dicentur moenia? nusquam
Hectoreos amnis Xanthum et Simoenta videbo?
quin agite et mecum infaustas exurite puppis.
nam mihi Cassandrae per somnum vatis imago
ardentis dare visa faces: "hic quaerite Troiam,
hic domus est" inquit "vobis". iam tempus agi res,
nec tantis mora prodigiis. en quattuor arae
Neptuno; deus ipse faces animamque ministrat.'
haec memorans prima infensum vi corripit ignem
sublataque procul dextra conixa coruscat
et iacit. arrectae mentes stupefactaque corda
Iliadum. hic una e multis, quae maxima natu,
Pyrgo, tot Priami natorum regia nutrix:
'non Beroe vobis, non haec Rhoeteia, matres,
est Dorycli coniunx: divini signa decoris
ardentisque notate oculos, qui spiritus illi,

TESTIMONIA.

632 Macrobius Sat. VI 6, 16 635 Donatus ad Ter. adelph. V 8, 6 638 'iam . . . res' Consentius 2059 P. 642 sq. 'sublata . . . iacit' Nonius 327, 17. 385, 27 643 Velius Longus 2215 P. 645 'Pyrgo t. P. n.' Probi inst. I 4, 6 646 'non Beroe v.' Probi inst. I 4, 5

VARIA LECTIO.

632 O M et] o *Macrobii exempl.* hofte γ 633 NVMQVAM *R* 634 haectoreof *γb* AMNIS *M* amnef *b* MANES *R* xantum γ SIMOENTE *M* 635 infauftaf (au *e corr.*) γ PVPPES *PRγc* pupef *b* 636 MI *P* cafandrae *b* cafandrae *c* per somnum Cassandrae *m* 637 IVSSA *P* FACLES *R* QUERITE *M* 638 AGIT *R* agi *testantur Consentius et Servius* 639 quatuor *c* RAE *M* 640 Neptuno (o *e corr.*) γ ANIMAM *R* : *cf.* VIII 403 animũ (u *in ras.*) *b* ANIMVM *MPγc* flammam *Venet. m.* 2 641 infeffum *c*1 642 conexa *Nonii exempl.* 643 arectae γ 644 E *M* 645 CONVTRIX (*volueral* coniunx, *velut* II 783 *al.*) *P* 646 ROETHEIA *R* RHOETAE·I·A·M *M* r&heia *c* 648 ARDENTES *Rb*

quis voltus vocisque sonus vel gressus eunti.
ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui
aegram, indignantem, tali quod sola careret
munere nec meritos Anchisae inferret honores.'
haec effata.
at matres primo ancipites oculisque malignis
ambiguae spectare rates miserum inter amorem
praesentis terrae fatisque vocantia regna:
cum dea se paribus per caelum sustulit alis
ingentemque fuga secuit sub nubibus arcum.
tum vero attonitae monstris actaeque furore
conclamant, rapiuntque focis penetralibus ignem,
pars spoliant aras, frondem ac virgulta facesque
coniciunt. furit inmissis Volcanus habenis
transtra per et remos et pictas abiete puppis.
nuntius Anchisae ad tumulum cuneosque theatri
incensas perfert navis Eumelus, et ipsi

TESTIMONIA.

649 'vocis . . . euntis' Servius Aen. VI 50 650 'ipsa . . . Beroen' Charisius 241 661 'pars s. a.' Servius Aen. V 237 663 Probi inst. I 14, 4 Pompeius 389 L. 'transtra . . . remos' Charisius 246 Diomedes 456 Servius in Donatum 1799 Sergius 1856 Cledonius 1931 P. Servius Aen. II 162 ecl. VI 19

VARIA LECTIO.

649 QUI *Mγ2c : cf. Wagneri quaest. Verg.* XXII 5 VVLTVS *MRγ2bc* uocifue *c*, *Servii Aen.* VI 50 *ex.* vel] ET *P* euntiſ *c2χ*, *Servii exempl.* VI 50 650 Ipſam *b* berohe[n] *b* DIGRAESSA *P* 651 QVO *R* 652 INFERRE *R* 654 AD *Pγ1* ancipitiſ *b1* MALIGNAE *R* 'malignis, *pro* ipsae malignae' *Servius* 655 AMBIGUE (λ suprascr.) *M* ambigue *c* expectare *bc1* 656 TERRAS *R* 657 DE *R* a.liſ (*eras.* l, l *corr. ex* t) *γ* 659 adtonitae *γb* 660 *sq. Recte distinxit orationem Henry. Vulgo* pars . . . coniciunt *separata a ceteris inter se coniungebant.* 661 Par[ſ]ſpoliant *b* fro[n]dem *c* ac *suprascr. b* 662 COICIVNT *R* IMMISSIS *Mb* : *cf.* XI 889 IMMENSIS *R* : *cf.* 408 u[v]olcanuſ *γ* UULCANUS *Mbc* 663 PEREMOS *M* factas *vel* textas *Schraderus : cf. Servius* habi&e *γ* PVPPES *PRγc*, *fortasse hic rectius.* pu[p]peſ *c* 664 AT *M1P* [h]teatri *γ* teatri *c* 665 *repetitur post v.* 689 (*eadem pag.*) *γ* naueſ *c* heumeluſ *γ*

respiciunt atram in nimbo volitare favillam.
primus et Ascanius, cursus ut laetus equestris
ducebat, sic acer equo turbata petivit
castra, nec exanimes possunt retinere magistri.
'quis furor iste novos? quo nunc, quo tenditis' inquit,
'heu miserae cives? non hostem inimicaque castra
Argivom, vestras spes uritis. en, ego vester
Ascanius!' galeam ante pedes proiecit inanem,
qua ludo indutus belli simulacra ciebat.
accelerat simul Aeneas, simul agmina Teucrum.
ast illae diversa metu per litora passim
diffugiunt, silvasque et sicubi concava furtim
saxa petunt; piget incepti lucisque, suosque
mutatae adgnoscunt, excussaque pectore Iuno est.
sed non idcirco flamma atque incendia vires
indomitas posuere; udo sub robore vivit
stuppa vomens tardum fumum, lentusque carinas
est vapor, et toto descendit corpore pestis,

TESTIMONIA.

673 'galeam . . . inanem' Nonius 326, 18 diff. vocum 2 p. 226 Endl. Servius Aen. V 556 674 'belli s. c.' Macrobius Sat. VI 1, 28 678 'piget i. lucisque' Arusianus p. 254 L. 681 sq. 'udo . . . fumum' Macrobius Sat. VI 6, 18 683 'et . . . pestis' Isidorus orig. IV 6, 18 Servius Aen. I 70 IV 90 IX 540 X 55

VARIA LECTIO.

667 afchaniuf *γ* ut] EvT *P* VI *R* EQUESTRES *M* 669 EXANI-M^{E}IS (*corr. minio*) *M* MAGIS^{R}TI *M* 670 NO^{V}VS *P* NOVVS *MRγbc* quo nunc contenditif *b* 671 MISERE *Rγ* ^{h}oftem *γ* inimica^{q}: .*c* 672 ARGIVVM *PRγbc* ARG^{I}UUM *M* 673 aënam *Peerlkampus* inanem *testantur Servius et Nonius* 674 ciebant *Macrobii Par.* 1 vehebat *Cantabr.* : *cf.* 585 675 ATCELERAT *MP* ACCEPERAT *R* Adcelerant (d *corr. in* c) *γ* A^{c}celerat *c* AGMIN$^{\lambda}$E *M* 677 furtim *m. rec. c* 678 ^{v}licif *b* 679 MVLTATE *R* MUT$^{\lambda}_{E}$, TAE *M* AGNOSCUNT *Mb* quae *γ*

680 FLAMMA^{M} *P* FLAMMAM (*corr. minio*) *M* flammam *γ*1 FLAMMAE *Rγ*2*bψ* flamme *c* ADQVE *R* IMPENDIA *R* 681 udo] duro *Macrobii ω exc. Par.* 1 682 'stippa *secundum antiquam orthogra-*

nec vires heroum infusaque flumina prosunt.
tum pius Aeneas umeris abscindere vestem
auxilioque vocare deos et tendere palmas:
'Iuppiter omnipotens, si nondum exosu's ad unum
Troianos, siquid pietas antiqua labores
respicit humanos, da flammam evadere classi
nunc, pater, et tenuis Teucrum res eripe leto;
vel tu quod superest infesto fulmine Morti,
si mereor, demitte tuaque hic obrue dextra.'
vix haec ediderat, cum effusis imbribus atra
tempestas sine more furit, tonitruque tremescunt
ardua terrarum et campi: ruit aethere toto
turbidus imber aqua densisque nigerrimus austris,
implenturque super puppes, semusta madescunt
robora, restinctus donec vapor omnis et omnes
quattuor amissis servatae a peste carinae.

At pater Aeneas, casu concussus acerbo,

TESTIMONIA.

687 Probi inst. I 11, 2 'si . . . unum' Arusianus p. 214 L. gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 689 'da . . . classi' Arusianus p. 226 L. 690 'et . . . leto' Nonius 411, 29 691 sq. 'vel . . . demitte' Diomedes 412 691 'vel . . . superest' Claudius Sacerdos I 72 693 sq. 'effusis . . . furit' schol. Hor. epod. XIII 1 699 'servatae . . . carinae' Arusianus p. 260 L.

VARIA LECTIO.

phiam' Servius 684 Ne[c] b 685 EVMERI *R* humerif *γb* ABSCIDERE *R* EXCINDERE *M* 687 omnipudenf *c* EXOSVS *MPRγ2bc* exofum *γ1* 688 QUIT *MR* 689 claffe *c1* 690 AET *P* : *an* ac? ERIPE *M* lo&o . *γ* 691 quod superest, *scil.* de classe: *cf.* 796 692 DIMITTE *MPγ1b1c1*, *Diomedis Monac.*, *exc. Paris.* hic *sup. c* obrue .. *γ* tua . . . dextra *om. Hamb. sec. m.* 1 693 EFFVS[IS] *P* 694 sine] SI *R* TRONITRV *Rb* 695—697 *om. Mentel. alt.*

695 CAMPI *Rγ2c* cãpi (i *m.* 2 *in ras.*) *b* CAMPIS *M* CAMPIS (IS *in ras.*) *P* campif *γ1* campo *Hugen.* AETERE *R* 696 Turpiduf *c* 697 fem . ufta *b* 698 REXTINCTVS *Pγ1* omnes] oñf *c* 699 fervate a poste carinam *Arusiani cod.* feruatæ a *γ2* feruata . *γ1* carinif *c1* 700 [A]ET *M*

nunc huc ingentis, nunc illuc pectore curas
mutabat versans, Siculisne resideret arvis
oblitus fatorum, Italasne capesseret oras.
tum senior Nautes, unum Tritonia Pallas
quem docuit multaque insignem reddidit arte
(hac responsa dabat vel quae portenderet ira
magna deum vel quae fatorum posceret ordo),
isque his Aenean solatus vocibus infit:
'nate dea, quo fata trahunt retrahuntque sequamur;
quidquid erit, superanda omnis fortuna ferendo est.
est tibi Dardanius divinae stirpis Acestes.
hunc cape consiliis socium et coniunge volentem,
huic trade amissis superant qui navibus et quos
pertaesum magni incepti rerumque tuarum est,
longaevosque senes ac fessas aequore matres
et quidquid tecum invalidum metuensque pericli est
delige, et his habeant terris sine moenia fessi:
urbem appellabunt permisso nomine Acestam.'

TESTIMONIA.

703 'oblitus f.' Servius Aen. II 148 XI 866 704 sq. 'tum . . . docuit' Servius Aen. II 166 704 'tunc s. N.' Servius Aen. V 728 706 sq. 'vel quae . . . ordo' Servius Aen. X 8 710 schol. Hor. carm. I 24, 19 712 'et c. v.' Servius Aen. V 749 713 sq. 'et quos . . . tuarum' Arusianus p. 253 L. 715 'longaevosque s.' Servius Aen. VI 764 716 Arusianus p. 247 L

VARIA LECTIO.

702 MVTABAT (T *pr. in ras. vel. eras.*) *R* motabat *m* nutabat *Peerlkampus* RESI[RE]DET *P* 703 fa.torum *b* 704 nautiſ (i *m. ead. corr. in* e) *γ* unum *sup. c* 706 Hac *c*1, *Dietschius theol. Verg.* 28 HAE[A]C *MPRγbc*2 hic *Morel. quartus* que *γ* 707 QVE *P* 708 *om. Hugen. m.* 1 HISQVE *R* AENEAM *Rc* 709 *in mg.* Γ *signum M* quo] que *c*1 RETRAHVN[T] *P* 710 Quicquid *γbc* 711 Eſtibi *c* 712 conſilii *bc*2 CONIV[N]GE *P* coniu[n]ge *γ* 714 Perteſum *γ* INCER[P]TI *P* est *om. m, Arusianus* 715 LONGEUOS *Mγ* 716 quicquid *γb* qui[c]quid *c* metuenſ[ı:] *c* 717 Delege *Wall.* Dilige *c*1 et] RET (R *del. minio*) *M* FESSIS *Pc* 718 APPELLAB[V]ANT *Pγc* appellabant *m* ACETEM *R* aceſtē *c*1

Talibus incensus dictis senioris amici
tum vero in curas animo diducitur omnis.
et Nox atra polum bigis subvecta tenebat.
visa dehinc caelo facies delapsa parentis
Anchisae subito talis effundere voces:
'nate, mihi vita quondam, dum vita manebat,
care magis, nate, Iliacis exercite fatis,
imperio Iovis huc venio, qui classibus ignem
depulit, et caelo tandem miseratus ab alto est.
consiliis pare, quae nunc pulcherrima Nautes
dat senior: lectos iuvenes, fortissima corda,
defer in Italiam. gens dura atque aspera cultu
debellanda tibi est Latio. Ditis tamen ante
infernas accede domos et Averna per alta
congressus pete, nate, meos. non me impia namque
Tartara habent tristes umbrae, sed amoena piorum
concilia Elysiumque colo. huc casta Sibylla

TESTIMONIA.

720 Probi inst. I 11, 1 722 sq. 'visa . . . Anchisae' Servius Aen. VI 284 722 Servius Aen. IV 242 724 sq. 'nate . . . magis' Servius Aen. IV 31 725 'nate . . . fatis' Nonius 294, 33 726 'imperio . . . venio' Servius Aen. IV 267 730 sq. 'gens . . . est' schol. Hor. carm. I 35, 10 730 'defer in I.' Nonius 289, 23 731 sq. 'Ditis . . . domos' Servius Aen. VI 103 734 sq. 'sed . . . colo' schol. Hor. carm. II 13, 23 735 sq. 'huc . . . ducet' schol. Hor. carm. III 8, 7 Servius Aen. VI 116

VARIA LECTIO.

719 ACCENSVS *R* 720 ANIMO *MPR : cf.* VIII 370 X 680 animo *γbc* animos *anthol. Lat.* III 81, 64 animum *ut* I 579 IV 395 V 869 *Servius et Probus inst. legerunt.* DEDVCITVR *Rγ2b* omnes *b* 722 FACIESCAELO *Rγbc* DELABSA *P* 723 TALES *Rγ2b* 724 VITAE *R* 725 nate Iliacis] ILLACE(s)NATES (L *post. corr. in* I) *M* 728 PERE *R* que *γ* pulcerrima *c* 729 l(c)&os *γ* 730 ADQVE *R* C∴ULTU *M* 731 ESTLATIO *P* LATIOEST *MRγbc* Latio, *om.* est, *χ* (T)AMEN *P* 732 ACCENDE *M* 733 complexus *m* 734 TRISTES *PRγψ* tristis *c1* TRISTES(VE), (*corr. minio*) *M* tristes[ve] *b* tristesq: *c2* SET *M* AMOEN∴A *M* 735 elisium *c* aelisium *γ* sibilla *γ*

nigrarum multo pecudum te sanguine ducet.
tum genus omne tuum et quae dentur moenia disces.
iamque vale; torquet medios Nox umida cursus,
et me saevos equis Oriens adflavit anhelis.'
dixerat, et tenuis fugit ceu fumus in auras.
Aeneas 'quo deinde ruis? quo proripis?' inquit,
'quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?'
haec memorans cinerem et sopitos suscitat ignis,
Pergameumque larem et canae penetralia Vestae
farre pio et plena supplex veneratur acerra.

Extemplo socios primumque arcessit Acesten,
et Iovis imperium et cari praecepta parentis
edocet et quae nunc animo sententia constet.
haut mora consiliis, nec iussa recusat Acestes.
transcribunt urbi matres populumque volentem
deponunt, animos nil magnae laudis egentes.

TESTIMONIA.

737 Servius Aen. VI 717 738 sq. 'torquet . . . anhelis' Gellius III 2, 15 Macrobius Sat. I 3, 10 738 'torquet . . . cursus' Servius Aen. I 108 739 'et me . . . oriens' Claudius Sacerdos I 79 740—742 et VI 700 sq. quasi unum locum laudat Macrobius Sat. V 7, 8 740 'et . . . auras' Servius Aen. II 696 744 Priscianus 692 'Pergameumque l.' Probi inst. II 1, 32 745 schol. Hor. carm. III 23, 3 'et . . . acerra' schol. Persii II 5 750 'transcribunt u. m.' Arusianus p. 265 L. 751 Donatus ad Ter. eun. IV 5, 9

VARIA LECTIO.

738 UALEX *M* currus *Servii Aen.* I 108 *exempl.* 739 SAEVOS *P*1 SAEVVS *MP*2*Rγbc* Phoebus *Claudius Sacerdos* saevus *testatur Servius* AEQVIS *P* ANHELLIS *R* AN(E)HELIS *M* 740 *cf. ge.* IV 499 AD *P ut* 861 in ad (ad *eras.*) *γ* 741 (DE) INDE *M* 742 au^t *c* 742 cũplexib; *c* 743 IGNES *Ryb* INGNES *P* 744 Pergammeum *γ* uefte *γ* 745 ACCERRA (*puncto rubro*) *M* 746 Extimplo *c*1 ACCERSIT *MRγ*2*c* a(c)cerfit *b* acceftem *bc* 747 (&)cari .. (*eras.* &) *γ* 748 : *cf.* IX 191 749 HAVT (H *in mg. add.*) *M* HAVD *Pγbc* 750 UOLANTE(E)M *M* 751 NIHIL *M* NIHIL *PRγ*1*c*1 EGE(N)STES (N *minio p.*) *M*

ipsi transtra novant flammisque ambessa reponunt
robora navigiis, aptant remosque rudentisque,
exigui numero, set bello vivida virtus.
interea Aeneas urbem designat aratro
sortiturque domos, hoc Ilium et haec loca Troiam
esse iubet. gaudet regno Troianus Acestes,
indicitque forum et patribus dat iura vocatis.
tum vicina astris Erycino in vertice sedes
fundatur Veneri Idaliae, tumuloque sacerdos
ac lucus late sacer additur Anchiseo.
Iamque dies epulata novem gens omnis, et aris
factus honos: placidi straverunt aequora venti,
creber et adspirans rursus vocat auster in altum.
exoritur procurva ingens per litora fletus;
complexi inter se noctemque diemque morantur.
ipsae iam matres, ipsi, quibus aspera quondam
visa maris facies et non tolerabile nomen,
ire volunt omnemque fugae perferre laborem.

TESTIMONIA.

754 Servius Aen. XII 230 'sed . . . virtus' Servius Aen. X 609 755 schol. Hor. carm. I 16, 21 'Aeneas . . . aratro' Augustinus princ. dial. 6 757 'Troianus A.' Claudius Sacerdos I 161 759 sq. 'tum . . . Idaliae' Servius Aen. I 570 'Erycino . . . Idaliae' schol. Hor. carm. I 2, 33 760 sq. 'tumulo . . . Anchiseo' Servius Aen. III 302 767 sq. 'quibus . . . facies' Donatus ad Ter. eun. II 3, 5 767—769 Nonius 307, 28 768 Servius Aen. VI 560 ('non t. nomen' om. Cass. Par.) 'visa m. f.' Probi inst. I 4, 14

VARIA LECTIO.

transtra novant flammis ambesa, *Peerlkampus* qui γ1 AMBESA *MPγbc* REPONA^{V}Ñ *M* 753 'robora navigiis : *melius hic distinguitur*' *Servius*. NAVIGIIS· *M* RVDENTES *MPγc* que *om.* γ 754 EX^{IG}UI *M* SED *PRγbc* 755 INTERE$^{\lambda}$ *M* 756 illum γ 758 Inducit *b*1 759 Tunc *c* 761 ADDITVS *Pγ*1*b* ANCHISAEO *MPγ* 764 CR^{E}EBR *R* ATSPIRANS *M* ru^{r}fuf *c* *An* cursus? *cf.* III 269. 454 766 conplexi γ 767 ipsi] ipsae *Nonius* condam *bc* 768 NOMEN *P*, *Nonius* N^{V}ΘMEN *M* numen *γcmψ*, *Servius Aen.* VI 560 *Regin.* : *cf.* X 221 Numen (N *m.* 2 *in ras.*) *b* lumen *Hamb.* *uterque pro varia lectione* CAELVM *R* : *cf.* IV 53 769 uolu.nt γ uol^{v}ent *c*

quos bonus Aeneas dictis solatur amicis
et consanguineo lacrimans commendat Acestae.
tris Eryci vitulos et Tempestatibus agnam
çaedere deinde iubet solvique ex ordine funem.
ipse caput tonsae foliis evinctus olivae,
stans procul in prora pateram tenet, extaque salsos
proicit in fluctus ac vina liquentia fundit.
certatim socii feriunt mare et aequora verrunt: 778
prosequitur surgens a puppi ventus euntis. 777

At Venus interea Neptunum exercita curis
adloquitur talisque effundit pectore questus:
'Iunonis gravis ira neque exsaturabile pectus
cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis,
quam nec longa dies pietas nec mitigat ulla,
nec Iovis imperio fatisque infracta quiescit.
non media de gente Phrygum exedisse nefandis
urbem odiis satis est nec poenam traxe per omnem:

TESTIMONIA.

770 Servius Aen. I 195 781 'Iunonis g. i.' Emporius rhet. p. 304 Cap. Servius Aen. I 38 783 Probus de nom. 21 p. 219 Endl.

VARIA LECTIO.

771 ACESTE~ *M* acefte *γ* 772 Tryf *γ* AGNOS *M* 773 Cedere *γ* fi(v)nem *γ* 774 IPSAE *M* tonfe *γ* 775 SALOS *M* 776 Proiecit *c* porricit *Heinsius : cf.* 238 fudit *m* 777 *et* 778 *inverso ordine Pγ, Mentel. pr.* 778 = III 290 SOCI(I)O *M* 777 = III 130 VE(V)NTAS *P* EUNTES *M2b* 779 AD *PRγ* 780 Alloquitur *γb* QUAESTUS *Mb*1 781 NEQVE *Pb* NEQ *M2γ2, m. rec. in ras. c* NEC *M1Rγ*1 exſaturabile (exſatur *m. rec. in ras.*) *c* pectus] numen *Io. Schraderus* 782 PRAECES *M* omnef *b* oṁf *c* 784—804. 805—814 *F fol.* XLIII 784 que] VE *Fγbcm* 785 MEDIA ∴ *M* FRYGVM *F* EXCIDISSE *F* exedisse *testatur Servius* 786 PONAM *R* TRAXERE *P* TRAXERE (iss) (*corr. m. rec.*) *F* TRAXISSE *M* traxiffe *ut vid. γ*1 traxe... *γ*2 trax.e, *suprascr. m. rec.* traxiffe, *b* omnẽ (nẽ *m. rec. in ras.*) *b* OMNIS (M) (I *corr. in* E) *P* omnef *γ* OMNĒ ‖ RELIQVIASTROIAE · CINERES *M*

reliquias Troiae, cineres atque ossa peremptae
insequitur. causas tanti sciat illa furoris.
ipse mihi nuper Libycis tu testis in undis,
quam molem subito excierit: maria omnia caelo
miscuit, Aeoliis nequiquam freta procellis,
in regnis hoc ausa tuis.
per scelus ecce etiam Troianis matribus actis
exussit foede puppis, et classe subegit
amissa socios ignotae linquere terrae.
quod superest oro, liceat dare tuta per undas
vela tibi, liceat Laurentem attingere Thybrim,
si concessa peto, si dant ea moenia parcae.'
tum Saturnius haec domitor maris edidit alti:
'fas omne est, Cytherea, meis te fidere regnis,
unde genus ducis. merui quoque: saepe furores

TESTIMONIA.

787 Claudius Sacerdos I 122 'reliquias T.' Probi inst. I 17, 2 792 Macrobius Sat. IV 3, 16 798 Donatus ad Ter. hec. III 3, 29 Priscianus 1029 799 'domitor m.' Diomedes 455 800 sq. 'fas . . . ducis' schol. Hor. carm. III 26, 4 801 'unde g. d.' schol. Hor. carm. I 12, 17 Servius Aen. III 19 'merui q.' Servius Aen. IX 256 801 sq. 'merui . . . compressi' Priscianus 799 Nonius 344, 31

VARIA LECTIO.

787 Re[l]liquiaſ *b* Relliquiaſ *c* adque *γ* peremtae *b* perempta *Claudii Sacerd. cod.* 788 .tanti *γ*2, acanti *γ*1 FVRORIS (V *in ras. ut vid., vid. fuisse* A) *R* FURORES [I] *M* 789 VTV [T] *P* V *F* 790 EXIERIT *R* 791 EOLIS *R* 792 hoc caussa *Menag. alt.*, *in quo* hocc aussa *latere Burmannus intellexit* 793 Pro *c* SCELVS (L *corr. ex* T) *F* maribuſ [t] *γ*2 manibuſ *γ*1 actiſ *γ*2, atriſ *γ*1 794 EXCVSSIT *P*, *item, sed erasa* C, *Mγ* phoede *γ* PIS [PVP] *F* puppeſ *bc* 795 IGNOTAE *Fγ*2*bc*, *Servius* IGNOTA *MRγ*1 IGNOTA [R] *P* relinquere *γ* TERRAE *FRbc* TERRAE *P* TERRA *M* terr& *γ* 796 quod superest, *scil.* navium: *cf.* 691 ORDO *F* libeat *Paldamus : sed navigantes* vela dant ventis, *non venti navigantibus.* 797 sibi *Hamb. alt.* mihi *Peerlkampus* [AT]TINGERE *F* adtingere *γb* tybrim [h] *γ* HYBRIM [T] *F* THYBRIN *P* 798 PETAO *F* 800 cyterea [h] *γ*

compressi et rabiem tantam caelique marisque.
nec minor in terris (Xanthum Simoentaque testor)
Aeneae mihi cura tui. cum Troïa Achilles
exanimata sequens inpingeret agmina muris,
milia multa daret leto, gemerentque repleti
amnes, nec reperire viam atque evolvere posset
in mare se Xanthus, Pelidae tunc ego forti
congressum Aenean nec dis nec viribus aequis
nube cava rapui, cuperem cum vertere ab imo
structa meis manibus periurae moenia Troiae.
nunc quoque mens eadem perstat mihi, pelle timores.
tutus quos optas portus accedet Averni.

TESTIMONIA.

805 Donatus ad Ter. Andr. I 4, 7 hec. III 3, 4 diff. vocum 3 p. 226 Endl. Servius Aen. I 484 806 'milia . . . leto' Cledonius 1901 P. Pompeius 202 L. 807 sq. 'reperire . . . Xanthus' Augustinus de gramm. 2015 P. 808 sq. 'Pelidae . . . Aenean' Priscianus 584 'nube c. eripiam' schol. Hor. carm. II 7, 14 (si huc spectavit) 810 sq. 'cuperem . . . Troiae' schol. Hor. carm. III 19, 3 Servius Aen. II 201 'quem etiam nube rapuit (Neptunus), ut dicit, ne ab Achille occideretur, cuperet cum vertere ab imo, quod apud Vergilium confitetur, structa suis manibus p. m. T.' Augustinus de civ. dei III 2

VARIA LECTIO.

802 CONPRESSI *Pγ* COMPRE^S^ASI *M* rabiã *c* TANT^λ^UM *M* TANTVM *R* *Dubitare possis an vel genuina vel absoluta sint haec:* et rabiem ... marisque. 803 SANCTHVM *F* SIMOEN^TA^ *F*· 804 Aenea *b*1 troiam *γ*1 805 IMPINGERET *MR* I^inpingeret^NMITTERET *F* muref *b*1 806 DARETS *P* DARENT *R* 807 REPPERIRE *Fc*1 ADQVE *F* NEQVE *P* qua *Augustinus* poffit *c*1 808 SE *sup. F* xan^h^tuf *γ* xanc^h^tuf (x *in ras.*) *b* PAELIDAE *Fb*1 pel...... nc ego *γ* 809 congreffuf *c*1 congressi *Prisciani* ω AENEAM *Rb* diif *γc* 810 RA^P^VI (P *m. rec. add.*) *P* RAPVI (A *corr. in* E) *F* CVPERENTCVM (NT *in ras.*) *F* cuperem cum *testatur Servius* euertere *γ* 811 STRVCTAE *P* PERIVRE *R* PERITURAE *M* PERITVRAE *F* : *cf.* II 660 812 TIMORES *F ut vid.*, *PRγb* TIMORE· *Mc* 813 quof (f *m.* 2 *in ras.*) *γ* 'portus accedet: *hic distinguendum, ne sit contrarium Veneris petitioni, quae ait* liceat Laurentem a. T. (793)' *Servius, cui obtemperavit Paldamus*

unus erit tantum, amissum quem gurgite quaeres;
unum pro multis dabitur caput.'
his ubi laeta deae permulsit pectora dictis,
iungit equos auro genitor spumantiaque addit
frena feris manibusque omnis effundit habenas.
caeruleo per summa levis volat aequora curru;
subsidunt undae, tumidumque sub axe tonanti
sternitur aequor aquis, fugiunt vasto aethere nimbi.
tum variae comitum facies, immania cete,
et senior Glauci chorus Inousque Palaemon
Tritonesque citi Phorcique exercitus omnis....
laeva tenent Thetis et Melite Panopeaque virgo,
Nisaee Spioque Thaliaque Cymodoceque.

TESTIMONIA.

816 'his ubi' Probi inst. I 9, 3 (fortasse: nam ibi 'his u. tum' laudatur: cf. VII 373) 817 sq. 'iungit . . . feris' Isidorus orig. I 36, 10 Beda de trop. 381 C. 817 'iungit . . . genitor' Servius Aen. XII 737 820 sq. 'subsidunt . . . aquis' Priscianus 889 822 'immania c.' Macrobius Sat. V 17, 18 Nonius 49, 14 Servii ars 492 L. 823 Macrobius Sat. V 17, 17 'Inous P.' Diomedes p. 310 P. 824 'Tritonesque citi' Macrobius Sat. V 17, 18 825 'Melite . . . Cymodoceque' Macrobius Sat. V 17, 17 (secundum Salisb. et Med. 2) 826 Macrobius Sat. V 17, 17

VARIA LECTIO.

814 tamen *Venet.* tanto *Heinsius* ^{A}MISSUM *M* QUAERES *FMPRbcmψ*, *Servii Laur.* XXII 1 (*om. Cass.*), *quod in tanto codicum consensu temeritati librarii simili vocis* timores (*v.* 812) *exitu inducti adscribere non ausus sum.* queref *γ* quaeret *χ* 815 *in mg. hoc signum* ∴ *P : cf. Servius* 817 curru *χ* auri *prop. Heinsius* auro *testatur Servius Aen.* XII 737 Aura genitos *coni. Wagnerus* 818 manibuſq: *b* 819 CAERULEUM (U *post. corr. in* O) *M* curr^{v}o *γ* 820 tim^{v}idum *c* 821 ^{λ}EQUIS *Mb* FVGIVNTVASTOAETHERE *PRγbc*; *quod displicet Wagnero lectt. Verg.* 344 FUGIUNTUASTOETHAERE (Q· EX λ) *M* 822 ~~G~~TVM *P* IMMANIA *R* CET^{A}E *P* CETAE *M* caete *γ* 823 IONIVS *R* 824 FORCI *Rc* porci *b* *Fortasse post v.* 824 *aliquid additurus erat poeta, quo apertius diceretur, quid comitum ille chorus dextra parte faceret.* 825 *cf.* 240 TENENT *Pγ*1*bc*1 TENT *R* TENET *Mγ*2 THAETIS *M* MILITE *M*1*Rb*1 826 = *ge.* IV 338 NISAEE *Rb*, *Macrobii exempl.* '*media diphthongos est' Servius.* Nifac^{i} *γ* Nifcae *c* NASISAE~~E~~ *P* NISSEAE *M* ESPIO *M* thalac *γ*

Hic patris Aeneae suspensam blanda vicissim
gaudia pertemptant mentem: iubet ocius omnis
attolli malos, intendi bracchia velis.
una omnes fecere pedem pariterque sinistros,
nunc dextros solvere sinus, una ardua torquent
cornua detorquentque, ferunt sua flamina classem.
princeps ante omnis densum Palinurus agebat
agmen; ad hunc alii cursum contendere iussi.
iamque fere mediam caeli Nox umida metam
contigerat, placida laxabant membra quiete
sub remis fusi per dura sedilia nautae:
cum levis aetheriis delapsus Somnus ab astris
aëra dimovit tenebrosum et dispulit umbras,
te, Palinure, petens, tibi somnia tristia portans
insonti; puppique deus consedit in alta,
Phorbanti similis, funditque has ore loquellas:
'Iaside Palinure, ferunt ipsa aequora classem;

TESTIMONIA.

827 sq. 'hic . . . mentem' Priscianus 1061 'blanda . . . mentem' Servius Aen. I 502 828 sq. 'iubet . . . malos' schol. Hor. carm. I 14, 5 830 'una . . . pedem' excerpta e Macrobii de verbo 3 p. 188 Endl. schol. Lucani V 428 VIII 185 833 sq. 'princeps . . . agmen' Servius Aen. X 157 834 'ad hunc . . . iussi' Servius Aen. VI 1 837 Asper 111, 1 K. 839 Nonius 241, 22 Cassiodorus de orthogr. 2294. Beda de orthogr. 2333 P. 841 'puppi . . . alta' Servii ars p. 499 L. 842 'fundit . . . loquellas' Donatus ad Ter. adelph. III 4, 53

VARIA LECTIO.

828 pertemtant (p *supra* m) *b* OMNES *PRb* 829 INTENDIIN *M* intendi. *c* brachia *γ* REMIS *MR* : *cf.* 136 830 OMNIS *R* *An* fixere? 831 DEXTRO *P* DEXTROS *M* 832 flammina *γ* fl.mina (a *supra*) *b* 833 OMNES *M* 834 AT *P* huc (n *supra*) *b* 835 FERAE *R* MMEDIAM *P* humida *b* m&um *γ*1 836 LAXABANT *MPRγbm* laxarunt *c*1 laxarant *χ* 837 SILENTIA (di *supra*) (I *pr. corr. in* E) *P* : *cf.* II 255 838 LAEUIS *M* aethereiſ *c* DELABSUS *MP*1 dilapſuſ *c* 839 Ae.ra (*erasa* & *ut vid.*) *γ* VMBRAIS *P* auraſ *c*1 840 PETEN (S· *supra*) *M* ſonnia *c* 841 conſidit *c*1 conſentit *ut vid.* *γ*2 842 querelas *χ*, *Donati exempl.* 843 ·I·ASIDE *M* palinore *γ* ipsa aequora] SUAFLAMINA *M* : *cf.* 832

aequatae spirant aurae; datur hora quieti.
pone caput fessosque oculos furare labori.
ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.'
cui vix attollens Palinurus lumina fatur
'mene salis placidi voltum fluctusque quietos
ignorare iubes? mene huic confidere monstro?
Aenean credam (quid enim?) fallacibus auris
et caelo, totiens deceptus fraude sereni!'
talia dicta dabat, clavomque adfixus et haerens
nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.
ecce deus ramum Lethaeo rore madentem
vique soporatum Stygia super utraque quassat
tempora, cunctantique natantia lumina solvit.
vix primos inopina quies laxaverat artus,
et super incumbens cum puppis parte revolsa

TESTIMONIA.

844 'aequatae sp. a.' Servius Aen. IV 587 846 Priscianus 935 848 sq. 'mene . . . iubes' Augustinus epist. 15 848 Nonius 230, 12 849. 851 'mene . . . monstro et caeli . . . sereni' schol. Hor. carm. I 5, 6 850 Priscianus 729 851 'totiens . . . sereni' Servius Aen. III 69 853 'oculosque s. a. t.' Arusianus p. 261 L. 855 sq. 'super . . . tempora' Augustinus de gramm. 1993 P.

VARIA LECTIO.

844 aequate *γ* HORA *P* ora *γb* 845 labore *b*1 848 placiti *b*1 VVLTVM *MRγbc* flu[c]tuſue *c* 850 AENEAM *Rbc* Aenean *testatur Priscianus* 'quid enim? *quid ni? cur non?' Servius.* quid enim *alii cum proximis coniungunt, posito post* sereni *v.* 851 *interrogandi signo.* AVRIS[ST] *P* auriſ[ſt] (*corr. m. rec.*) *c* auſtriſ *γ*, *Prisciani exempl.* : *cf.* 764 auris *legit Servius* 851 caelo *γ*1*c*1 : *cf.* 870 CAELO[l, o] *P* caeli *b* CAELI *MRγ*2*c*2, *schol. Hor.* ſereno *γ*1*c*1 'fraude sereni, *serenitatis ... alii legunt* deceptus fraude caeli sereni' *Servius* 852 DICTABAT *Pc* CLAVOM *P*1 CLAUO[VM] *M* CLAVVM *P*2*Rγbc* afflixuſ *c*1 T P[E] haereſ[n] *c* 854 LETHEO *PRb* la&eo[h] *γ* 855 vi] VT *R* SOPORANTVM *P* QVASSANT *M* caſſat *c*1 856 *cf. ge.* IV 496 natanti[a] *c* lactantia *Dorvill.* nutantia *Goth.* quassans t. cunctanti luctantia *Peerlkampus* 857 primoſ *m. ant. in mg. c* 858 cum puppis ... gubernaclo *eiecit Peerlkampus, legit Servius* reuolſa[v] *γ* reuulſa *c*

cumque gubernaclo liquidas proiecit in undas
praecipitem ac socios nequiquam saepe vocantem;
ipse volans tenuis se sustulit ales ad auras.
currit iter tutum non setius aequore classis
promissisque patris Neptuni interrita fertur.
iamque adeo scopulos Sirenum advecta subibat
difficilis quondam multorumque ossibus albos
(tum rauca adsiduo longe sale saxa sonabant),
cum pater amisso fluitantem errare magistro
sensit, et ipse ratem nocturnis rexit in undis,
multa gemens casuque animum concussus amici.
'o nimium caelo et pelago confise sereno,
nudus in ignota, Palinure, iacebis harena.'

TESTIMONIA.

862 Charisius 194 866 schol. Hor. carm. II 14, 14 866 'longe s. s. s.' Pompeius 461 L. 'sale s. s.' Marcianus Capella V 514 Servius Aen. II 199 III 183 868 'et ipse . . . undis' Servius Aen. V 27 869 'casu . . . amici' Servius Aen. VI 8. 176 871 Macrobius Sat. V 14, 5 Nonius 354, 29

VARIA LECTIO.

859 gubernaclo (clo *m. rec. in ras.*) c 860 hac γ saepe] UOCE *M* : *cf.* IV 680 VI 247 XII 638 861 ALIS *R* ad] IN *Pγ* : *cf.* 740 862 SAETIVS *R*, *Charisii cod.* feciuſ c ſe.ciuſ (c *e corr.*) γ, *quod sectius interpretor* : *cf. Fleckeisenus mus. Rhen.* VIII 220 *sqq.* aequora *bc*1 863 interita γ 864 adi$^{\text{v}}$ecta *b* 865 *sq. inficetos dixit Peerlkampus, legit Servius* 865 Difficileſ *b*1 MULTORUM$^{\text{Q}}$ *M* 866 iam *schol. Hor.* *An* tam? affiduo *bc* ſale *sup. c* SA$^{\text{XA}}$ *P* 867 ammiſſo γ FLVVITANTEM *R* 869 MVLTAA *P* GEMEN$^{\text{S}}$ *P* CASVS *R* animo$^{\bar{\text{v}}}$ *b* CONCUSSV$^{\text{S}}$ *P* 870 *sq. a Vergiliana manu profecti esse non videntur Heynio* 870 nimum γ ET *eras. P* *Exspectes* pelago et caelo: *cf. Marklandus ad Statii silv.* III 2, 9 COFISSE *R* 871 *videtur postea additus esse in M* in *sup. c* '*Sciendum sane, Tuccam et Varum hunc finem quinti esse voluisse. Nam a Virgilio duo versus sequentes huic iuncti fuerunt: unde in nonnullis antiquis codicibus sexti initium est:* obvertunt pelago proras; tum dente tenaci' *Servius.* '*sane sciendum, licet primos duos versus Probus et alii in quinti reliquerint fine, prudenter ad initium sexti esse translatos*' *idem ad VI init.*

sic fatur lacrimans, classique inmittit habenas, VI 1.
et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris.

TESTIMONIA.

AENEIDOS VI. 1 Priscianus de XII vers. Aen. 7, 109 diff. sermonum in Suetonio Rothii p. 314, 33 'sic f. l. mittit h.' Terentianus Maurus 1951 'sic f. l.' schol. Lucani II 1 'classique i. h.' Quintilianus VIII 6, 10 2 Servius Aen. I 338 XI 239 'et t. E. labitur oris' Marius Victorinus p. 214 G. 'Cumarum a. o.' Servius Aen. I 307 'Cumas Euboicas' Servius Aen. X 28

VARIA LECTIO.

VERGILII MARONIS AENEIDOS LIBER· V· EXPLIC INCIPIT LIBER VI· *In pag. seq. versus undecim, quos vide in prolegom.: R*

P̃. UERGILI MARONIS AENEIDOS· LĪB· V· EX̃PL· *M* EXPLIC LIB̄· V· INCP̄T· LIB̄· VI *γ* VIRGILII MARONIS ENEIDOS LIB̄· QVINTVS EXPLICIT (*sequuntur versus* 11, *quos vide in proleg.*) INCIPIT LIB VI *b* EXP̃L LĪB V HAB̃ VẼR DCCLXXIII || DẼC VẼRS OVIDII ÑAS (*v. proleg.*) INCIPIT LIBER VI AENEIDORVM *c*

AENEIDOS VI. 1 lacrimis *schol. Lucani* inmittit (m *supra*) *b* IMMITTIT *R* habenaſ (h *supra*) *b* 2 CYMARVM *R* horiſ *c*

P. VERGILI MARONIS

AENEIDOS

LIBER SEXTVS

Obvertunt pelago proras; tum dente tenaci
ancora fundabat navis et litora curvae
praetexunt puppes. iuvenum manus emicat ardens
litus in Hesperium; quaerit pars semina flammae
abstrusa in venis silicis, pars densa ferarum
tecta rapit silvas inventaque flumina monstrat.
at pius Aeneas arces, quibus altus Apollo
praesidet, horrendaeque procul secreta Sibyllae,

TESTIMONIA.

AENEIDOS VI. 3 'obvertunt p. p.' Seneca epist. 53, 3 Arusianus p. 258 L. 3 sq. 'tum . . . navis' Nonius 462, 7 Servius Aen. I 169 6 sq. 'quaerit . . . silicis' Servius ge. I 131 6 quaerit . . . flammae' Macrobius Sat. V 12, 3 9 sq. 'at . . . praesidet' Servius Aen. I 180

VARIA LECTIO.

Aeneidos VI. 4 ANCʜORA *P* anchora *γbc* 'ancora ... *in Graeco aspirationen non habet ... unde et apud maiores sine aspiratione proferebatur' Servius : cf.* I 169 FVNDABANT *P* fund[ba]at *b* fundebat *c1* naueſ *bc* littora *c* curuc *γc* 6 [h]eſperium *γ* eſperiũ *c* 7 *cf. ge.* I 135 Obſtruſa *c1* 8 que] QVAE *P* monſtra[n]t *γ* 9 Ad *γ1* 10 SY[I]BYLLAE *M* (I *sup. minio p., item* Y *post. minio corr. ex* I) *M*

antrum immane petit, magnam cui mentem animumque
Delius inspirat vates aperitque futura.
iam subeunt Triviae lucos atque aurea tecta.

Daedalus, ut fama est, fugiens Minoia regna,
praepetibus pinnis ausus se credere caelo,
insuetum per iter gelidas enavit ad arctos
Chalcidicaque levis tandem super astitit arce.
redditus his primum terris tibi, Phoebe, sacravit
remigium alarum posuitque immania templa.
in foribus letum Androgeo, tum pendere poenas
Cecropidae iussi (miserum!) septena quodannis
corpora natorum, stat ductis sortibus urna;

TESTIMONIA.

11 sq. 'magnam . . . vates' Servius Aen. III 443. 445 12 'Delius i. v.' Claudius Sacerdos I 150 14 sq. Gellius VII 6, 1 Probus 16, 9 K. 14 Probus 10, 22 K. 15 sq. schol. Hor. carm. I 3, 34 15 schol. Lucani IX 662 'ausus se c. c.' schol. Hor. carm. I 24, 11 16 'insuetum p. i.' schol. Hor. carm. III 2, 22 17 Gellius X 16, 7 18 'redditus . . . terris' Nonius 381, 9 Servius Aen. II 260 'tibi Ph. s.' Servius Aen. X 542 19 'remigium a.' Isidorus orig. I 36, 5 cf. Quintilianus VIII 6, 18 'posuitque i. t.' Nonius 323, 8 Servius Aen. I 110 19 sq. 'posuit . . . Androgeo' schol. Hor. carm. IV 8, 8 20 Priscianus 736 P. 'in foribus l. A.' Charisius 71 P. Probi inst. I 4, 19 anon. de nom. 29 p. 135 Endl. Servius Aen. I 505 II 371 'letum A.' Servius Aen. II 392 20 sq. 'tum . . . iussi' Priscianus 583 21 'miserum s. q.' Servius Aen. I 251 22 'stat . . . urna' Servius Aen. IX 268

VARIA LECTIO.

11 in^{m}mane *b* inmane *c* MAGNAM (A *alt. in ras.*) *P* 14 MINOEIA *R* 15 Praepitib· *c* pennis *c*, *Probi et Gellii exempl.* penis *b1* ausus est *Probi Vat.* 16 PARITER *R* PER^{ITER} *P* ENNAVIT *P* erravit *Wittian.* enavit *testatur Servius* AR^{C}TOS (*infra scripta minio*) *M* arctos (r *m. 2 in ras.*) *γ* 17 CALCHIDICA *Mc* CHALCIDICA *PRγ* Chalcidica (*sed* h *m. 2 add.*, c *sec. in ras.*) *b* ASTITIT *P* adstiti^{t} *b* ADSTITIT *Ryc* ATSTITIT *M* ARCAEM *M* ARCA *R* 18 Re^{d}ditus (s *in ras.*) *c* hic *Zulichem.* SACRAVit *R* 19 in^{m}mania *b* inmania *c* 20 fo.ribus (*erasa* c) *γ* loetum *γ* androgeo *bcχ*, *testantur Servius, Charisius, Priscianus, Probi inst.* ANDROGEI *MPRγm* 'Androgei, *aut ut aliis placet* Androgeo' *anon. de nom.* tunc *Prisciani φ* 21 QVODANNIS *PRγ* QUO^{T}DANNIS *M* quot annis *bc* 22 ductis. sortibus (ti *m. 2*, t *in ras.*, i *fort. corr. ex* d) *γ*

contra elata mari respondet Cnosia tellus:
hic crudelis amor tauri suppostaque furto
Pasiphae mixtumque genus prolesque biformis
Minotaurus inest, Veneris monimenta nefandae,
hic labor ille domus et inextricabilis error;
magnum reginae sed enim miseratus amorem
Daedalus ipse dolos tecti ambagesque resolvit,
caeca regens filo vestigia. tu quoque magnam
partem opere in tanto, sineret dolor, Icare, haberes.
bis conatus erat casus effingere in auro,
bis patriae cecidere manus. quin protinus omnia
perlegerent oculis, ni iam praemissus Achates
adforet atque una Phoebi Triviaeque sacerdos,
Deiphobe Glauci, fatur quae talia regi:
'non hoc ista sibi tempus spectacula poscit;

TESTIMONIA.

23 'respondet C. t.' schol. Gron. Cic. 407 Or. 27 Priscianus 719. 744 P. 'inextricabilis e.' Servius Aen. II 48 28 Servius Aen. I 274 IX 223 ecl. III 106 30 'caeca . . . vestigia' Nonius 449, 12 32 sq. 'bis . . . manus' Asper 114, 13 K. 33 Maximus Vict. de carm. her. 6 'quin p. o.' Macrobius Sat. V 14, 4 33—35 'quin . . . adforet' Nonius 333, 2 34 'pellegerent oculis' Scaurus de orthogr. 2260 P. 34 sq. 'ni . . . afforet' Servius Aen. I 188 36 'Deiphobe G.' schol. Hor. serm. II 1, 48 Servius Aen. I 41 IX 360 ge. I 138 37 Priscianus 1064 P. schol. Hor. epod. XVI 39

VARIA LECTIO.

23 CṄOSIA *P* GNOSIA *MRγbc* 24 ſubpoſta *γc* 25 Paſſiphe *γ*
V
Paſiphe *c* 26—44. 45—50 *F fol.* XLIV 26 MINOTARVS *F* MO-
E
NVMENTA *Fb* 28 REGINA *P* SET *M* 29 ambigeſ *γ*1 30 FI-
LIO *F* tum *c*1 31 OPERARE *R* ucare *ut vid. γ*1 Icare haberes *om. R*, *fortasse quod non sufficiebat spatium versus* 33 qui^{n} *c* potius *Nonii exempl.* OMNIA *FMPγ*, *Servii Cass.*, *testatur Macrobius : cf. Lachmannus ad Lucr.* I 1106 oña *c*1 OMNE *Rbm* omnē *Franc.* omnem *c m. rec.*, *χ*, *Servii Paris.* 7929 *et Regin.* 1674 34 Perlegerent (r *pr. in ras.*) *b* 'pellego, *ut omnes antiqui dixerunt*, *non* perlegere. *unde et apud Vergilium legendum* pellegerent oculis' *Scaurus* premiſſuſ *γ* 35 AFFORET *Rb*2 ADQVE *F* 36 DEIPHOBI (I *alt. corr. in* E) *P* DEIPHOEBE *MRγc* Deiphaebe *b* fatur ... regi *om. nonnulli teste Cerda*
IT
37 ISTAS *F* POSCUNT (*corr. minio*) *M* POS-

nunc grege de intacto septem mactare iuvencos
praestiterit, totidem lectas de more bidentis.'
talibus adfata Aenean (nec sacra morantur
iussa viri) Teucros vocat alta in templa sacerdos.

Excisum Euboicae latus ingens rupis in antrum,
quo lati ducunt aditus centum, ostia centum;
unde ruunt totidem voces, responsa Sibyllae.
ventum erat ad limen, cum virgo 'poscere fata
tempus' ait: 'deus, ecce, deus!' cui talia fanti
ante fores subito non voltus, non color unus,
non comptae mansere comae; set pectus anhelum,
et rabie fera corda tument; maiorque videri
nec mortale sonans, adflata est numine quando
iam propiore dei. 'cessas in vota precesque,
Tros' ait 'Aenea? cessas? neque enim ante dehiscent
attonitae magna ora domus.' et talia fata

TESTIMONIA.

38 sq. Macrobius Sat. III 5, 5 38 Servius Aen. IV 57 42 Arusianus p. 241 L. Servius Aen. III 533 XI 770 'excisumve obice montis' (i. e. 'excisum euboicae montis') schol. Iuvenal. VI 649 43 sq. Servius Aen. III 445 'ostia ... Sibyllae' schol. Lucani V 153 43 Asper 114, 18 K. 44 Nonius 380, 2 45 'ventum ... limen' anon. de verbo 35 p. 165 Endl. 'cum ... fata' Servius Aen. II 13

45 sq. 'cum ... ait' Servius Aen. III 370 46 'deus e. d.' Servius Aen. IV 576 47 'subito ... comae' Macrobius Sat. IV 1, 5 49 'et ... tument' schol. Lucani V 217 'maiorque v.' schol. Lucani V 152 52 'Tros ... cessas' Probi inst. I 4, 15 53 Probi inst. I 4, 20 'ora d.' Servius Aen. VI 82

VARIA LECTIO.

CVNT *R* '*sane sciendum*, poscit *lectionem esse meliorem. Tempus enim* poscit spectacula, *non a spectaculis poscitur.' Servius* 38 INTACTS *P* INTACTOS *R* 39 *cf.* IV 57 de] EX *Fc, fortasse hic praestantius*

bidenteſ *bc* 40 eneam *c* 42 ra^{v}piſ *γ* montis *schol. Iuvenalis* 43 hoſtia *bc* 44 ſybyllae *γ* ſibillae *c* 45 VENTVM (T *m.* 2 *add.*) *P* 47 VOLTVS (O *corr. in* V) *P* VVLTVS *MRbc* 48 SED *FRγbc* A^{N}DHELVM *F* 49 RABIAE *Mb* 50 ADFATAEST (L *supra*) *M* afflata ẽ *b* adfla.taeſt (*erasa* c, *ut vid.*) *γ* 51 PROPIORAE *M* PROPRIORE *Pγ*1 prop.iore *b* propriora *c*1 propiora *m* dei] l· *R* de^{o}. *b* deũ, *ut vid.*, *c*1

praeceſ *γ* 53 hora *c* ut *Heinsius* et talia fata *non credit Ver-*

conticuit. gelidus Teucris per dura cucurrit
ossa tremor, funditque preces rex pectore ab imo:
'Phoebe, gravis Troiae semper miserate labores,
Dardana qui Paridis direxti tela manusque
corpus in Aeacidae, magnas obeuntia terras
tot maria intravi duce te penitusque repostas
Massylum gentis praetentaque Syrtibus arva,
iam tandem Italiae fugientis prendimus oras.
hac Troiana tenus fuerit Fortuna secuta:
vos quoque Pergameae iam fas est parcere genti,
dique deaeque omnes, quibus obstitit Ilium et ingens
gloria Dardaniae. tuque, o sanctissima vates,
praescia venturi, da (non indebita posco
regna meis fatis) Latio considere Teucros
errantisque deos agitataque numina Troiae.
tum Phoebo et Triviae solido de marmore templum
instituam festosque dies de nomine Phoebi.

TESTIMONIA.

55 'fundit . . . imo' Servius Aen. V 780 56 'Maximus Vict. de rat. metr. I 2 'Phoebe g. T.' Probi inst. I 16, I. 3, 1 57 sq. 'Dardana . . . Aeacidae' schol. Hor. carm. IV 6, 5 57 schol. Iuven. I 163 58 sq. 'magnas . . . te' Priscianus 982 59 'tot . . . te' Servius Aen. V 17 60 'praetentaque S. a.' Servius ge. I 248 61 Servius Aen. III 496 V 629 62 Servius Aen. III 493 IV 434 'hac . . . fortuna' schol. Hor. a. p. 201 63 sq. 'vos . . . omnes' Donatus ad Ter. adelph. IV 2, 50 Servius Aen. I 4 65 sq. 'tuque . . . posco' Nonius 278, 30 'tuque . . . venturi' Macrobius Sat. III 3, 7 66 'da . . . posco' Servius Aen. I 676 68 'agitataque n. T.' Servius Aen. III 609 69 sq. 'tum . . . constituam' Servius Aen. III 274 70 'festos . . . Phoebi' Nonius 426, 19

VARIA LECTIO.

gilii esse Peerlkampus, fortasse recte 54 TEVCRIS (E *m.* 2 *add.*) *P* 55 RE *R* 56 grauef *c* MISERATAE *M* 57 Dardane *c* DIRECTI *R* 58 EACIDE *Mγ* EACIDAE *P* EAACIDAE *R* 59 intraui. *b* PENIS *R* 60 Mafilũ *b* GENTES *MPbc* 61 *cf.* V 629 fugientef *c*l 63 perga.meae *γ* 64 Dii *γ* obftiti *γ* oftitit *c* ILIUM (I *post. erat* L) *M* 65 TVQVE° (O *m.* 2 *add.*) *P* 66 indebita *c* 67 CONSISTERE *R* 68 ERRANTIs (S *m.* 2 *add.*) *P* Errantef *c* 69 TEMPLA *Pγbc* 70 CONSTITVAM *R*, *Servii Aen.* III 274 *ex.*

te quoque magna manent regnis penetralia nostris:
hic ego namque tuas sortes arcanaque fata,
dicta meae genti, ponam lectosque sacrabo,
alma, viros. foliis tantum ne carmina manda,
ne turbata volent rapidis ludibria ventis:
ipsa canas oro.' finem dedit ore loquendi.

At, Phoebi nondum patiens, immanis in antro
bacchatur vates, magnum si pectore possit
excussisse deum: tanto magis ille fatigat
os rabidum, fera corda domans, fingitque premendo.
ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua vatisque ferunt responsa per auras:
'o tandem magnis pelagi defuncte periclis
(set terrae graviora manent), in regna Lavini
Dardanidae venient (mitte hanc de pectore curam),
set non et venisse volent. bella, horrida bella
et Thybrim multo spumantem sanguine cerno.

TESTIMONIA.

71 Diomedes p. 296 P. 72 'hic . . . sortes' Probi inst. I 6, l. 9, 3 74 sq. 'foliis . . . ventis' Nonius 46, 16 75 'rapidis l. v.' Aldhelmus de re gramm. et metr. in A. Mai auct. class. V 572 76 'ipsa c. o.' schol. Hor. carm. I 15, 4 Servius Aen. I 1 schol. Veron. 81, 17 K. 'finem d. o. l.' Diomedes 333 P. 78 sq. 'bacchatur . . . deum' Seneca epist. 28, 3 79 sq. 'tanto . . . domans' schol. Lucani V 193 80 schol. Hor. carm. IV 3, 12 'fingitque p.' Servius ge. II 407 81 sq. 'ostia . . . sua' Nonius 461, 17 83 Nonius 287, 6 Arusianus p. 225 L. Servius Aen. IX 98 'magnis . . . periclis' schol. Hor. carm. III 24, 15 84 'sed . . . manent' Servius Aen. VII 117. 304 85 'mitte . . . curam' Seneca de benef. VII 14, 5 86 'bella h. b.' Diomedes 442

VARIA LECTIO.

71 nostris p. regnis χ, *Diomedis libri* 72 archana *γc* 77 AD *M*1*c* in(m)manif *b* inmanif *c* 78 Bacca(z)t *c* POSSET *R* 82 VATIS (I *in ras.*) *R* 83 DEFUNCTAE *M* 84 SED *Rγc* TERRAE *MPγ*1 TERRA *Rγ*2*bc* 'terrae; *legitur et* terra,' (*sic Cass.* 'terra, *legitur et* terrae' *Regin.* 'terra, *legitur et* terra' *Paris.*) '*unum tamen est.*' *Servius* 'Lavini, *alii* Latini *legunt*' *Servius* 85 de *suprascr. b* 86 SED *Rγbc* e(t)eniffe *c* volent bella] NTBE *in ras. R* (h)orrida *γ* 87 tibrim *b* tybrim *c*

non Simois tibi nec Xanthus nec Dorica castra
defuerint; alius Latio iam partus Achilles,
natus et ipse dea; nec Teucris addita Iuno
usquam aberit: cum tu supplex in rebus egenis
quas gentis Italum aut quas non oraveris urbes!
causa mali tanti coniunx iterum hospita Teucris
externique iterum thalami.
tu ne cede malis, set contra audentior ito
qua tua te Fortuna sinet. via prima salutis,
quod minime reris, Graia pandetur ab urbe.'

Talibus ex adyto dictis Cymaea Sibylla
horrendas canit ambages antroque remugit,
obscuris vera involvens: ea frena furenti
concutit et stimulos sub pectore vertit Apollo.
ut primum cessit furor et rabida ora quierunt,
incipit Aeneas heros: 'non ulla laborum,

TESTIMONIA.

89 'alius ... Achilles' Servius Aen. IX 742 90 sq. 'nec ... aberit' Macrobius Sat. VI 4, 2 'addita ... aberit' gloss. in Barth. adv. XXXVII 5 92 Servius Aen. VIII 120 95 sq. 'tu ... sinet' Seneca epist. 82, 18 95 Priscianus 1003 96 sq. 'via ... urbe' Servius Aen. VIII 131 99 Nonius 319, 6 100 sq. schol. Lucani V 168 'ea ... Apollo' Servius Aen. VI 79 103—105 'non ... peregi' Seneca epist. 76, 33 103 sq. 'non ... surgit' Donatus ad Ter. Phorm. II 1, 20

VARIA LECTIO.

88 NE^cXANTHVS (C *m.* 2 *add.*) *P* NECSANTHUS *M* necfancthuf *γ* necxhanctuf *b* 89 PARTUS *M* porthuf *γ1* 90 ne^c *c* 91 quam tu *Peerlkampus* 92 GENTES *MRbc* QVOS (A *superscr.*) *P* VRBIS *P* 93 CONIVNX (N *m.* 2 *add.*) *P* 95 SET (S *superscr.*) *P* ET *M* SED *Rγbc* 96 qua *Senecae* ω QVAM *libri, Servius* finit *c1* PRIMAUIA (*corr. minio*) *M* spes prima *Servii Aen.* VIII 131 *Guelf.*, *sed* via *testatur Servius ad h. l.* 97 quam minime (*l:* qua) *Servii Aen.* VIII 131 *Guelf.* gra.ia *b* 98 adito *c* CYMEA *MRbc* fybilla *γ* 99 HORENDAS *P* 100 ea frena furenti concutit *ne cum Wagnero intelligas: 'ita temperat Sibyllae pectus, ut ei non liceat simplicem rerum veritatem promere,' vetare videtur* V 147 *conlatus cum* VIII 3. *Itaque* effrena, *i. e.* effrenate *conieci conl.* II 465. 102 RAPIDA *P* rabida (b *e corr.*) *γ*

o virgo, nova mi facies inopinave surgit;
omnia praecepi atque animo mecum ante peregi.
unum oro: quando hic inferni ianua regis
dicitur et tenebrosa palus Acheronte refuso,
ire ad conspectum cari genitoris et ora
contingat; doceas iter et sacra ostia pandas.
illum ego per flammas et mille sequentia tela
eripui his umeris medioque ex hoste recepi;
ille meum comitatus iter maria omnia mecum
atque omnis pelagique minas caelique ferebat,
invalidus, viris ultra sortemque senectae.
quin, ut te supplex peterem et tua limina adirem,
idem orans mandata dabat. gnatique patrisque,

TESTIMONIA.

104 'nova mi f.' Servius Aen. VIII 298 105 Nonius 372, 13 Servius Aen. IV 419 'omnia p.' Servius Aen. XI 491 106 sq. 'unum ... dicitur' Nonius 527, 22 107 'et ... refuso' Nonius 191, 25 110 sq. Arusianus p. 258 L. 110 'illum ... flammas' anecd. Paris. Ecksteinii 29, 6 111 'medio ... recepi' Servius Aen. I 178 II 377 III 666 IV 382 112 'ille ... iter' Probi inst. I 6, 2 Servius Aen. II 704 IX 286 113 sq. 'atque ... invalidus' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 11 114 'vires ... senectae' Donatus ad Ter. hec. II 1, 29 Nonius 492, 21 Cledonius 1934 P. 116 'gnatique patrisque' Probi inst. I 18, 2 'gnatique' Claudius Sacerdos I 92

VARIA LECTIO.

104 MIHI *R* '*sciendum, pronomen* mihi *numquam in synaeresim venire, ne incipiat esse blandientis adverbium: et licet quidam huius loci nitantur exemplo, non procedit, vel quia unum est, vel quia potest esse etiam blandientis adverbium' Servius : cf. Ritschelius proleg. Trin.* CCXCI. CCCXLVII *mus. Rhen.* VII 590 *sqq.* 105 PRAECIPI *Rγ*1 pr(e)..cepi *γ*2 percepi *b*1*m* praecepi *legit Servius, sed* percepi *fortasse illi praetulerunt, quorum* ζήτημα *grammaticus his tangit: 'sed occurrit : si novit omnia, quid consulit numen?'* ante] ipse *Seneca* 106 in.ferni (ſ *c corr.*) *γ* 109 CONTINGAM *PRγ*1 continga(t). *γ* contingat *testatur Servius* hoſtia *c* pand(a)iſ (*corr. m. ant.*) *c* 110 FLAM(M)AS (M *post. m.* 2 *add.*) *P* 111 oſte *γ* 112 comitati(v)ſ *γ* 113 omneſ *b* CAELIQ·MINASPELAGIQ· *M* 114 UIRES *MP*2*γbc* 115 SUPLEX *M* PETEREM (ET) *P* PETEREM, *om.* et, *Rb* p&erem.tua (t *c corr., eras. fort.* &) *γ* 116 NATI *Rγ*2*b*

alma, precor, miserere (potes namque omnia, nec te
nequiquam lucis Hecate praefecit Avernis),
si potuit manis arcessere coniugis Orpheus
Threicia fretus cithara fidibusque canoris,
si fratrem Pollux alterna morte redemit
itque reditque viam totiens. quid Thesea magnum,
quid memorem Alciden? et mi genus ab Iove summo.'

Talibus orabat dictis arasque tenebat,
cum sic orsa loqui vates: 'sate sanguine divom,
Tros Anchisiade, facilis descensus Averno
(noctes atque dies patet atri ianua Ditis);
set revocare gradum superasque evadere ad auras,

TESTIMONIA.

119 sq. Isidorus orig. I 36, 35 119 Macrobius Sat. IV 5, 3 Charisius 201 P. 120 Nonius 313, 22 schol. Hor. carm. I 26, 10 IV 3, 23 Persii VI 4 'fidibusque c.' Charisius 53 Probi inst. II I, 42 121 schol. Hor. carm. III 9, 12 Servius Aen. II 601 'si f. P.' Probi inst. I 4, 17 122 'itque . . . totiens' Arusianus 237 L. 'quid Th. m.' Consentius 2050 P. 122 sq. 'quid . . . summo est' Gellius X 16, 12 124 Macrobius Sat. III 2, 9 'talibus o. d.' Donatus ad Ter. hec. IV 4, 95 125 'sate s. d.' Servius Aen. VIII 36 128 sq. 'sed . . . est' schol. Hor. carm. I 28, 16

VARIA LECTIO.

117 poteſt *c*1 nete (c *supra*) *b* 118 LUCIS (/ *supra*) *M* HAECATE (· *supra*) *Mb* HAECATE *Rγ* 119 MANES *M*2*P*2*γbc*, *Charisii cod.* arceſſere *γ*2*bc*2, *Macrobii Par.* 1, *Isidori ex.* ARCERSERE *P* ACCERSERE *MRγ*1*c*1, *Macrobii ω*, *Charisii cod.* 120 THRECIA *M* Treicia *c* sonoris *schol. Hor. carm.* IV 3, 23 122 teſea (h *supra*) *c* teſea (h *supra*) (ſea *m.* 2 *in ras.*) *b* 'magnum quid memorem Alciden? *melius sic distinguitur, licet quidam legant:* quid Thesea magnum' *Servius* 123 alcidem *c* et] q: *γ*: *cf. Wagneri quaest. Verg.* XVI 4 AEMI *M* MIHI *PRγb*1 summo est *Moret. sec.*, *Gellius*

124 : *cf.* IV 219 125 DIVOM (O *corr. in* V) *P* diuom (v *supra*) *γ* DIVVM *MRbc*

126 ANCHISIADE *P* ANCHISEADE *R* ANCHISIADE (λ *supra*) *M* anchiſiadę *γbc*

diſcenſuſ *b*1 AUERNOEST (EST *m. aliena add.*) *M* AVERNO (I *supra*) *P* auerno (o *corr. in* i) *b* AVERNI *Rγc* 'Averni ... *legitur et* Averno' *Servius*
127 AD Q///VE (D *corr. in* T, Q *m. ant. in ras.*) *R* 128 SED *Rγbc*
E+VADERE (eevadere?) *P*

hoc opus, hic labor est. pauci, quos aecus amavit
Iuppiter aut ardens evexit ad aethera virtus,
dis geniti potuere. tenent media omnia silvae,
Cocytusque sinu labens circumvenit atro.
quod si tantus amor menti, si tanta cupido
bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, et insano iuvat indulgere labori,
accipe quae peragenda prius. latet arbore opaca
aureus et foliis et lento vimine ramus,
Iunoni infernae dictus sacer; hunc tegit omnis
lucus et obscuris claudunt convallibus umbrae.
set non ante datur telluris operta subire,
auricomos quam qui decerpserit arbore fetus.
(hoc sibi pulchra suum ferri Proserpina munus
instituit: primo avolso non defecit alter
aureus, et simili frondescit virga metallo.)

TESTIMONIA.

129 sq. 'pauci . . . Iuppiter' Servius Aen. II 326 130 ardens ... virtus' schol. Hor. carm. III 2, 21 132 schol. Hor. carm. II 14, 28 134 'bis S. i. l.' Arusianus p. 235 L. 138 'Iunoni . . . sacer' Donatus ad Ter. Andr. I 1, 75 Nonius 280, 14 Servius Aen. I 73. 734 III 437 IV 638 141 'auricomi rami' Macrobius Sat. V 14, 8 142 sq. 'hoc . . . instituit' Servius Aen. VI 629 143 'primo . . . alter' Arusianus p. 224 L. 144 'et . . . metallo' Asper 115, 3 K. 'simili . . . metallo' Macrobius Sat. VI 6, 8

VARIA LECTIO.

129 coſ *c*1 AEQVVS *MPγb*, (AEQ *in ras.*) *R* equuſ *c* AMAVIT //// *R* 130 euixit *c* ad] in *c* 131 Diiſ *γ* media tenent *b* 132 COCYTOS *M* Cocyti *schol. Hor. Med.* circumfluit *schol. Hor. Fabr.* 133: *cf.* II 10 QUOT *M*1 Quod (od *in ras.*, *in mg.* al qđ) *γ* quid *Goth. sec.* quin *Heinsius* sed *Peerlkampus* MENTI·S̶ *P* amor, menti si *Peerlkampus cum libris quibusdam* CVPIDO *P* CUPIDOEST *M* CVPIDOEST *Rγbc* 134 ſtigioſ *bc* LOCVS (A *supra* O) *P* locuſ *γ*1 luctoſ *c*1 lac. oſ (v *supra*) *c*2 (biſ *supra*) &nigra *b* 135 indulgere (re *supra*) *γ* 136 OPACO (λ *supra* O) *M* 138 INFERNE (A *supra*) *P* OMNES *M*1 139 PLAVDVNT *R* 140 SED *Rγbc* ſubirae *γ* 141 QVIS *PRγbc* arbori (i *ex corr.*) *c* 142 ferre *b*1 143 AVVLSO *MRγbc* DEFECIT *Pc*1 DEFICIT *MRγb* 144 aureus *languere videtur Wagnero.* ramus et e simili *Peerlkampus* SIMILIS *M*

ergo alte vestiga oculis et rite repertum
carpe manu. namque ipse volens facilisque sequetur,
si te fata vocant: aliter non viribus ullis
vincere nec duro poteris convellere ferro.
praeterea iacet exanimum tibi corpus amici
(heu nescis) totamque incestat funere classem,
dum consulta petis nostroque in limine pendes.
sedibus hunc refer ante suis et conde sepulchro.
duc nigras pecudes; ea prima piacula sunto.
sic demum lucos Stygis et regna invia vivis
aspicies.' dixit pressoque obmutuit ore.

Aeneas maesto defixus lumina voltu
ingreditur, linquens antrum, caecosque volutat
eventus animo secum. cui fidus Achates
it comes et paribus curis vestigia figit.
multa inter sese vario sermone serebant,

TESTIMONIA.

147 cf. schol. Veron. 85, 29 K. 'si . . . vocant' Diomedes 387 Servius Aen. VI 409 149 Asper 113, 4 K. 151 'nostro . . . pendes' Servius Aen. II 114 152 Servius Aen. V 64 153 Nonius 370, 4 Servius Aen. VI 236 'haec prima p. s.' Diomedes 449 154 'sic . . . Stygis' Probi inst. I 3, 4 158 sq. 'fidus . . . comes' Servius Aen. II 12, 16 159 Probi inst. I 5, 3 160 Isidorus orig. VI 8, 3 Pompeius 410 L.

VARIA LECTIO.

145 VESTIGIA *R* uetigia *c*1 146 manu. *b* uo.lenſ (I *m.* 2) *γ* facili *c*1 147 NEC *R* 151 lumine *b*1 PENDENS *R* 152 HVNC REFER *in ras. excepta ultima litera R* 153 haec *Parrhas.*, *Diomedes* per *m* 154 l^{v}ocuſ (u *corr. in* o) *γ* STYGIIS (*corr. minio*) *M* STYGIIS *R* STYGI^{o}S (O *m.* 2 *add.*) *P* ſtygi^{o}iſ (i *post. erasa*) *γ* ſtygioſ *cm* ſt^{y}igioſ *b* Stygiae *Probi inst. cod.* et *del. b* VI^{V}IS (V *add. m. rec.*) *R* ui^{v}iſ *γ*

155 dixi *c* preſſo. *c* OMMVTVIT *R* ORBE *M* 156 AENIEAS *P* meſto. *γ* DEFI.XVS (*erasa ut vid.* E) *P* VVLTV *Rγ*2*bc* 157 ingreditur] *in mg. m. rec. add.* PRO *M* 'ingreditur *pro* graditur' *Servius* LIQVENS *R* li^{n}quenſ *b* uolutat (t *post. m.* 2 : *fuitne m.* 1 uolutanſ?) *γ* 158 ANIMOS *R* PHIDVS *Pγ* fid^{v}eſ *c* 159 FI^{G}XIT *M* 160 multa] illi *Pompeius* VARIOVE *P* longo *Isidori exempl.*

quem socium exanimem vates, quod corpus humandum
diceret. atque illi Misenum in litore sicco,
ut venere, vident indigna morte peremptum,
Misenum Aeoliden, quo non praestantior alter
aere ciere viros Martemque accendere cantu.
Hectoris hic magni fuerat comes, Hectora circum
et lituo pugnas insignis obibat et hasta.
posquam illum vita victor spoliavit Achilles,
Dardanio Aeneae sese fortissimus heros
addiderat socium, non inferiora secutus.
set tum forte cava dum personat aequora concha,
demens, et cantu vocat in certamina divos,

TESTIMONIA.

162 sq. 'atque . . . peremptum' Donatus ad Ter. eun. V 5, 4 164 'Misenum A.' Servius Aen. III 239 165 Priscianus 865 166 'Hectora c.' Probi inst. I 4, 21 167 Gellius V 8, 11 Macrobius Sat. VI 8, 6 168 Servius Aen. VIII 202 XI 80 171 sq. Servius Aen. IX 728

VARIA LECTIO.

161 EXANIMEM *M* EXANIMVM *PRγbc* : *cf.* 149 HUMANU͞ DVM (*supra scr. minio*) *M* 162 illi *suprascr.* *γ* littore *b1c* 163 VENE RE *R* IN DIGNA *M* 164 aeolidem *c1* '*Erotem, librarium et libertum eius*' (*Vergilii*) '*exactae iam senectutis, tradunt referre solitum, quondam in recitando eum duos dimidiatos versus complesse ex tempore: et huic* Misenum Aeoliden *adiecisse* quo non p. alter, *item huic* aere ciere viros *simili calore elatum subiunxisse* Martemque a. c., *statimque sibi imperasse ut utrumque volumini adscriberet*' *Donatus vita Verg.* 12, 49. (*in Suetonio Reifferscheidiano p.* 62, 6 *sqq.*) *Veri similiora Servius ad v.* 165. 165 ci . ere *c* 'Martemque accendere cantu: *hemistichium hoc dicitur addidisse, dum Augusto hunc sextum librum recitaret;* [*nam ante hemistichium fecerat dicendo* aere ciere viros, *postea in praesentia Augusti ex abundantia intellectus addidit subito:* Martemque a. c.]' *Servius. Fabulam quandam suam huic fabellae admiscuit Gruppe Min.* 183 *sqq. Quam qui mendacio fictam habent quidni utrumque versum obelo notaverunt?* 166 HECTOREIS *R* Hectoref *γ1* ectora cifcum *γ* 167 INSIGNES *R* 168 Pofquã *c* POSTQVAM *MPRγb* . achillef *γ2* anchillef *ut vid.* *γ1* 170 Addiderat (i *e corr.*) *γ* : addederat *scriptum fuerat* 171 SET *P1* SED *MP2Rγbc* tum] T DUM *M* tum (t *e corr.*) *γ* 172 certamine *γ*

aemulus exceptum Triton, si credere dignum est,
inter saxa virum spumosa inmerserat unda.
ergo omnes magno circum clamore fremebant,
praecipue pius Aeneas. tum iussa Sibyllae,
haut mora, festinant flentes aramque sepulchro
congerere arboribus caeloque educere certant.
itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum,
procumbunt piceae, sonat icta securibus ilex
fraxineaeque trabes cuneis et fissile robur
scinditur, advolvont ingentis montibus ornos.
nec non Aeneas opera inter talia primus
hortatur socios paribusque accingitur armis.
atque haec ipse suo tristi cum corde volutat,

TESTIMONIA.

173 sq. Nonius 437, 7 173 'aemulus e. T.' Nonius 238, 33 Servius Aen. III 332 IV 114 cf. IV 70 ('excipit incautum T.') 174 Servius Aen. V 814 176—178 'Sibyllae . . . caelo' Asper 115, 14 176 sq. 'tum . . . festinant' Servius Aen. IV 575 177 sq. 'aram . . . certant' Nonius 298, 14 178 'caeloque e. e.' Servius Aen. IV 685
179—182 Macrobius Sat. VI 2, 27 Asper 114, 2 K. 179 Charisius 3 P. 'itur in a. s.' Quintilianus I 4, 28 Charisius 224 Diomedes 393 P. Donati ars II 16, 5 anon. de verbo 35 p. 165 Endl. Pompeius 15 L. 'eitur in silvam' Terentianus Maurus 461 180—182 Iulius Rufinianus 229 R. 180 Servius Aen. IV 507 183 sq. Servius Aen. I 180

VARIA LECTIO.

173 *cf. ge.* III 391 ſic c1 174 IMMERSERAT *MR* 176 SIBYLLAE (Y *in ras.*) *P* SY[I]BYLLAE (I *sup. et* Y *post. rami minio p.*) *M* ſybyllae *γ* 177 HAVD *Pbc* FESTINENT *R* AR[M]MA *M* SEPVLCHRO *Pγ* ſepulchri (i *m.* 2 *in ras.*) *b* SEPULCHRI *M* SEPVLCHRI *Rc, Servii et Nonii exempl.* '*Probus tamen et Donatus de hoc loco requirendum adhuc esse dixerunt*' *Servius* 178 cael[o]i (*corr. m. ant.*) *c* [E]DVCERE *P* 179 'eitur in silvam *necesse est* e *et* i *conectere : principali namque verbo nascitur, quod est* eo' *Terentianus Maurus.* 'itur, i *longa invenitur ... multi tamen tentant dicentes* itur *propter* eo *... per diphthongon scribi debere, quod non procedit*' *e. q. s. Servius* 180 icta *m.* 2 *in ras. b* hicta *γ* ILLEX *P* 181 robor *c* 182 Scenditur *γ*1 ADVOLVVNT *MRγbc* ingenteſ *γ* 185 uolutat. (t *post. e corr.: cf.* 157) *γ*

aspectans silvam immensam, et sic forte precatur:
'si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
ostendat nemore in tanto! quando omnia vere
heu nimium de te vates, Misene, locuta est.'
vix ea fatus erat, geminae cum forte columbae
ipsa sub ora viri caelo venere volantes
et viridi sedere solo. tum maximus heros
maternas adgnoscit aves laetusque precatur:
'este duces o, siqua via est, cursumque per auras
derigite in lucos, ubi pinguem dives opacat
ramus humum. tuque o dubiis ne defice rebus,
diva parens.' sic effatus vestigia pressit
observans, quae signa ferant, quo tendere pergant.
pascentes illae tantum prodire volando,
quantum acie possent oculi servare sequentum.

TESTIMONIA.

187 sq. 'si . . . tanto' Priscianus 1021 'si . . . ostendat' Alcuinus gramm. 2124 P. 187 Servius Aen. VIII 560 190 sq. 'geminae ... volantes' Probus 16, 13 191 sq. 'ipsa . . . solo' Servius Aen. XII 246 193 'maternas a. a.' Servius Aen. I 393 194 sq. 'este . . . lucos' Nonius 251, 13 Servius Aen. I 398 196 'tu . . . rebus' schol. Hor. serm. II 3, 153 199 Servius Aen. I 184

VARIA LECTIO.

186 IMMENSAM *R* VOCE *ut* IX 403 XI 784 *R* ore *Longob.: cf.* I 614 II 524 *al.* '*vacat* forte; *et est versus de his, qui tibicines vocantur: quibus datur aliquid ad solam metri sustentationem ut* V 457 nunc dextra, nunc ille sinistra. *nec enim possumus intelligere, eum fortuitu rogasse' Servius.* 187 Si ſe nunc *c*1 Si .. nunc^{ſe} *c*2 188 DEMORE *P*γ1 tant.o γ 190 gemine γ 192 ^{h}eroſ γ 193 AGNOSCIT *Rb* AGNOUIT *M teste Fogginio* AVIS *P*1 preca.tur γ 194 O.. (O *corr. ex* Q, *erasae duae lit.*) *P* curſum$^{q:}$ *c* 195 DERIGITE *PR*γ1 DIRIGITE *M*γ2*bc* l^{v}ocoſ γ 196 ^{h}umum *b* 197 *sq.* ↑ DIVAPARENS·QVAESIGNAFERANT·QVOTENDEREPERGANT (OBSERVANS *supra*) *et ima pag.* SICEFFATVSBESTIGIAPRESS. (*addita m. rec.*) *P* Diua parenſ *m. rec. add. v.* 196, *om. initio v.* 197, *sed initio v.* 198 Diua parenſ obſeruanſ, *in quibus* obſeruanſ *m. rec. in ras.*, γ 198 que γ 199 PASCENTES· *M* '*multi* pascentes *distinguunt, et absolutus est sensus. Alii dicunt* pascentes volando' *Servius.* 200 ACIES *M* aciae γ SEQVENTVR (M *supra*) *P* sequentem *Paldamus* sequentes *Peerlkampus*

inde ubi venere ad fauces grave olentis Averni,
tollunt se celeres liquidumque per aëra lapsae
sedibus optatis gemina super arbore sidunt,
discolor unde auri per ramos aura refulsit.
quale solet silvis brumali frigore viscum
fronde virere nova, quod non sua seminat arbos,
et croceo fetu teretis circumdare truncos:
talis erat species auri frondentis opaca
ilice, sic leni crepitabat brattea vento.
corripit Aeneas extemplo avidusque refringit
cunctantem, et vatis portat sub tecta Sibyllae.

Nec minus interea Misenum in litore Teucri
flebant et cineri ingrato suprema ferebant.

TESTIMONIA.

201 sq. 'inde . . . celeris' Nonius 14, 11 201 'inde . . . fauces' Diomedes 451 'grave o. A.' Iulius Rufinianus 261 R. Servius ge. IV 31 202 Servius Aen. VI 239 'liquidum . . . lapsae' Probus 11, 15 Nonius 334, 15 203 Priscianus 1001 schol. Hor. carm. I 9, 5 'gemina . . . sidunt' Donati ars II 16, 5 Arusianus p. 261 L. Claudius Sacerdos I 7 Diomedes 406. 408 Cledonius 1879 Augustinus de gramm. 2016 P. Servii ars p. 533 L. Servius Aen. I 176 204 Macrobius Sat. VI 6, 8 Nonius 245, 22 Isidorus orig. XVI 18, 1 'auri . . . refulsit' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 'per r. a. r.' Priscianus de XII vers. Aen. 12, 205 209 'crepitabant blatea v.' gloss. in Barthii adv. XXXVII 5 210 sq. 'avidus . . . cunctantem' Servius ge. II 236

VARIA LECTIO.

201 GRAUE^{O}Q·LENTIS (*corr. minio*) *M* graveolentef γ1 202 celeris *Nonii exempl.* liquidum per *Nonius* liquidum super *Probus : cf. H. Keilius philol.* II 164 aethera *Probus* LABSAE *M* lapfe γ 203 GEMINAE *R : cf.* 190 geminaeque sub arbore *coni. Burmannus* 204 inde *Isidorus* AVRO *R* refulgit *Isidori Gud.* 2 auro per r. virga *Peerlkampus* auri ... aura *testantur Servius Nonius Macrobius Isidorus* 205 brumale γ1 209 crepitaba.t (*erasa* n) γ*bc* crepitabant *Longob. cum al., gloss. Barth.* BRATTEA *MRbc*, *probavit Lachmannus ad Lucr.* IV 727 BRATTIA *P* ('brattea, *non* brattia' *gramm. Eichenfeldii p.* 444) bractea γ blatea *gloss. Barth.* 210 extimplo *c* e^{t}xemplo *b* EXEMPLO *R* re^{r}fingit *b* 211 undantem *Ladewicus coni.* 209 sectantem *Waddelius animadv. crit.* 22 : *cf.* 146. adductam *vel* cedentem *conatus erat Peerlkampus*, cunctantem *legit Servius : cf.* 137 fybillae γ 213 INGRATO, *in mg.* R (*ut videatur pro* R *in textu alia litera posita fuisse*) *M* SUPPREMA *M* SVPPREMA *R* fu.~ma *b*

principio pinguem taedis et robore secto
ingentem struxere pyram, cui frondibus atris
intexunt latera et feralis ante cupressos
constituunt, decorantque super fulgentibus armis.
pars calidos latices et aëna undantia flammis
expediunt corpusque lavant frigentis et unguunt.
fit gemitus. tum membra toro defleta reponunt
purpureasque super vestes, velamina nota,
coniciunt. pars ingenti subiere feretro
(triste ministerium) et subiectam more parentum
aversi tenuere facem. congesta cremantur
turea dona, dapes, fuso crateres olivo.
postquam conlapsi cineres et flamma quievit,
reliquias vino et bibulam lavere favillam,
ossaque lecta cado texit Corynaeus aëno.
idem ter socios pura circumtulit unda

TESTIMONIA.

214 Macrobius Sat. V 7, 9 216 sq. 'et . . . constituunt' Nonius 273, 17 schol. Hor. carm. II 14, 22 epod. V 18 216 'et . . . cupressos' schol. Lucani III 442 218 sq. 'pars . . . expediunt' Iulius Rufinianus 253 218 'aena u. f.' Servius Aen. I 213 219 'corpus . . . unguunt' Nonius 110, 20 Diomedes 411 Augustinus gramm. 2013 P. Servius Aen. IV 704 XI 39 XII 951 'lavant . . . unguunt' Probi ars minor 828 gramm. Vatic. in A. Mai auct. class. V 318 221 Servius Aen. III 67 V 79 224 sq. 'congesta . . . olivo' schol. Persii VI 33 225 'fuso c. o.' Nonius 546, 2 Maximus Vict. de rat. metr. IV 227 'bibulam l. f.' schol. Hor. carm. II 6, 22 228 Servius Aen. XI 197 229 sq. 'idem . . . levi' Macrobius Sat. III 1, 8 229 No-

---

VARIA LECTIO.

215 ſtruxe[re] *γ* piram *γb* 216 feraleſ *b* CYPRESSOS *Rb* cupressus *Guelf. schol. Hor. epod.* 217 CONSTIT(V)VNT *P* 218 calidos] caliceſ *γ*1 219—235. 236—241 *F fol. XLV* 219 LAVANT (V *in ras.*) *F* fringentiſ *c*1 220 tum (t *corr. e* d) *γ* 221 NATO(O)A (A *post. m. aliena*) *M* 222 ingente *γ*1 223 SVBIECTAM *P* SVBIECTA(M) *F* ſubiectam (m *in ras. m. rec.* : subiectas *m.* 1 ?) *γ* 224 AVERI *R* FACES *Pγ*1 225 fu.ſo (*i. e.* fusso) *b* dapes : *cf.* III 301 dapeſ ferunt *γ* FERV(E)N̄ *P* : *cf. ge.* III 22 *Aen.* I 679 V 101 VIII 284 226 CONLABSI *F* collapſi *b* 227 rel(l)iquiaſ *b* RELLIQVIAS *Fc* 228 CORYNEVS *Fc*

spargens rore levi et ramo felicis olivae,
lustravitque viros dixitque novissima verba.
at pius Aeneas ingenti mole sepulchrum
inponit suaque arma viro remumque tubamque
monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
dicitur aeternumque tenet per saecula nomèn.

His actis propere exequitur praecepta Sibyllae.
spelunca alta fuit vastoque immanis hiatu,
scrupea, tuta lacu nigro nemorumque tenebris,
quam super haut ullae poterant inpune volantes
tendere iter pinnis: talis sese halitus atris
faucibus effundens super ad convexa ferebat.

TESTIMONIA.
nius 261, 29 schol. Iuven. II 156 230 Servius Aen. IV 635 231 ‘dixitque n. v.’ Servius Aen. VI 216 232—235 Macrobius Sat. V 7, 10 232 sq. ‘at . . . imponit’ Donatus ad Ter. Andr. I 1, 101 234 ‘monte s. a.’ Servius Aen. XI 849 236 Nonius 243, 14 ‘propere’ Charisius 190 P. 237 schol. Veron. 82, 3 K. 238 Donatus ad Ter. Andr. V 4, 37 Servius Aen. V 123 ‘tuta l. n.’ schol. Hor. serm. II 1, 20 239—241 Nonius 14, 14 240 ‘tendere i. p.’ Donatus ad Ter. hec. I 2, 119

VARIA LECTIO.
230 SPARS[GEN] *F* ‘olivae, *arboris festae. sed moris fuerat, ut de lauro fieret. sane dicit Donatus, quod hoc propter Augustum mutavit. nam nata erat laurus in palatio eo die, quo natus est Augustus . . . propter quam rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.’ Servius* 231 virof (vir *m. rec. in ras.*) *b* DOMOS[VIR] *P* DOMOS *R*: *cf.* V 756 choros *Menag. pr.* : *cf.* VII 391 DIXIT (I *pr. in ras.*, *corr. ex* V *ut vid.*) *F* 232 SEPVLCRVM *P* 233 IMPONIT *MRb* imposuit *Donatus* 234 nunc (c *in ras.*) *γ* 235 SECVLA[A] *F* 235 EXEQUITUR *M* EXSEQVITVR *FPRγbc* fybillae *γ* 237 SPELVNCHA *P* IMMANIS *MRγ* INMANIS *FPbc* 238 SCRVPEX *R* 239 HAVD *FPγb* [h]aud *c* IMPVNE *MR* inpune. (*crasa* m, *ut vid.*) *γ* VOLANTIS (I *corr. in* E) *P* uolantif *γ* VOLE[A]NTES (*corr. m. rec.*) *F* 240 pennif *b* HAELITUS *M* alituf *γ*, *Nonii exempl.* 241 FAUCIB’ (’ *minio p.*) *M* SVPER *R* SVPER[A] *P* SUPER[A] *M* SVPERA *Fγbc* : *cf.* 750. 788. VII 562 X 251. *Coniungo* super *adverbium cum* convexa *participio.* AT *M*1 ferebant *γ*1

quattuor hic primum nigrantis terga iuvencos
constituit frontique invergit vina sacerdos,
et summas carpens media inter cornua saetas
ignibus inponit sacris, libamina prima,
voce vocans Hecaten caeloque Ereboque potentem.
supponunt alii cultros tepidumque cruorem
succipiunt pateris. ipse atri velleris agnam
Aeneas matri Eumenidum magnaeque sorori
ense ferit sterilemque tibi, Proserpina, vaccam.
tum Stygio regi nocturnas incohat aras
et solida inponit taurorum viscera flammis,
pingue superque oleum fundens ardentibus extis

---

unde locum Grai dixerunt nomine Aornon 242

TESTIMONIA.

244 'fronti . . . sacerdos' Priscianus 798 247 'voce v. H.' Iulius Rufinianus 238. 257 R. 248 'supponunt a. c.' de gen. nom. 74 ed. Haupt. Servius ge. III 492 253 Servius Aen. III 231 254 schol. Veron. 102, 15

VARIA LECTIO.

242 (*ex Prisciani perieges.* 1055 *fictum*) *habent Rb*, *ante* 241 *γ*, *om. FMPcm. Sed in M post* 241 *intra lineas minio pictum* —○ ; *quod spectat ad versum quendam ima pagina additum*, *cuius erasi non apparebant nisi incertissima haec vestigia:* ..RE...E....C.......E..N ....AT LOCVM (*corr. m. ant.*) *R* lucum *b*1 lacum *b*2 aornum *γ* AVERNVM *Rb* 243 — 263. 264 — 272 *F fol. XLVI* 243 hoc *c*1
M
PRIMUS (*corr. minio*) *M* 245 SVMMA *R* 246 IMPONIT *Rbc* 247 vocat *Iulii Rufin.* 238 *exempl.* HAECATEN *Mb* haecaten *c*
H
EREBO *P* 248 Subponunt *b* 249 Succipiunt (c *pr. in ras.*) *b* SVSCIPIVNT *MRγ*1c 'succipiunt *antique. nam modo* suscipiunt *dicimus*, *ut* I 175' *Servius* PATERNIS *F* 250 MAGNAE *P* 251 que *om. R*
IN
252 ſtygiio *γ*1 REGNI *R* REGIA *F* COHAT *P* INCHOAT *FMc* IN-
H I
COAT *R* incoat *γb* 253 IMPONIT *MRb* MPONIT *F* 254 SVPERQVE *FMPRγbcmψ*, *schol. Veron.* super '*antiqua aliquot*' *Pierii*, *χ* superne *coni. Wagnerus quaest. Verg.* XII 13 FVNDENS *FPRγbcmψ*, *Servii ex.* INFUNDENS *M* ardeti.buſ (ti *m.* 2 *in ras.*) *γ* *Unum vel plures versus additurus fuit poeta, ni fallor.*

. . . .
ecce autem primi sub lumina solis et ortus
sub pedibus mugire solum et iuga coepta moveri
silvarum visaeque canes ululare per umbram
adventante dea. 'procul o procul este, profani'
conclamat vates, 'totoque absistite luco;
tuque invade viam vaginaque eripe ferrum:
nunc animis opus, Aenea, nunc pectore firmo.'
tantum effata furens antro se inmisit aperto;
ille ducem haut timidis vadentem passibus aequat.

Di, quibus imperium est animarum, umbraeque silentes
et Chaos et Phlegethon, loca nocte tacentia late,
sit mihi fas audita loqui, sit numine vestro
pandere res alta terra et caligine mersas.

TESTIMONIA.

255 Charisius 210 P. 256 Seneca nat. qu. VI 13, 5 257 'visae . . . umbram' Donatus ad Ter. hec. III 1, 38 schol. Hor. epod. II 32 Servius Aen. IV 455. 461 257 sq. 'visae . . . dea' Donatus ad Ter. eun. III 2, 1 Servius Aen. III 209 258 sq. 'procul . . . luco' Macrobius Sat. III 3, 3 258 'procul o p. e. p.' schol. Hor. carm. III 1, 1 261 Seneca epist. 82, 7 264 'di . . . animarum' Servius Aen. V 235 VI 749 265 'et Chaos et P.' Probi inst. I 4, 15 'et . . . loca' Marius Plotius p. 264. cf. 284 G. 266 'sit m. f. a.' Probi inst. I 4, 13

VARIA LECTIO.

255 LVMINA *FPRγb2cψ*, *Servii et Charisii exempl. : cf.* VIII 68 lumine *b*1 LIMINA *M*, *placuit Heinsio* : *cf. Catullus* LXIV 271 256 Sup *γc* celsa *Seneca* MOVEMRI *P* 258 O *M* 259 CONCLAMANT *F* uatef ///// toto *c* LOCO *M* 260 VAGINA (A *pr. corr. ex* I) *F* 261 NVC *P* 262 IMMISIT *FMP* 263 HAUT *M* AVT *R* HAVD *FPγ* haud *b* AEQVATIS *F* 264 Dii *γ* filentif *γ*1 265 PHLEGETON *FMc* LOCO *M* TACENTIALATELOCANOCTE (TAC *in ras.*, *numeri m. rec.*) *P* loca nocte tacentia late *m.* 2 *add. γ* SILENTIA *in mg. M*, *Servii exempl.* 266 MIHINE *F* phaf *γ* 267 ALTAS *M : cf. ge.* III 42 alta *Servius firmat* SCALIGINE (G *in ras., sup.* C *vel* G *vel* S) *F*

Ibant obscuri sola sub nocte per umbram
perque domos Ditis vacuas et inania regna:
quale per incertam lunam sub luce maligna
est iter in silvis, ubi caelum condidit umbra
Iuppiter et rebus nox abstulit atra colorem.
vestibulum ante ipsum primis in faucibus Orci
luctus et ultrices posuere cubilia Curae,
pallentesque habitant Morbi tristisque Senectus
et Metus et malesuada Fames ac turpis Egestas,
terribiles visu formae, Letumque Labosque;
tum consanguineus Leti Sopor et mala mentis

TESTIMONIA.

268 Priscianus 1000 schol. Hor. carm. I 28, 16 epod. IX 32 'ibant . . . nocte' Servius Aen. I 392 II 387 269 schol. Hor. carm. I 4, 16 270 sq. 'quale . . . silvis' Nonius 345, 32 Priscianus 1000 Servius ge. II 179 270 schol. Lucani IX 73 'quale per i. l.' Servius Aen. III 203 'sub l. m.' Servius Aen. XI 525 272 'et . . . colorem' schol. Lucani IV 104 Favonii Eulog. comm. in somn. Sc. p. 406 Or. 273 sq. Gellius XVI 5, 11 273 Macrobius Sat. VI 8, 14 274 sq. Seneca epist. 107, 3 274 'ultrices p. c. c.' Priscianus de XII vers. Aen. 5, 92 275 Quintilianus VIII 6, 27 Seneca epist. 108, 29 Claudius Sacerdos I 142 'pallentes morbi' Claudius Sacerdos I 161 276 'et metus et m. s. f.' Nonius 349, 16. 411, 8 'et male . . . egestas' Claudius Sacerdos I 142 'et male s. f.' Servius Aen. X 724 'male s. f.' Macrobius Sat. V 14, 8 Servius Aen. III 367 'turpis e.' Quintilianus VIII 6, 41 277 Seneca epist. 104, 24 278 'tum . . . sopor' Macrobius Sat. V 7, 11 schol. Hor. carm. I 24, 5 III 11, 38 Lucani IX 818 278 sq. 'et mala m. g.' Seneca epist. 59, 3 'mala

---

VARIA LECTIO.

268 obſcura ſoli γ1 'obscuri sola sub n. *aut hypallage est;* sub obscura n. soli ibant, *aut* sola sub n., *i. e. ubi nihil aliud est praeter noctem' Servius* umbraſ γ2c2 269 VAC^V^AS *P* IN^A^NIA *P* 270 PER INCERT^A^UM LUNAM *F* per incertam (incertum?) lunae *schol. Lucani* per inceptam lunam *bc*2χ : *cf.* 453 'inceptam : *alii* incertam *legunt' Servius* per obscuram noctem *Priscianus* cum luce *schol. Lucani* 271 in *om. Nonius* 273 PRIMIS *Pγc, Pieriani* ψ PRIMISQ· *MRb, Macrobii et Gellii exempl.* 274 altrices *Peerlkampus* poſue^re^ γ 275 PALLANTES *M*1 TRI^S^TIS *M* 276 malaſuada γ1 ac] et *Claudius Sacerdos* 277 TERRIBILIS *R* FOR^A^ME *P* LAETUM *M* loetum *γbc* 278 Tun *b*1 tunc *Macrobii ex.* et *schol. Hor. carm.* III 11, 38 *et Lucani* loeti *γbc* İET *M*

Gaudia mortiferumque adverso in limine Bellum
ferreique Eumenidum thalami et Discordia demens,
vipereum crinem vittis innexa cruentis.

In medio ramos annosaque bracchia pandit
ulmus opaca ingens, quam sedem Somnia volgo
vana tenere ferunt foliisque sub omnibus haerent.
multaque praeterea variarum monstra ferarum
Centauri in foribus stabulant Scyllaeque biformes
et centumgeminus Briareus ac belua Lernae
horrendum stridens, flammisque armata Chimaera,
Gorgones Harpyiaeque et forma tricorporis umbrae.

TESTIMONIA.

m. g.' Augustinus de civ. dei XIV 8 280 'ferreique E. t.' Priscianus 779 P. 286 'centauri . . . stabulant' schol. Lucani VI 386 287 'et c. B.' schol. Hor. carm. III 4, 69 Servius Aen. X 565 'centumgeminus Briareus' Macrobius Sat. V 14, 8 schol. Lucani IV 596 'ac belua L.' Servius Aen. VI 576 288 'horrendum s.' schol. Hor. carm. II 12, 15 289 Priscianus 699 'Gorgones H. que' Maximus Vict. de rat. metr. IV

VARIA LECTIO.

280 [h]eumenidum *γ* HEVMENIDVM *Rb* 281 CRINEN *P* VITTIS (TT *m.* 2 *in ras.* : villis?) *P* INNIXA *Rb*1 : *cf.* IV 217 282 ramo[f] *b* ANNOSATQ· *M* brachia *b* pandit (an *et* it *m. rec. in ras.*) *c* 283 'ulmus opaca ingens: *distinguenda sunt ista propter duo epitheta.*' *Servius* [v]uolgo *γ* VVLGO *MRbc* 284 [h]erent *γ* 285 preterea *γ* VARIA[R]VM *P* MONSTRA (MONST *m. ant. in ras.* : *fuitne* mostra?) *P* 286 ftab[vl]ant *γ* SCYLLA[E] (E *minio p.*) *M* fcyllę *γ* 287 CENTUM GEMINVS (G *in ras.*) *R* centumgeminof *γ* briare[v]uf (*erasa* f) *γ* VELVA *P* 288 '*utrum hic distinctio plena sit an* horrendum stridens *inferioribus iungendum sit? stridere enim bene Chimaerae datur*' *Servius. In M post* stridens, *non post* Lernae *distinguitur.* FLAMIS *P* que *om. Menag. Mentel. sec.*, *ut* stridens *referatur ad* Chimaeram. CHIMERA *M* chimara *γ*1 [h]cymera *b* 289 delphines *Prisciani ω* Gorgones *testatur Servius* HARPYAE *M* [h]arpyae *γ* arpiae *b* harp[y]yias *Maximus Vict.* '*Sane quidam dicunt versus alios hos a poeta hoc loco relictos, qui ab eius emendatoribus sublati sunt:*

Gorgonis (Gorgones *Par.*) in medio portentum inmane Medusae,

corripit hic subita trepidus formidine ferrum
Aeneas strictamque aciem venientibus offert,
et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
admoneat volitare cava sub imagine formae,
inruat et frustra ferro diverberet umbras.

Hinc via Tartarei quae fert Acherontis ad undas.
turbidus hic caeno vastaque voragine gurges
aestuat atque omnem Cocyto eructat harenam.
portitor has horrendus aquas et flumina servat
terribili squalore Charon, cui plurima mento
canities inculta iacet, stant lumina flamma,
sordidus ex umeris nodo dependet amictus.
ipse ratem conto subigit velisque ministrat,
et ferruginea subvectat corpora cumba,

TESTIMONIA.

290 sq. 'corripit . . . Aeneas' Arusianus p. 264 L. 290 Servius Aen. I 188 291 'strictam . . . offert' Nonius 360, 26 Servius Aen. VI 251 292 sq. Nonius 466, 16 292 sq. 'et . . . volitare' Nonius 419, 27 295 Nonius 303, 16 297 'atque . . . harenam' Servius Aen. III 576 298 sq. 'portitor . . . Charon' schol. Lucani III 16 300 'stant l. f.' Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 16 schol. Lucani II 103 Hor. carm. I 9, 1 Servius Aen. I 646 II 333 VI 22 ecl. VII 53 302 Priscianus 936 schol. Iuvenalis II 150

VARIA LECTIO.

viperea*e* (uipera ée *Par.*) circum ora comae cui sibila (fibylla *Par.*) torquent
infamesque rigent oculi, mentoque (meritoque *Par.*) sub imo
serpentum extremis nodantur vincula caudis' *Servius Paris.*, *qui solus haec verba habet.* 290 trepidiſ [v] γ FORMINE *R* 292 et] ac *Nonius* 466 TENVES *M2Rb* ui. taſ γ 293 ADMONEA[T] *P* cavae *m* 294 Irruit (r *pr. in ras.*) *b* diuerberat *b1m* 295 VITA (T *eras.*) *R* tarthareι γ undam *Nonius* 297 COCYTHO (*corr. minio*) *M* coccyto. γ cocyti *c1mχ* 'Cocyto, *in Cocytum*' *Servius* 298 PORTI[H]THORAS *P* orrenduſ *c* 299 Terribileſ quare *c1* Terribiliſquare [lo] *c2* PLVRIMAMENTO *MPγ*, *item*, *sed* AME *in ras.*, *R* 300 Caniciеſ γ FLVMINA *P* lumine *c* flamma *c cum auctoribus antiquis* FLAMMAE (*corr. m. ant.*) *P* FLAMMAE *Mb* FLAMMAE *Rγ* flammea χ 302 ponto subiit *schol. Iuven.* uc. liſ. γ 303 SVBIECTAT (I *corr. in* V) *P* ſubuectit γ1 CORPO[R]A *P* CYMBA *Rbc*

iam senior, set cruda deo viridisque senectus.
huc omnis turba ad ripas effusa ruebat,
matres atque viri defunctaque corpora vita
magnanimum heroum, pueri innuptaeque puellae
impositique rogis iuvenes ante ora parentum:
quam multa in silvis autumni frigore primo
lapsa cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus
trans pontum fugāt et terris inmittit apricis.
stabant orantes primi transmittere cursum
tendebantque manus rīpae ulterioris amore.
navita set tristis nunc hos nunc accipit illos,
ast alios longe summotos arcet harena.
Aeneas miratus enim motusque tumultu
'dic' ait, 'o virgo, quid volt concursus ad amnem?
quidve petunt animae? vel quo discrimine ripas
hae linqunt, illae remis vada livida verrunt?'
olli sic breviter fata est longaeva sacerdos:

TESTIMONIA.

304 Priscianus 604 Donatus ad Ter. eun. prol. 4 hec. prol. 2, 3 Phorm. II 3, 15 Donati ars II 3, 2 Consentius 2023 Diomedes p. 310 P. Cassiodorus de dial. (T. II p. 564 a ed. Ven. 1729) Servius Aen. V 409 'iam senior' Servius ge. I 93 'iam . . . deo' Pompeius 134 L. 'cruda . . . senectus' Servius Aen. V 295 306 'defunctaque c. v.' Nonius 287, 5 307 Priscianus 743 308 Macrobius Sat. IV 3, 4 Servius Aen. X 443 314 Nonius 410, 30 315 schol. Hor. carm. II 14, 11 'navita sed t.' Servius Aen. VI 264 'nunc hos n. a. i.' schol. Iuvenalis II 150 318 'quid . . . amnem' Donatus ad Ter. Andr. II 3, 1

VARIA LECTIO.

304 SED *Rγbc* 306—308 = *ge.* IV 475—477 307 MAGNIMVM (NAA) *P* magnaanimum *γ* 308 INPOSITI *Pγb* rogeſ *γ*1 hora *c* 310 *sqq.*: *cf. ad ge.* IV 472 *var. lect.* AT *P* 311 amnis *χ* : *cf. Marklandus ad Statii silv.* I 3, 8 312 STRANS (*propter sequentis versus initium*) *P* campis *vel* oris *χ* IMMITTIT *R* 315 SED *Rγbc* 316 Adſt *c* arena *b* 317 Aeneaſ *b* *An* miratur? *cf.* X 874 318 VVLT *Rγc* uult *b* 319 p&ent *c* 320 LINQVNT *R* LINQVVNT *MPγbc* LIQVIDA *R* VERTVNT *P* 321 LONGESICUA (*compuncta minio*) *M*

'Anchisa generate, deum certissima proles,
Cocyti stagna alta vides Stygiamque paludem,
di cuius iurare timent et fallere numen.
haec omnis, quam cernis, inops inhumataque turbast;
portitor ille Charon; hi, quos vehit unda, sepulti.
nec ripas datur horrendas et rauca fluenta
transportare prius, quam sedibus ossa quierunt.
centum errant annos volitantque haec litora circum;
tum demum admissi stagna exoptata revisunt.'
constitit Anchisa satus et vestigia pressit,
multa putans sortemque animo miseratus iniquam.
cernit ibi maestos et mortis honore carentis
Leucaspim et Lyciae ductorem classis Oronten,
quos simul ab Troia ventosa per aequora vectos
obruit auster, aqua involvens navemque virosque.

Ecce gubernator sese Palinurus agebat,

TESTIMONIA.

322 'deum c. p.' Servius Aen. VIII 36 324 schol. Lucani VI 380 Servius Aen. VI 134 325 schol. Iuvenalis III 271 326 'portitor i. C.' Nonius 24, 32 329 Servius Aen. VI 154 XI 23 'centum e. a.' Servius Aen. IV 386 331 'satus Anchisa' Charisius 51 332 Nonius 369, 23 Donatus ad Ter. eun. IV 2, 4. 7, 43 'multa putans' Donatus ad Ter. adelph. V 3, 10 333 Nonius 320, 26 'cernit i. m.' Probi inst. I 9, 3 334 Priscianus 757 336 Macrobius Sat. IV 4, 16 337 sqq. cf. Augustinus de cura ger. pro mort. 10 337 Donatus ad Ter. Andr. IV 2, 25 Servius Aen. IX 696 'sese P. a.' gloss.

VARIA LECTIO.

324 timen^t *γ* nomen *malit Peerlkampus, refutatus a Dietschio theol. Verg.* 11 numen *legit Servius* 325 TURBAST (E) *M* TVRBAEST *PRc* turba ẽ (ẽ *m.* 2 *add.*) *γ* turba ẽ (ẽ *m.* 2 *in ras.*) *b* 326 acharon *γ* hii *γ* unde *γ*1 327 FL V ENTA (L V E *in ras. : fuitne* fluventa?) *R* 328 quierint *Mentel. pr. m.* 1 329 HAICLITORA (I *pr. corr. in* E: *legebatur igitur* hi litora) *P* 330 EXOPTA (TA) *P* 331 ANCHISAE *M* 332 ANIMI *M* MISERATUS *M* miferatur *γ*1 333 SIBI *P* CARENTES *Mc* 334 Leucaspim *intellegi* I 115 magistrum *monet ad illum v. Servius* liciae *γ* DUCTOREMQ· *M* ORONTEM *MRybc, Prisciani ex.* 335 AB *P* A *MRybc* 336 'auster : *hic distinguendum' Servius* [in]uoluenf *c* VIRVM (OS) (OS *col. caerul.*) *P*

qui Libyco nuper cursu, dum sidera servat,
exciderat puppi mediis effusus in undis.
hunc ubi vix multa maestum cognovit in umbra,
sic prior adloquitur: 'quis te, Palinure, deorum
eripuit nobis medioque sub aequore mersit?
dic age. namque mihi, fallax haut ante repertus,
hoc uno responso animum delusit Apollo,
qui fore te ponto incolumem finisque canebat
venturum Ausonios. en haec promissa fides est?'
ille autem: 'neque te Phoebi cortina fefellit,
dux Anchisiade, nec me deus aequore mersit.
namque gubernaclum multa vi forte revolsum,
cui datus haerebam custos cursusque regebam,
praecipitans traxi mecum. maria aspera iuro
non ullum pro me tantum cepisse timorem,
quam tua ni, spoliata armis, excussa magistro,
deficeret tantis navis surgentibus undis.

TESTIMONIA.
in Barthii adv. XXXVIII 15 339 Arusianus p. 240 L. 'mediis . . . undis' Servius Aen. X 838 343 'dic . . . fallax' Probi inst. I 6, 1. 7, 2 347 Claudius Sacerdos I 73 350 Priscianus 862 351 'praecipitans t.' Charisius 233 'praecipitans t. m.' Diomedes 397 'maria a. i.' Arusianus p. 236 L. Donatus ad Ter. hec. V 2, 5 Rufinianus de schem. lex. 251 R. 353 sq. 'quam . . . deficeret' Rufinianus de schem. lex. 251 R.

VARIA LECTIO.

338 LYBICO *M* libico *γb* 343 HAVD *MPγbc* *Ex hoc loco* (348 *conl. cum* V 854*sqq.*, 354 *cum* V 862) *apparet, ultimam poetae manum defecisse: vide prolegomena.* 344 delu . fit (*i. e.* delussit) *b* appollo *γ* 345 FORTE *R* incol[v]omem *γ* incolomẽ *c* 347 te *m.* 2 *superscr.* *γ* 348 'nec me : *hic distinguendum, ne sit contrarium. Nam cum somnus deiccit.' Servius* diuf *b*1 349 gubernaculum *c* VIXARTE *P* : *cf.* V 270 uifte *γ*1 uifo[r]te *γ*2 reuulfum *γc* 350 datuf (f *in ras.* 2 *litt.*) *b* GEREBAM *Pγ*1 351 praecipita[n]s *Diomedis Monac.* traxit omnia *Charisius* maria omnia *χ*, *Donatus* DVRO *R* 352 I[V]LLUM *M* nullum *γ* illum *placuit Peerlkampo et Paldamo* 353 T[A]V (*sup. m. ant.*) *R* ni *Rufinianus* NE *libri* 354 NAUISURGENTIB · *M*

tris notus hibernas immensa per aequora noctes
vexit me violentus aqua; vix lumine quarto
prospexi Italiam summa sublimis ab unda.
paulatim adnabam terrae: iam tuta tenebam,
ni gens crudelis madida cum veste gravatum
prensantemque uncis manibus capita aspera montis
ferro invasisset praedamque ignara putasset.

* * *

nunc me fluctus habet versantque in litore venti.
quod te per caeli iucundum lumen et auras,
per genitorem oro, per spes surgentis Iuli,
eripe me his, invicte, malis: aut tu mihi terram
inice (namque potes) portusque require Velinos,
aut tu, siqua via est, siquam tibi diva creatrix
ostendit (neque enim, credo, sine numine divom

TESTIMONIA.

356 sq. 'vix . . . Italiam' Macrobius Sat. IV 3, 16 358 Servius Aen. V 871 360 Servius Aen. II 308 362 Nonius 418, 32 'nunc . . . habet' Servius Aen. III 140 VI 507 363—366 Macrobius Sat. V 7, 12 364 'spes s. I.' Servius Aen. I 556 365 sq. Gellius X 16 'eripe . . . inice' Gellius IV 17, 9 'aut . . . potes' schol. Hor. carm. I 28, 23 Servius Aen. VI 176 365 'eripe . . . malis' Trebellius Pollio de Tetrico seniore 24 Isidorus orig. II 21, 18 Orosius VII 23 Eutropius IX 13 Servius Aen. I 596 366. 371 'portus . . . Velinos, sedibus . . . quiescam' (om. 367—370) Servius Aen. XI 23 367 'aut . . . est' Servius Aen. IV 478

VARIA LECTIO.

355 INMENSA *Pybc* 357 PROSPEXIT *R* 358 'adnabam: *et hic distingui potest*, paulatim adnabam, *ut sequentibus iungatur:* terrae iam tuta tenebam' *Servius. Post* adnabam *distinctum in M* iamque arva *Servii* V 871 *ex. quaedam ut* II 209 ETIAM *R* IAM· (*puncto rubro*) *M* TENEBRAM (G) *P* 359 uefte, *in mg.* at efte, *γ* 361 INNARA *M* *Post hunc versum expectes poetam quaedam additurum fuisse: aut occisum esse Palinurum corpusque eius in mare coniectum aut ipsum se metu in fluctus praecipitasse eisque haustum esse.* 362 HABENT *M* habe(n)t *b* littore *c* 363 iocundũ *c* 364 *cf.* X 524 fpẽ *c* 365 TV *sup. P* 366 portusque r. V. *reprehendit apud Gellium Hyginus* 367 quã *γ* 368 diuom (v) *γ* DIVVM *MRbc*

flumina tanta paras Stygiamque innare paludem),
da dextram misero et tecum me tolle per undas,
sedibus ut saltem placidis in morte quiescam.'
talia fatus erat, coepit cum talia vates:
'unde haec, o Palinure, tibi tam dira cupido?
tu Stygias inhumatus aquas amnemque severum
Eumenidum aspicies ripamve iniussus adibis?
desine fata deum flecti sperare precando.
set cape dicta memor, duri solacia casus.
nam tua finitimi, longe lateque per urbes
prodigiis acti caelestibus, ossa piabunt,
et statuent tumulum et tumulo sollemnia mittent,
aeternumque locus Palinuri nomen habebit.'
his dictis curae emotae pulsusque parumper
corde dolor tristi; gaudet cognomine terrae.

Ergo iter inceptum peragunt fluvioque propinquant.
navita quos iam inde ut Stygia prospexit ab unda
per tacitum nemus ire pedemque advertere ripae,

TESTIMONIA.

370 'da d. m.' Servius Aen. II 793 372 Priscianus I 186 375 'Eumenidum . . . iniussus' Probi inst. I 11, 2 'ripamve i. a.' Servius Aen. IV 106 376 Seneca epist. 77, 12 schol. Persii V 48 379 Nonius 243, 26. 370, 6. 436, 5 381 schol. Lucani IX 42 382 sq. 'pulsus . . . terrae' Nonius 378, 14

VARIA LECTIO.

AR
369 PAS (*sup. m. recentiss.*) *R* par[af] *b* 371 SALTIM *Rb1c* IM *M* 372 vix ea fatus erat, coepit cum talia virgo *Priscianus : cf.* 190 373 Ó *M* 374 *sq.* amnemque severum Eumenidum: *cf. ge.* III 37 *sq.* 375 HEVMENIDVM *R* adibiſ (d *corr. in* b, *vel* b *in* d) *b* abibiſ *c2 Mentel. alter*, *χ* 'abibis ... *sicut supra* (IV 106) *diximus : quamquam alii* adibis *legant.' Servius* 376 SPERARTE (*corr. minio*) *M* precando] PRECAN *in ras. R* 377 SED *Rγbc* ſolatia *c* 378 finitimi longe lateque *absurdum esse indicat Marklandus ad Statii silv.* V 3, 127 VRBIS *P1* 380 ſ$\overset{l}{\text{o}}$lemnia *b* ſolemnia *γ* 383 TERRAE *MPRγbcmψ*, *Nonius*, *Servii Regin.* terra *χ*, *Servii Paris.* (t. *Cass.*) 385 VT *minio superscr. M* CONSPEXIT *M*

sic prior adgreditur dictis atque increpat ultro:
'quisquis es, armatus qui nostra ad flumina tendis,
fare age, quid venias, iam istinc, et comprime gressum.
umbrarum hic locus est, somni noctisque soporae;
corpora viva nefas Stygia vectare carina.
nec vero Alciden me sum laetatus euntem
accepisse lacu nec Thesea Pirithoumque,
dis quamquam geniti atque invicti viribus essent.
Tartareum ille manu custodem in vincla petivit
ipsius a solio regis, traxitque trementem;
hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.'
quae contra breviter fata est Amphrysia vates:
'nullae hic insidiae tales (absiste moverei),
nec vim tela ferunt; licet ingens ianitor antro

TESTIMONIA.

388 'quisquis es a.' fragm. de quant. 12 p. 504 Endl. Velius Longus 2215 P. 391 Servius Aen. IV 654. VI 303 392 sq. 'nec ... lacu' Donatus ad Ter. adelph. III 3, 7 393 'accepisse lacu' de gen. nom. 86 Haupt. 395 Nonius 366, 32 schol. Hor. carm. I 3, 38 397 schol. Hor. carm. III 4, 80 Servius Aen. III 113 XI 805 'hi d. D.' Servius Aen. IV 214 400 Priscianus 757 400 sq. 'ingens ... umbras' Seneca epist. 82 16

VARIA LECTIO.

387 ADLOQVITOR *R* alloquitur *b* at^q: *m. rec. add. c* 388 litora *Menag. pr., Rottend. pr. : cf.* II 205 limina χ : *cf.* II 321 VI 696 TENDES *P*γ1 389 fare ... istinc *coniungendum esse monuit Lachmannus Lucr.* 189 STINC (I *suprascr. minio*) *M : eodem spectat* ſtingit (= stinc et) *in schedis Salmas. et cod. Leid., cuius scripturae exempla aliquot collegit Lachmannus Lucr.* 197 iſtic (n suprascr.) *b* iſtic χ 390 est *om. c* ET *R* sOMNI (S *m.* 2 *add.*) *P* ſomniſ *c*1 SOPORE *R*γ ſopori. *c* 392 alcidem *c* Aeacidem *Donatus* MELVM (S suprascr.) *P* me. ſum γ nec ſum *aliquot Pieriani* 393—413. 414—416. 417—423 *F fol. XLVII* 393 Accipiſſe *c* LOCV-M (A suprascr.) *F* THESEA *Ṗ* PIERITVM *R* perithoum *bc* 394 quanquã *b* 395 PETIVIT (V *in ras., corr. ex* B) *F* 398 quae *om. F* quem *Mentel. alt. cum al.* FATASEST *F : scribere volueral* fatast, *ut vid.* amprifia *b*1 VATES (E *in ras.*) *F* 399 NULLA (E suprascr.) *M* HINC *F, non male* talif *c* MOVEREI *F* MOVERI *MPR*γ*bc* 400 antro] Orci

aeternum latrans exsanguis terreat umbras,
casta licet patrui servet Proserpina limen.
Troïus Aeneas, pietate insignis et armis,
ad genitorem imas Erebi descendit ad umbras.
si te nulla movet tantae pietatis imago,
at ramum hunc' (aperit ramum, qui veste latebat)
'adgnoscas.' tumida ex ira tum corda residunt,
nec plura his: ille admirans venerabile donum
fatalis virgae, longo pos tempore visum,
caeruleam advertit puppim ripaeque propinquat.
inde alias animas, quae per iuga longa sedebant,
deturbat laxatque foros; simul accipit alveo
ingentem Aenean. gemuit sub pondere cumba

TESTIMONIA.

404 'imas . . . umbras' Paulus Festi 83 M. 405—407 'si . . . agnoscas' Macrobius Sat. VI 6, 13 Priscianus 1030 P. 406 Diomedes 406 'aperit . . . latebat' Nonius 236, 23 408 sq. 'ille . . . visum' Priscianus 987. 1001 409 'longo p. t. v.' Arusianus p. 251 L. Servius Aen. VI 140 411—413 'inde . . . Aeneam' Nonius 447, 25 411 sq. 'inde . . . deturbat' Nonius 101, 17 411 Servius Aen. V 136 'iuga' Isidorus orig. XIX 2, 5 412 'laxatque f.' Isidorus orig. XV 6, 8 XIX 2, 2 schol. Lucani III 17 413 sq. 'gemuit . . . paludem' Probus de nom. 53 p. 223 Endl. Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 543 'gemuit . . . sutilis' schol. Hor. carm. I 14, 6

VARIA LECTIO.

ut VIII 296 *Priscianus et Seneca.* *Inter hunc v. et* 401 *Seneca* VIII 297 *inseruit* 401 EXA^{N}GVIS *F* exanguiſ *γ* exſangueſ *c* 402 LICEAT *F* PATRVIS *R* 403 INSIGNEIS *M* 404 ^{H}EREBI *P* herebi *γ* 405 MOVE^{T} (*sup. m. ant.*) *R* tantae p. i. : *cf.* IX 294 X 824 tantarum gloria rerum *Macrobii exempl. ex* IV 272 406 A^{T}D *F* AD *Pγ*1, *Diomedis codd.* apperit *γ* veste] forte *Macrobii exempl.* ..latebat *c* 407 Agnoſcaſ *bc*2 Agnoſcat *c*1 agnoscis *Macrobii exempl. exc. Salisb.* IRA (I *in ras.*) *P* TVM (T *in ras.* : *fuitne* iam?) *F* 408 VENERABILE *P* 409 uirge *γ* postempore *Prisciani* 987 *Paris. R et* 1001 *Bern.* poſ^{t}tempore *b* POSTTEMPORE *FMPRγc* 410 PUPPE^{M}S *M* puppem *Mentel. pr. cum al.* 411 AIIAS (I *pr. corr. ex* T *ut vid.*) *P* IUG^{λ}O *M* LONGA *suprascr. F* 412 Deturpat *c*1 LATXAT *F* FOROSIMVL *F*, *Nonii Bamb.* 413 eneam *c* gemuit] tremuit *Probus de nom.* gemuit... *γ* sub] ACSVB *P* cymba *γc*

sutilis et multam accepit rimosa paludem.
tandem trans fluvium incolumis vatemque virumque
informi limo glaucaque exponit in ulva.

Cerberus haec ingens latratu regna trifauci
personat, adverso recubans immanis in antro.
cui vates, horrere videns iam colla colubris,
melle soporatam et medicatis frugibus offam
obicit. ille fame rabida tria guttura pandens
corripit obiectam atque immania terga resolvit
fusus humi totoque ingens extenditur antro.
occupat Aeneas aditum custode sepulto
evaditque celer ripam inremeabilis undae.

Continuo auditae voces vagitus et ingens,
infantumque animae flentes, in limine primo

TESTIMONIA.

417 sq. 'Cerberus . . . personat' Servius Aen. VI 396 'latratu . . . personat' schol. Hor. carm. III 11, 20 419 'cui . . . videns' Probi inst. I 17, 6 420 Servius ge. IV 190 420 sq. Priscianus 705 P. 420 sq. 'offam . . . pandens' Priscianus 768 421 'ille . . . pandens' Nonius 207, 16 'triformia guttura p.' de gen. nom. 81 Haupt. 424 Nonius 356, 3 Servius Aen. III 42 V 316 425 Probi inst. I 4, 19 Servius Aen. VI 154 426 sq. Donatus ad Ter. hec. IV 1, 2 Servius Aen. XI 59 427 Macrobius Sat. IV 3, 2 'limine p.' de gen. nom. 85 Haupt.

VARIA LECTIO.

414 *Reprehendit hunc versum, quem Servius legit, Gruppe Min.* 209 SVPTILIS *R* subtilis *schol. Hor.* MULTUM[λ] *M* 415 INCOLVMES *FMRb* incolomeſ *c* 416 GLACA *F* 418 RECVMBANS *F* INMANIS *F* TRO[AN] *F* 419 horre[re] *γ* horrore *c*1 COLOBRIS *P*, *Mentel. pr.* 420 mille *Petronii p.* 675 *B. ex.* saporatam *χ*, *Prisciani Bamb.* medicatam '*codices admodum vetusti*' *Pieriani* 421 obiecit *Prisciani Lugd. Sangall.* rapida *b*1*χ*, *Prisciani* 768 *Bamb.*; 705 *Paris. R*, *Bern.*, *Carolir.* triformia guttura *grammaticus Hauptii*, '*qui* rabida *non legisse videtur: an* trifaucia *voluit?*' 422 OBIECTA[M] *P* IMMANIA (M *pr. in ras.*) *Rγ* INMANIA *FPc* 423 HVMI (M *in ras.*) *R* 424 corripit *testatur Servius Aen.* V 316 : *cf.* 422 coſtode[v] *c* 425 E.uadit *b* 427 limina *γ*1 *Post* flentes *et* primo *distinguitur in*

quos dulcis vitae exsortis et ab ubere raptos
abstulit atra dies et funere mersit acerbo.
hos iuxta falso damnati crimine mortis.
nec vero hae sine sorte datae, sine iudice, sedes:
quaesitor Minos urnam movet; ille silentum
conciliumque vocat vitasque et crimina discit.
proxima deinde tenent maesti loca, qui sibi letum
insontes peperere manu lucemque perosi
proiecere animas. quam vellent aethere in alto
nunc et pauperiem et duros perferre labores!
fas opstat, tristisque palus inamabilis undae

TESTIMONIA.

428 ‘quos d. v. e.’ Arusianus p. 228 L. 429 ‘et . . . acerbo’ Nonius 247, 16 432 sq. Pseudoasconius ad Cic. Verr. II I p. 155 Or. 432 ‘quaesitor . . . movet’ Pseudoascon. Cic. 140 Or. Probi inst. I 4, 15 schol. Hor. carm. I 28, 9 II 3, 26 IV 7, 21 434—436 ‘qui . . . animas’ Augustinus de civ. dei I 19 435 sq. ‘lucem . . . animas’ schol. Lucani IV 516 435 ‘lucemque p.’ Arusianus p. 255 L. 436 sq. ‘quam . . . labores’ Servius Aen. IV 692 438 sq. ‘fata . . . alligat’ Augustinus de civ. dei I 19 438 ‘Vergilius inamabilem dixit

---

VARIA LECTIO.

M: in limine primo quos *coniungit Wakefieldus*, *item Servius ut vid.*, *et Lucanus* II 106, *aliter Macrobius et Donatus* 428 VITAE *P* uita *γ*1 EXORTIS (I *corr. in* E) *M* exortiſ *γ* EXSORTES *PRbc* RAPTO *R* 429 APSTVLIT *P* 431 date *sup. b* SEDIS *R* 433 CONCILIVM *MRγ*2*bc*: *cf.* X 2 CONSILIVM *Pγ*1, *testatur Pseudoasconius* ‘*Asconium si sequi velis*, *scriptum oporteret* : consilium vocat et vitas et c. d.’ *Wagnerus* & diſcit & crimina *c* 434 lo&um *γbc* 436 QUAM (S *minio p.*) *M* quas *recepit Paldamus* ETHERE *P* in aethere alto (in *eras.*) *c* 438 *sq.* : *cf. ge.* IV 479 *sq.* 438 FAS *PRγ*1*b*1, *Servii Par. Cass.* FAS (*erasis supra duabus literis miniatis*) *M* fat[a] *γ*2 fa.[ta] *b*2 fata *cm*, *Servii Regin.*, *Augustinus* OPSTAT *P* OPTAT *R* obſtat *γ*1*b*1, *Servii Par. Cass.* OBSTAT (*erasa supra litera miniata una*) *M* obſtat *γ*2*b*2 obſtant *cm*, *Servii Regin.*, *Augustinus* : *cf.* IV 440 TRISTIS *PRγ* TRIS (*erasis supra literis miniatis tribus*) *M* trifti. *b* trifti *c* ‘tristi … *ne si* tristis *dicamus duo sint epitheta*’ *Servius* INAMABILIS *in ras. R* ET INAMABILIS (*eraso* ET) *M* inamibiliſ *γ* innabilis *χ* inamabilis *testantur Gellius et Macrobius* VNDAE *Pγ*1 UNDAE (*corr. minio*) *M* VNDA *R* (*in*

alligat et noviens Styx interfusa coercet.
nec procul hinc partem fusi monstrantur in omnem
lugentes campi; sic illos nomine dicunt.
hic quos durus amor crudeli tabe peredit,
secreti celant calles et murtea circum
silva tegit; curae non ipsa in morte relinquont.
his Phaedram Procrimque locis maestamque Eriphylen,
crudelis nati monstrantem volnera, cernit,
Euhadnenque et Pasiphaen; his Laodamia
it comes et iuvenis quondam, nunc femina Caeneus
rursus et in veterem fato revoluta figuram.
inter quas Phoenissa recens a volnere Dido

TESTIMONIA.

Stygiam paludem' Gellius II 6, 14 Macrobius Sat. VI 7, 15 439 'et ... coercet' Servius Aen. VI 127. 385 'noviens ... coercet' Favonii Eulog. comm. in somn. Sc. p. 408 Or. 440 sq. 'nec ... campi' Servius Aen. VI 596 443 'secreti c. c.' Nonius 436, 12 446 Macrobius Sat. IV 6, 14 450 schol. Iuven. III 265 'recens ...

VARIA LECTIO.

ras.), γ2*bc*, *Servius* 439 NOVIES *MRγbc* ftix *b* INTERTERFVSA *R* COHERCET *Rc* co.ercet (*erasa non* h) *b* 440 NEc *P* HIC *MR* monftr(n)atur *b* 441 di.cunt (*m.* 1 *fort.* ducunt) γ 442 quas *Zulich.* quos *testatur Servius ad v.* 444 duro(v)f *c* PEREM(D)IT *M* 443 secretae c. valles *Io. Schraderus* MVRTEA *P* M(Y)URTEA *M* mirtea γ1 MYRTEA *Rbc* 444 RELINQVONT *Pγ* RELINQVNT *R* RELINCVNT *M* relinquunt *bc* 445 FAEDRAM *R* P(H)POEDRAM (P *post. minio corr. ex.* F, H *minio supra p.*) *M* PROC(H)RIM (RI *m. aliena corr. in* NE) *M* PROCRIN *Pγ* PROCNIN *R* pchin *c* Procrin *Servius*, *ut Homerus* locif *m.* 2 *sup. c* ERYPHYLE~ *M* criphilen γ 446 monftrantē. *c* UULNERA *Mbc* VVLNERE *R* 447 EVHADNEM *P* eu.adnem γ Eu(h)adnē *c* HEVHADNEN *R* EUADNEN *M* Heu(h)adnē *b* PHASIPHAEN *P* PASSIPHAEN *M* .pafiphaen γ phafiphen *c* HHIS (*corr. minio*) *M* 448 Id γ ET *R* ceneuf *bc* Caenis *maluit Heinsius* femina ... rursus *coniunxit Wakefieldus*, *ad sequentia* rursus *referunt alii. Post* comes *et* Caeneus *distinguitur in M* 449 REVOCATA *R* 450 A *M* VVLNERE *Rb* uulne[re] *c* abuenere *schol. Iuvenalis*

errabat silva in magna. quam Troïus heros
ut primum iuxta stetit adgnovitque per umbras
obscuram, qualem primo qui surgere mense
aut videt aut vidisse putat per nubila lunam,
demisit lacrimas dulcique adfatus amorest:
'infelix Dido, verus mihi nuntius ergo
venerat extinctam ferroque extrema secutam?
funeris heu tibi causa fui? per sidera iuro,
per superos et siqua fides tellure sub ima est,
invitus, regina, tuo de litore cessi.
set me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,
per loca senta situ cogunt noctemque profundam,
imperiis egere suis; nec credere quivi
hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.
siste gradum teque aspectu ne subtrahe nostro.
quem fugis? extremum fato quod te adloquor, hoc est.'
talibus Aeneas ardentem et torva tuentem
lenibat dictis animum lacrimasque ciebat.

TESTIMONIA.
Dido' Arusianus p. 258 L. 451 'Troius h.' Marius Victorinus 2564 P. Terentianus Maurus 2164 452 sq. 'adgnovit . . . obscuram' Servius Aen. VI 340 460 Servius Aen. IV 281 461 'sed me i. d.' Servius Aen. IV 281 462 'per l. s. s.' Servius Aen. III 451 465 'teque . . . nostro' Gellius IV 16, 7 Nonius 501, 24 Asper 112, 22 K. 468 Servius Aen. XII 104

VARIA LECTIO.
451 [h]erof *γb* 452 a . gnouit *b* AGNOVIT *R* AGNAVIT *P* VMBRAS *PR*: *cf.* 490 umbrã . *γ* VMBRAM *Mbc* obscuram *recte ad Didonem refert Servius* 453 MENSAE *R* 454 HAUT (*bis*) *M* Au[t] (*bis*) *c* putat *sup. b* 455 DIMISIT *M* LACRIMANS *R* AMOREST *M* AMORE[E]EST *PRγbc* 456 nuntius *rectius Mercurius* (IV 564) *quam flamma* (V 3 *sqq.*) *intellegitur. 'sed in neutro etiam mortis genus est significatum, et hinc dicit* ferroque e. s.' *Servius. Sed hoc ipsum unde audivisset Aeneas, debebat aliquo modo poeta praeparare.* 457 ex[f]tinctam *c* 458 FVIT *P* 459 per si qua *fore qui scriptum malit monet Wagnerus* 461 SED *Rγbc* nunc *om. R* has ire] tranfire (tranf *in ras.*) *b* 462 senta *om. R* . noctem *γ* 463 NE *R* 464 HVNCTVTANTVM *R* difceffuf *γ*1 FE[R]RE *P* 467 ardenti . . . tuenti *Peerlkampus* 468 leneibat '*in codicibus aliquot antiquis' se observasse ait Pierius conl. Prisciano*

illa solo fixos oculos aversa tenebat,
nec magis incepto voltum sermone movetur,
quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.
tandem corripuit sese atque inimica refugit
in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi
respondet curis aequatque Sychaeus amorem.
nec minus Aeneas, casu concussus iniquo,
prosequitur lacrimis longe et miseratur euntem.

Inde datum molitur iter. iamque arva tenebant
ultima, quae bello clari secreta frequentant.
hic illi occurrit Tydeus, hic inclutus armis
Parthenopaeus et Adrasti pallentis imago,
hic multum fleti ad superos belloque caduci
Dardanidae, quos ille omnis longo ordine cernens

TESTIMONIA.

470—472 'sermone ... refugit' Macrobius Sat. IV 1, 1 471 cf. Probus 57, 18 474 'aequatque S. a.' schol. Hor. carm. II 5, 2 479 'hic ... Tydeus' Nonius 360, 17 481 'hic ... superos' Cledonius 1879 P. Servius Aen. II 4 481 sq. 'belloque c. D.' Donatus ad Ter. hec. III 4, 27

VARIA LECTIO.

919 *P.* 'lenibat *pro* leniebat' *Servius* 469 ſolo *sup. b* 470 VVLTVM *MRc* uoltu. *γ*: *m*1 uoltuſ, *ni fallor, ut Hamb. pr. et Petronius* 471 ſt&. *γ* 472 corrip[v]it *γ* autque *c*1 473 *sq. deleri iubet Gruppe Min.* 210 473 coni[n]ux *bc* CONIUX *M* [v]ibi *c* 'pristinus: *prior; quod difficile invenitur. nam de hoc sermone quaerit et Probus et alii' Servius*, 474 RESPONDIT *Rb*1 SYCHEVS *Pc* ſicheuſ *γb* amores *m* 475 CONCVSSVS *MPγb ut* V 700 PERCVSSVS *Rc* 476 LACRIMIS *PRγb*, *Servius* LACRIMAS [N] *M* : *cf.* 455 lacrimanſ *c* miſeratuſ *cχ* 477 IN [DE] *P* tantum *c*1 TENEBAT *P*, *probavit Marklandus ad Statii silv.* V 2, 61 478 'arva tenebant ultima ... *alii distinctione mutata dicunt*: tenebant arva, quae ultima viri fortes frequentant' *Servius* QVE [A] (*sup. m. ant.*) *R* 479 ILL[I] *P* TYDAEVS *MR* HINC *M* INCLYTVS *Rc* inclituſ *b* 480 PARTHENOPEVS *Pc* Par[h]tenopeuſ *γ* Parthenopheuſ *b* [ad]raſti *γ* 481 HI *Mb*, *Cledonius Putschii*, *Servii ad Aen.* II 4 *exempl.* fle.ti *γ* 482 OMNES *Mb*

ingemuit, Glaucumque Medontaque Thersilochumque,
tris Antenoridas, Cererique sacrum Polyboten
Idaeumque etiam currus, etiam arma tenentem.
circumstant animae dextra laevaque frequentes.
nec vidisse semel satis est; iuvat usque morari
et conferre gradum et veniendi discere causas.
at Danaum proceres Agamemnoniaeque phalanges
ut videre virum fulgentiaque arma per umbras,
ingenti trepidare metu: pars vertere terga,
ceu quondam petiere rates; pars tollere vocem
exiguam, inceptus clamor frustratur hiantis.

Atque hic Priamiden laniatum corpore toto

TESTIMONIA.

484 'Cererique s. P.' Nonius 397, 18 Servius Aen. II 714 485 Donatus in Ter. Andr. III 2, 23 Cledonius 1923 P. 'etiam currus . . . tenentem' Servius Aen. II 292 XI 373 487 'nec v. s.' Probi inst. I 17, 6 489 'Agamemnoniaeque p.' Servius Aen. IV 471 492 'ceu . . . rates' Cledonius 1923 P. 493 'incertus . . . hiantis' Nonius 318, 32 494 sqq. cf. schol. Veron. 87, 29 K. 494 sq. 'laniatum . . . ora' schol. Hor. carm. IV 9, 22

VARIA LECTIO.

483 metonta *b*1 THERSILOCUM *M* therſi.ocum (l h *superscr.*) *b* terſilocũ (h *superscr.*) *c* 484 cere[ri] *c* POLYBOETEN (E *pr. m.* 2 *add.*) *P* POLYBOETEN *MRγbc*, *Servii Aen.* II 714 *Reg. et Voss.* (*deest locus in Par.* 1750 *et Cass.*) Poleboeten *Nonii exempl.* Polyboetem *Mentel. pr.* Polybotem, Polybuten *Pieriani* Polipoten *Rottend. tert.* Polipheten *Moret. pr.* Poliphetem *Rottend. sec.* (*cf. Homeri Il. N* 791) Polypoeten *ut Homeri Il. Ψ* 836 *Heinsius* 485 CVRRVM *R* 486 dextre *b*1 LEUA (*minio p.*) *M* FREQVENTES *MRbcψ* freqentef (q[v] *m.* 2 *in ras.*) *γ* FREMENTIS (I *corr. in* E) *P*, *haud male ut τρίζουσαι* (*Hom. Od.* ω, 5 *sqq.*) : *cf. Aen.* IV 146 V 555 488 POSCERE *R ut* I 414 489 At (t *in ras.*) *b* AD *Pc*1 AGAMEMNONIAS *R* agamē.noniae *γ* PALANGES *R* 491—493. 494—498. 499—519 *F fol. XLVIII* 491 praſ *c* 492 condam *b* praſ *c* 493 incoeptuſ (*ut saepius*) *c* incertus *Nonii exc. Bern.* ω hianteſ *b* 494—547 *episodium discrepans locis quibusdam* (511 *sqq. conl. cum* II 567 *sqq. et Wagneri quaest. Verg.* XXXX 2; *v.* 525 *cum* II 310) *a secundi libri narratione nondum absolverat poeta: damnavit Peerlkampus* 494 PRIMIDEN (a *superscr.*) *F* PRIAMIDEN *P* priamidem *c* totum *c*1, *schol. Hor.*

Deiphobum vidit, lacerum crudeliter ora,
ora manusque ambas, populataque tempora raptis
auribus et truncas inhonesto volnere naris.
vix adeo adgnovit pavitantem ac dira tegentem
supplicia, et notis compellat vocibus ultro:
'Deiphobe armipotens, genus alto a sanguine Teucri,
quis tam crudelis optavit sumere poenas?
cui tantum de te licuit? mihi fama suprema
nocte tulit fessum vasta te caede Pelasgum
procubuisse super confusae stragis acervom.
tunc egomet tumulum Rhoeteo litore inanem
constitui et magna manis ter voce vocavi.

TESTIMONIA.

495 sq. 'Deiphobum . . . ambas' Iulius Rufinianus 232 R. 495 Servius Aen. III 41 'lacerum c. o.' Probi inst. I 9, 10. 12 497 'et . . . nares' Macrobius Sat. IV 3, 8 Probi inst. II 1, 33 498 sq. 'pavitantem . . . supplicia' Macrobius Sat. IV 1, 4 498 'et vulnera dira tegentem' Servius Aen. I 356 502 'cui . . . licuit' Donati ars III 2, 2 Claudius Sacerdos I 105 Diomedes 438 P. Pompeius 386 L. 505 sq. cf. Ausonius epitaph. 13 505 sq. 'tunc . . . constitui' Servius Aen. VI 325 506 'et . . . vocavi' Servius Aen. III 68 'manes magna t. v. v.' schol. Hor. carm. I 28, 36

VARIA LECTIO.

495 DELPHOEBUM *M* Deiphoebum *c* uidit *b*2*c* VIDET *FPRγb*1 VIDIT ET *M* vidi *Rufiniani exempl.* videt et *Heinsius* lacerum crudeliter ora Deiphobum vidi *Servius Aen.* III 41 496 *raptis F* 497 TRVNCANS *P* VOLNERE *P*1 VVLNERE *FP*2*Rybc* NARIS *P*1 MARIS (N *suprascr.*) *M* NARES *Rybc* N(A)ris *F* 498 AGNOVIT *FRbc* AC *MP* ET *FRγc* e[t] *b* TEG*entem F* 499 NOCTIS *P* 500 Deiphoebe *γbc* DEIPHOEBI *R* armepotenſ *γ*1 genus ... Teucri = IV 230 A *m.* 2 *suprascr. F* AB *P* ab *b* TEVCRV̄ *Fc* 501 OPTAVITI (A *suprascr.*) *F* obtauit *γ* 502 QVI (Q *corr. in* C : *fueral* quoi) *P* de te tantum *Donatus* liquuit *c*1 503 cede *γ* 504 confoſſae (*fuerat* confussae) *γ*1 ACERVOM *P*1 ACERVVM *FP*2*γbc* ACERBVM *R* 505 EGOM (ET *suprascr.*) (M *corr. ex* A *vel* N) *P* (t)umulum *γ* ROETHEO *PRγc* LITORE *FR* : *cf. Lachmannus Lucr.* 160 (IN) LITORE *P* (in)..litore *γ* INLITORE *Mb* in littore *cm* 506 magna . *γ* MANES *M*2*γbc* manes magna *schol. Hor.*

nomen et arma locum servant: te, amice, nequivi
conspicere et patria decedens ponere terra.'
ad quae Priamides: 'nihil o tibi amice relictum;
omnia Deiphobo solvisti et funeris umbris.
set me fata mea et scelus exitiale Lacaenae
his mersere malis; illa haec monimenta reliquit.
namque ut supremam falsa inter gaudia noctem
egerimus, nosti; et nimium meminisse necesse est.
cum fatalis equs saltu super ardua venit
Pergama et armatum peditem gravis attulit alvo,
illa chorum simulans euhantis orgia circum
ducebat Phrygias; flammam media ipsa tenebat
ingentem et summa Danaos ex arce vocabat.

TESTIMONIA.

509 'nihil . . . relictum' Arusianus p. 265 L. 513 sq. 'namque . . . nosti' Seneca epist. 59, 17 'namque . . . egerimus' Alcimus Avitus epist. 51 514 Probi inst. I 17, 1 515 sq. Macrobius Sat. VI 2, 25 'cum . . . Pergama' Priscianus 909 P. 515 schol. Hor. carm. III 3, 19 517 Priscianus 690 518 sq. 'flammam . . . vocabat'. Servius Aen. II 256

VARIA LECTIO.

507 feruan[t] *b* SERVET *R* nequi[a]quã (nequibam?) *b* 509 ATQVAE *P* Atq: *b* ATQUAE[HIC] (*suprascr. m. rec.*) *M* Atque hic, *ut* 494, *γ*1 Atq: haec *c* ad quem *χ* [/]O *M* 510 DEIPHOEBO *Rc*1 diphebo *b* SOLVISTI·S (S *ult. eras.*) *P* VMBRAS *R* 511 SED *FRγbc* MEA (M *in ras.*) *P* LACENAE *Rb* lacene *γ* 512 MONIMENTA *PRγ* MONVMENTA *FMbc*1 reliquid *bc* 513 VT *superscr. M* SVPPREMAM *F* FALSAM *M* falfa (alfa *m.* 2 *in ras.*) *b* 514 *eg*ERIMVS *F* NOSTIN (N *alt. eras.*) *F* 515 *cum F* EQVS *R* EQVVS *Pyb* EQVV[S] *F* aequuf *c* SALTVS *P* 516 *perga*MA *F* [V]PARMATVM *F* ermatum *γ*1 ATTOLLIT *F* attullit *γ* ALVEO *MR* [AL]VO *F* 517 *illa cho*RVM *F* EUHANTIIS *M* : *de aspiratione secundae syllabae vide Lachmanni Lucr.* 309 euantif *c* euantef *b*. *Terminationem in* is *testantur Servius et Priscianus.* OR.GIA *M* 518 *ducebat p*HRYGIAS *F* TENDEBAT *F* 519 *ingentem et F* SVMMAM *F*

tunc me confectum choreis somnoque gravatum
infelix habuit thalamus pressitque iacentem
dulcis et alta quies placidaeque simillima morti.
egregia interea coniunx arma omnia tectis
amovet (et fidum capiti subduxerat ensem):
intra tecta vocat Menelaum et limina pandit,
scilicet id magnum sperans fore munus amanti
et famam extingui veterum sic posse malorum.
quid moror? inrumpunt thalamo, comes additus una
hortator scelerum Aeolides. di, talia Grais
instaurate, pio si poenas ore reposco.

TESTIMONIA.

522 Macrobius Sat. V 3, 12 Servius Aen. VI 278 524 'amovet . . . subduxerat' Probi inst. I 12, 1 'et . . . ensem' Donatus ad Ter. eun. IV 7, 25 529 'hortator s. A.' Claudius Sacerdos I 86 : cf. 102 529 sq. 'di . . . reposco' Macrobius Sat. IV 6, 19 529 'di t. G.' Servius Aen, VIII 483

VARIA LECTIO.

520—540. 541—559 (*duabus lineis relictis*) *F fol. XLVIIII* 520 TVNC *Pγ* Tu^m^nc *b* TVM *FMRc* choreis *vel* thiasis *ut Statii silv.* III 1, 41 *Io. Schraderus : cf.* 644 CVRIS *libri*, *Servius*, *varias sed eas perversas veterum interpretum opiniones proferens.* 523 CONIVX *MR* 524 AMOVET *F2M* EMOVET *F1Rγcm* E~~T~~MOVET (A *supra*) *P* emovet : ut *Io. Schraderus : ego parenthesin statui.* CAPITIS *M* enfen *γ* 525 TECTAM *P* septa *Io. Schraderus* 527 *in mg. m.* 2 *add. b*, *legit Servius* FAMA¯ (*lin. superna m. rec.*) *F* 528 THALAMOS *R : ut* IV 645 XI 879 ADDITVS *PRγ1b* ADDITVR *FMγ2* addit˜ *c* 529 Hortatur *γ1* AEOLIDES *R : (cf. Hom. Od.* ϑ 517 *sq. Aen.* II 164) OELIDES *MPγbc* 'Oelides *pro* Eolides' *Claudius Sacerdos* 86, *idemque sentire putandus est* 102. EOLIADES *F* 'Aeolides' (*sic Regin.* Eolides *Cass.* Oelides *Par.*), '*Ulixes, quia ubique talis inducitur.* ... *alii* ilidem' (*sic Regin.* hidem *Par.* uelidem *Cass.* yliden, ylidem, ilydem, hyliden, oelidem *alii Lioniani*) '*legunt, de quo nusquam legimus' Servius. Vide an huc spectet Prisciani p.* 584 *P.* (67, 9 *H.*) Acelīdes, *ut in litura exhibet Bamb., cum idem m.* 1 *et Par. R*, *Halb. Sang. Lugd. Karolir. habeant* oelides, *Bern. autem et Hrabanus p.* 33 aeolides. *Nam fluctuabantur, ni f., antiqua exemplaria inter* Aeolides, Oeliades, Oelides *scripturas.*
talia. (ia *e corr.*) *γ* graiis *γ1* 530 INSTAVRATAE *F* PIOS *R*

set te qui vivom casus, age fare vicissim,
attulerint. pelagine venis erroribus actus
an monitu divom? an quae te Fortuna fatigat,
ut tristis sine sole domos, loca turbida, adires?'
hac vice sermonum roseis Aurora quadrigis
iam medium aetherio cursu traiecerat axem.
et fors omne datum traherent per talia tempus,
sed comes admonuit breviterque adfata Sibylla est:
'nox ruit, Aenea; nos flendo ducimus horas.
hic locus est, partis ubi se via findit in ambas:
dextera quae Ditis magni sub moenia tendit,
hac iter Elysium nobis; at laeva malorum
exercet poenas et ad impia Tartara mittit.'
Deiphobus contra 'ne saevi, magna sacerdos:
discedam, explebo numerum reddarque tenebris.

TESTIMONIA.

531 Charisius 199 Diomedes 409 'age f.' Servius Aen. VI 343 532 'pelagine v. e. a.' Probi inst. I 17, 7 532—534 'pelagine . . . adires' Donatus ad Ter. hec. V 4, 9 535 sq. Macrobius Sat. I 3, 11 539 Macrobius Sat. I 3, 11 Probi inst. I 7, 2 'nox r. A.' Servius Aen. VI 255 'nos f. d. h.' Probi inst. I 7, 3 540 Priscianus 776 542 'hac . . . nobis' Nonius 325, 20 Probi inst. I 9, 3 Probi ars minor 735 Cledonius 1924 Augustiuus de gramm. 2009 542 sq. 'at . . . mittit' Nonius 229, 26 544 'ne s. m. s.' Donatus ad Ter. Andr. V 2, 27 545 Nonius 298, 12 'explebo . . . tenebris' Macrobius s. S. I 13, 12

VARIA LECTIO.

531 SED *FRγbc* VIVVM *FPRγbc* CA^{S}VS *P* agerephare (re *pr. eras.*) *c* 532 ATTVLE^{N}RIT (N *minio p.*) *M* 533 moniti^{v} *b* DIVVM *libri* quae] quia *Donatus* 535 Ac *b* *Aurora utrum diei ortum an solem significaret, dubitaverunt antiqui interpretes : cf. v.* 255. 268 536 CVRSVS *R* 537 frof *c* TRAHAERENT *R* 538 EST *m. aliena add. M* 539 *de noctis initio intellexit Macrobius quoque : cf. Heynii excursus ad h. l.* '*si per diem sacra celebrantur*, ruit *est* imminet, *si per noctem*, finitur' *Servius : cf. eiusdem ad* VI 255 *adnotationem.* DVCIMVS (V *pr. in ras.*) *F* dicimuf *c*1 ORAS *M* 540 partef *b* patref *c* partis *testatur Priscianus* 541 Dextra *b*1 542 Hac (a *m.* 2 *add.*) *b* HAEC (E *eras.*) *F* tHC *R* at (t *m.* 2 *in ras.*) *b* A^{T}Ð *FM* AD *PRγ* LEVA *Rγ* MAIORVM *M*1 543 et — mittit *b*2 544 DEIPHOEBVS *Rc*1 NAE *M*

i decus, i, nostrum: melioribus utere fatis.'
tantum effatus, et in verbo vestigia torsit.

Respicit Aeneas: subito et sub rupe sinistra
moenia lata videt, triplici circumdata muro,
quae rapidus flammis ambit torrentibus amnis,
Tartareus Phlegethon, torquetque sonantia saxa.
porta adversa ingens, solidoque adamante columnae,
vis ut nulla virum, non ipsi excindere bello
caelicolae valeant; stat ferrea turris ad auras,
Tisiphoneque sedens, palla succincta cruenta,
vestibulum exsomnis servat noctesque diesque.
hinc exaudiri gemitus et saeva sonare
verbera, tum stridor ferri tractaeque catenae.
constitit Aeneas strepitumque exterritus hausit.

TESTIMONIA.

546 Alcuinus de gramm. 2083 P. 550 sq. 'quae . . . Phlegethon' schol. Lucani VI 663 550 Nonius 242, 7 'quae . . . ambit' Probi inst. I 11, 1 552 'solidoque a. c.' Nonius 405, 18 555 'palla s. c.' Priscianus 1081

VARIA LECTIO.

546 II *P* i *legit Alcuinus* II *Pγ*, *om. R* TER·RE[V] *P* 547 effatiſ[v] *γ* & *superscr. γ* torſit, aƚ preſſit *γ* PRESSIT *ut* 197, *MR* 548 respicit Aeneas, subito et *Peerlkampus : in M post* subito *distinguitur.* repe[v] *c* 551 Tarthareuſ *γ* PHLEGETON *FMc* FLEGETHON *R* TORQVE[QVET] *F* TONANTIA *R : cf.* V 866 552 'porta adversa ingens : *distinctione excludendum est vitium de duobus epithetis' Servius* adama[N]te *b* COLVMN^A^E *P* 553 BELLO *FPRγ*1 bello, *in mg. m. recentissima* ferro, *b* FERRO *Mγ*2*c*, *anthol. Lat.* I 178, 74 *ut Aen.* IX 137 554 CAEL[I]OCOLAE *P* TV[R]RIS *F* 555 Teſiphone *c* SVCCINCTAQ· *F* 556 Ueſtib[v]olum *γ* EXsOMNIS *P* EXOMNIS *M* exo[ſ]mniſ *b* INSOMNIS *R* ſe[r]uat (eu *e corr.*) *γ* noctes] E *an* I *non liquet M* 557 exaudire *γ*1 559 STREPITVM *FRγbcψ*, *Servii Regin. Par. Cass.* sTREPITVM *P* STREPITU *M* hauſit *γbcψ* HA[E]VSIT *P* HAESIT[V] *F* HAESIT *MR : cf.* III 597 XI 699 'exterritus hausit (haesit *Par.*), *hoc est* hausit (haxit *Par.* auexit *Cass.*) et exterritus est' *Servius*

'quae scelerum facies? o virgo, effare; quibusve
urgentur poenis? qui tantus clangor ad auris?'
tum vates sic orsa loqui: 'dux inclute Teucrum,
nulli fas casto sceleratum insistere limen;
set me cum lucis Hecate praefecit Avernis,
ipsa deum poenas docuit perque omnia duxit.
Cnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna
castigatque auditque dolos subigitque fateri,
quae quis aput superos, furto laetatus inani,
distulit in seram commissa piacula mortem.
continuo sontis ultrix accincta flagello
Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra
intentans anguis vocat agmina saeva sororum.'

TESTIMONIA.

560 'quae sc. facies' Servius Aen. VIII 298 560 sq. 'quibusve u. p.' Velius Longus 2223 de orthogr. 2804 P. 561 'urgentur p.' Beda 2348. 2349 Cassiodorus 2295 563 Arusianus p. 237 L. Servius Aen. III 409 VI 708 564 Servius Aen. VI 134 565 'ipsa d. p. d.' Arusianus p. 255 L. 567 Nonius 251, 27. 401, 16 'subigitque f.' Servius Aen. VI 302 568 sq. Donatus ad Ter. eun. IV 7, 39 569 schol. Hor. carm. III 2, 31. 11, 28 572 'vocat . . . sororum' Servius Aen. I 82. 393 III 233

VARIA LECTIO.

560 VIRGOQ· *R* 561 VRGENTVR *PR* : *ita scripsisse Vergilium testantur Velius Longus, Cassiodorus, Beda.* urg(v)entur *γ* URGUENTVR *Mbc* QVI *R* QVI(s) *P* qui(ſ) *b* QUIS *Myc*, *Servii ad v.* 554 *Regin. Par. Cass.* CLANGOR *Pγ*, *Servii exempl.* : *quod ad ferri stridorem referri potest.* PLANGOR *MRbc* AVRIS *P* '*de illo enim loco multi quaerunt:* quis tantus clangor ad auras? *Et Pollio dicit Aeneae et Sibyllae, quas illi secum traxerant, cum constet esse etiam illic auras*' *Servius ad* 554. AVRAS *MRγbc* 562 TVNC *Pγb* sic] HINC *PR* INCLYTE *Rb* inclite *γc* 564 SED *Rγbc* HA·ECATE *M* HAECATE *PR* 565 deũ *m. rec. in ras. b* 566 CNOSIVS *Pγ* GNOSIVS *MRbc* HA(EC) (*in litura literis antiquis excepta* C) *P* hic *Venetus* RHADAMANTVS *PRγb* RADAMANTHUS *M* rodamanthuſ *c* HABET· *M* 567 Caſtigant *c*1 568 APVT *MPR* apud *γb* ad(pud) (d *inf. eras.*) *c* inauiſ *c*1 569 PIACVILA *P* 570 fonteſ *b* 571 toruaſ *γ*1 TVR(V)OS (V *corr. in* O) *P* tortos '*aliquot*' *Pieriani* : *cf. ge.* III 38 *et ge.* III 106 *Aen.* VII 378 572 INTENTA(N)S *P* INTENTAS *M* angueſ *c*

(tum demum horrisono stridentes cardine sacrae
panduntur portae.) 'cernis, custodia qualis
vestibulo sedeat? facies quae limina servet?
quinquaginta atris immanis hiatibus hydra
saevior intus habet sedem. tum Tartarus ipse
bis patet in praeceps tantum tenditque sub umbras,
quantus ad aetherium caeli suspectus Olympum.
hic genus antiquom Terrae, Titania pubes,
fulmine deiecti fundo volvontur in imo.
hic et Aloidas geminos immania vidi
corpora, qui manibus magnum rescindere caelum
adgressi superisque Iovem detrudere regnis.
vidi et crudelis dantem Salmonea poenas,
*[dum flammam Iovis et sonitus imitatur Olympi.]

TESTIMONIA.

573 sq. 'sacrae p. p.' Servius Aen. III 57 VI 109 576 Servius Aen. VII 658 577 sq. 'tum . . . umbras' Priscianus 663 577—579 'tum . . . Olympum' Probus 32, 1 578 sq. Macrobius Sat. V 3, 5 Servius Aen. VI 127 580 schol. Hor. carm. III 4, 74 581 'fundo . . . imo' Augustinus de gramm. 2015 P. 582—584 Macrobius Sat. V 13, 18 582 sq. 'hic . . . corpora' schol. Lucani VI 410 Hor. carm. III 4, 49 584 'Iovem superis d. r.' schol. Lucani IV 596 586 Priscianus 930

VARIA LECTIO.

573 'tum demum . . *mittuntur, inquit, post verbera ad aeternum supplicium .... alii hoc a poeta dictum volunt, ut illa loquente intelligamus portam esse patefactam (alii continuant narrationem)' Servius* SACRA[E] *P* ſacra *γ*1 574 *panduntur portae c* 575 *vestibulo sedeat facieſ c* LIMINE (A *superscr.*) *P* 576 *quinquaginta atris c* inmaniſ *γ* HYDRA (A *in ras.*) *R* hidra *b* 577 *saevior — sedem c* Tartaros *Probi codd.* 578 *sq. cf. ge.* II 291 578 auraſ, *m. rec.* ŧ umbraſ *c* 579 AETERIVM *R* a&erium (h *superscr.*) *γ* 580 ANTIQVOM *P*1*c*1 ANTIQVM *P* ANTICVM *M* ANTIQVVM *P*2*γbc*2 TITANA *P* PROLES *R* pubeſ, al ₚleſ *γ cf.* 648 581 Flumine *c*1 DEIECIT *R* diiecti *b*1 VOLVONTVR *P*1 VOLVVNTVR *MP*2*Rγbc* 582 AOLIDAS *Pγ* ALOD DAS (*post* O *erasa* D *ut vid., deinde spatium quantum sufficit literae* I) *R* aloeidas *schol. Lucani* inmania *c* 585 dantem *b*2 tandem *b*1 586 *Ladevicus in priore editione additum ab aliquo grammatico, in altera transponendum post v.* 588 *coniecit. Mihi versuum* 590 *sq. dittographia vide-*

quattuor hic invectus equis et lampada quassans
per Graium populos mediaeque per Elidis urbem
ibat ovans divomque sibi poscebat honorem,
demens, qui nimbos et non imitabile fulmen
aere et cornipedum pulsu simularet equorum.
at pater omnipotens densa inter nubila telum
contorsit, non ille faces nec fumea taedis
lumina, praecipitemque immani turbine adegit.
nec non et Tityon, Terrae omniparentis alumnum,
cernere erat, per tota novem cui iugera corpus
porrigitur, rostroque immanis voltur obunco

TESTIMONIA.

587 sq. 'et . . . populos' Nonius 254, 23 587 'lampada q.' Probi inst. I 4, 21 592 sq. Macrobius Sat. IV 4, 18 595—600 Macrobius Sat. V 7, 14 595—597 'nec non . . . porrigitur' schol. Lucani IV 596 595 sq. 'terrae . . . erat' Arusianus 229 L. 595 Nonius 243, 4 596 sq. 'per . . . porrigitur' schol. Hor. carm. III 4, 77 597 sqq. 'vulturem iecur inmortale tondentem nihil aliud intellegi volentes quam tormenta conscientiae obnoxia flagitio viscera interiora rimantis (599) et ipsa vitalia indefessa admissi sceleris admonitione laniantis semperque curas, si requiescere forte temptaverint, excitantis

---

VARIA LECTIO.

tur esse. FLAMMAM *Pγ*1 FLAMMAS *MRbc*, *Prisciani exempl.*
IT
SONUS (*corr. minio*) *M* tonitruſ *c* HIMITATUR *M* 587 inuentuſ *c*1 588 GRA∴IUM *M* mediam . . . urbem *Menag. pr.* medias . . . urbes
H
malit Peerlkampus PERELIDIS *P* perhelidiſ *γ* PELIDIS *R* EÐLIDIS *M* per Hellados *Schraderus* per Elidis *testatur Servius* 589—609. 610—627 *F fol. L* 589 DIVOM *P*1 DIVVM *FMP*2*γbc* 590 HIMITA-
C R CVRSV
BILE *M* 591 PVLSV *Pγ*1 PULSU *M* PVLSV (*suprascr. minio*) *F* CVRSV
A i
*Rγ*2*bc*: *cf.* V 549 *al.* SIMVLARET *F* ſimularat *c* 594 ⁱmmani *γ* immane
m AR λ
c inmani *b* 595 tytion *γ* ticion *c* OMNIPOTENTIS *F* OMNIPOTENTIS (T *pr. corr. in* R) *M* omniparentiſ (ar *m. ant. in ras.*) *b* omnipotentis
R
Nonius, Arusianus 596 PE *F* TOTAM *F* IVGERE *R* 597
m
inmaniſ *b* UOLTUR *MP*1*γ*1 VVLTVR *P*2*Rγ*2*bc*, V *pr. in ras. F* OBUNCO *M*, *Macrobii* V 7, 14 ω, *Charisii cod.*, *Probi ars : cf.* XI 755 ABVNCO *FRcm*, *Macrobii* V 7, 14 *Med.* 2 ADVNCO *Pγb*, *Macrobii* IV 4, 15 *exempl. omnia et* V 7, 14 *Salisb.*, *schol. Hor.*

immortale iecur tondens fecundaque poenis
viscera rimaturque epulis habitatque sub alto
pectore, nec fibris requies datur ulla renatis.
[quid memorem Lapithas, Ixiona Pirithoumque?]

* * * *

quo super atra silex iam iam lapsura cadentique
imminet adsimilis; lucent genialibus altis

TESTIMONIA.

tamquam fibris renascentibus (600) inhaerendo ... illos aiunt epulis ante ora positis (604) excruciari fame et inedia tabescere .... illos radiis rotarum pendere districtos (616 sq.) .... saxum ingens volvere (616) inefficacibus laboriosisque conatibus vitam terentes: atram silicem lapsuram semper et cadenti similem illorum capitibus imminere (602 sq.) qui ... ambiunt tyrannidem' e. q. s. Macrobius comm. in somn. Sc. I 10, 12 sqq. 597—600 'rostro ... renatis' schol. Hor. carm. III 4, 75 597 sq. 'rostro ... tondens' Macrobius Sat. IV 4, 15 597 inmanis v. o. rostro' Charisius 120 'voltur o.' Probi ars minor 510 'voltur' Charisius 75 anon. de orthogr. 2804 P. 599 sq. 'rimatur ... pectore' Nonius 382, 12 601—603 [ge. III 37 sq.] 'potest videri haec sententia ambigua, quia et angues interpretari aliquis potest et' (om. libri) 'rotam et non exsuperabile saxum Ixionis. sed [nec] praeter rotam et saxum aliud exsequitur' ('esse' libri) 'supplicium ipse Vergilius. fingit' ('sentit' libri) 'enim illum et Pirithoum motu impendente saxi urgueri et a furia prohiberi epulis regii apparatus, quarum priusquam inpleantur...' ('illum a furia et Pirithoum urgueri epulis r. a. q. prius incendantur et motu inpendente saxi urgueri' libri, quos emendavi ut potui) 'cum ait: quid memorem ... adsimilis' Probus 57, 26 sqq. K. 602 sq. 'quos ... adsimilis' Macrobius Sat. IV 4, 15 602 'quos ... silex' Servius Aen. VI 616 'atra s.' Diomedes 449 603—606 'lucent ... mensas' schol. Hor. carm. I 28, 7

VARIA LECTIO.

598 inmortale *ybc* iecor *y* TONDENS (O *in ras.*) *F* tundenſ *c*, *Macrobii φ* tondens *firmant Homerus Od. λ* 578 *et Silius* XIII 839 *praeter alios, quorum exempla collegit Heinsius* foecunda *b* que *om. c* 599 *sq.* rimatur ... pectore *om. schol. Hor.* 599 rim.atur *y* AEPVLIS *F* oculis *Nonius* auto *c*1 600 requieſ fibriſ *b* RENATUS *M* 601—607 *De hoc loco vide proleg., ubi conieci v.* 601 *falso Varium et Tuccam hoc loco vel reliquisse vel intulisse, poetam autem ante v.* 602 *Tantalum nominaturum fuisse, ad quem supplicium hoc referre non dubito.* 601 laphithaſ *b* laphytaſ *c* PERITHOVM *Rb* parithoum *y*1 602 QVO *R* QVOS *MPybc, Probus et Macrobius* QVOD *F* ATRAS (S *eras.*) *P* ata *y* LABSVRA *F* LAIPSURA *M* que *om. Ry, Macrobii Salisb., Probi Paris.* 603 INMINET *P* ATSIMILIS *M* AD-

aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae
regifico luxu; furiarum maxima iuxta
accubat et manibus prohibet contingere mensas
exsurgitque facem attollens atque intonat ore.
hic quibus invisi fratres, dum vita manebat,
pulsatusve parens et fraus innexa clienti,
aut qui divitiis soli incubuere repertis
nec partem posuere suis (quae maxima turba est),
quique ob adulterium caesi, quique arma secuti
impia nec veriti dominorum fallere dextras,
inclusi poenam expectant. ne quaere doceri
quam poenam, aut quae forma viros fortunave mersit.
saxum ingens volvont alii, radiisque rotarum
districti pendent; sedet aeternumque sedebit
infelix Theseus; Phlegyasque miserrimus omnis

TESTIMONIA.

604 sq. 'epulae . . . luxu' Nonius 204, 20 605 sq. 'furiarum . . . mensas' Servius Aen. III 252 606 'et . . . mensas' Servius Aen. III 209 608 'hic q. i. f.' Probi inst. I 6, 3 609 Nonius 372, 15 610 sq. 'aut . . . suis' schol. Persii III 70 611 'nec . . . suis' Macrobius Sat. IV 4, 11 612 'quique . . . caesi' Macrobius Sat. IV 4, 11 614 'inclusi p. e.' Donatus ad Ter. hec. III 4, 8 'ne q. d.' Probi inst. I 8, 5 Agroetius 2271 P. 616 Probi inst. I 5, 3 Servius Aen. II 37 'saxum . . . alii' Macrobius Sat. IV 4, 16 schol. Hor. carm. II 14, 19 617 sq. 'sedet . . . Theseus' Gellius X 16, 12 schol. Iuven. I 2 Servius Aen. VI 122

VARIA LECTIO.

SIMILES *R* 604 fulchra *γb* PULCHRA *R* AEPVLAE (A *pr. eras.*) *F* parate *γ* PATERNAE *R* 607 EXVRGIT *Pγ* INTONAT *FMRbc*, *ut Cul.* 177 : *cf. Aen.* XI 383 int.onat *γ2* INCREPAT *P*, *et ut vid. γ1* : *cf.* 387 608 Hic *c* 609 aut *cχ*, *Nonii et Servii exempl.*, *Marklandus ad Statii silv.* III 3, 15 : *nescio an recte.* 610 et *schol. Persii* quid *b1* 612 *sq. eiecit Peerlkampus*, *et haeserunt iam antiqui interpretes.* 612 quique .. arma *γ* Quiſque *c1* SAECVTI *P* 614 suspensi *schol. Statii Theb.* I 432 EXPECTANT *Pγc* EXSECTANT (P *supra*) *M* EXSPECTANT *FRb* DOCEM (Rl *supra*) *M* 615 fortua (n *supra*) *γ* 616 VOLVONT *P1γ* VOLVVNT *FMP2bc* ve *Heynius* que *testatur Servius Aen.* II 37 rotatŭ *c* 617 Diſtrincti *c1* DESTRICTI *FMP2Rγb* DISTRICTE *P1* PENT *R* 618 FLEGYAS *R* phlegiaſ *γbc* omneſ *b*

admonet et magna testatur voce per umbras:
"discite iustitiam moniti et non temnere divos."
vendidit hic auro patriam dominumque potentem
imposuit, fixit leges pretio atque refixit;
hic thalamum invasit natae vetitosque hymenaeos;
ausi omnes inmane nefas ausoque potiti.
non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea vox, omnis scelerum comprendere formas,
omnia poenarum percurrere nomina possim.'

Haec ubi dicta dedit Phoebi longaeva sacerdos,
'set iam age, carpe viam et susceptum perfice munus.
adceleremus' ait: 'Cyclopum educta caminis
moenia conspicio atque adverso fornice portas,

TESTIMONIA.

620 Nonius 180, 5 'et n. t. d.' Probi inst. I 18, 5 Diomedes 448 'temnere d.' Diomedes 436 Charisius 248 621 sq. Macrobius Sat. VI 1, 39 'vendidit . . . imposuit' schol. Lucani IV 824 621 'vendidit . . . patriam' Macrobius Sat. IV 4, 11 schol. Lucani I 269 IV 584 624 Donatus ad Ter. Andr. I 5, 35 'ausoque p.' Alcimus Avitus epist. 51 625—627 Macrobius Sat. V 7, 16 Priscianus 1004 625 Macrobius Sat. VI 3, 6 629 'susceptum p. m.' Caper de orthogr. 2242 P. 630 'Cyclopum educta c.' Servius Aen. XII 674 631 'atque a. f.' Isidorus orig. X 110

VARIA LECTIO.

620 non tempnere *γ* contempnere *Nonii W* DIBVS (O *supra*) *F* 621 Vedidit (n *supra*) *c* incauro *γ* domi.nū *γ* 622 inpofuit *bc* fixit] FELIX *P* PRAETIO *R* ADQVE *R* q: *c* 623 HYMAENEOS (A *supra*) (*corr. minio*) *M* HYMENEOS *Ry* himenacōſ *b* HYMENAEVS *F*1 624 AVSONI (N *supra*) (*corr. minio*) *M* OMNIS *F* inmane *c* 625 *sq. cf. ge.* II 42 *sqq.* SIT *Mc* 626 VOX (V *corr. ex* M) *F* om̃i *c* CONPRAEHENDERE *F* comprendere *γ* conpendere (r *supra*) *c* 628—635. 636—656 *F fol. LI* 629 SED *FRybc* ET *M* eia age *coniecerat Heinsius* VIAM *R* 630 Accelerem' *c* agit *c*1 EDVCTA *Mc*, *testatur Servius et ad Aen.* XII 674 *et hoc loco* (*quamquam hic* ducta *in Regin. et Par. legitur*): *cf.* II 186. 461 XII 674 ᵉducta *γb* DVCTA *FPRm* : *cf.* I 423 631 conſpicio *γ* (at reſpicio *supra*) : *cf.* V 3 conſpicio //// *c* ADQ· (T *supra*) *M* ADQVE *FPc* fornici *b*1

haec ubi nos praecepta iubent deponere dona.'
dixerat et pariter gressi per opaca viarum
corripiunt spatium medium foribusque propinquant.
occupat Aeneas aditum corpusque recenti
spargit aqua ramumque adverso in limine figit.

His demum exactis, perfecto munere divae,
devenere locos laetos et amoena virecta
fortunatorum nemorum sedesque beatas.
largior hic campos aether et lumine vestit
purpureo, solemque suum, sua sidera norunt.
pars in gramineis exercent membra palaestris,
contendunt ludo et fulva luctantur harena;
pars pedibus plaudunt choreas et carmina dicunt.
nec non Threicius longa cum veste sacerdos
obloquitur numeris septem discrimina vocum,

TESTIMONIA.

635 sq. 'occupat . . . aqua' Macrobius Sat. III 1, 8 'corpus . . . aqua' Servius Aen. VI 8 638 'devenere l. l.' Servius Aen. III 44 641 'solem . . . norunt' Donatus ad Ter. Andr. III 2, 30 Servius Aen. V 735 VI 534 644 Servius Aen. IX 615 'pars . . . choreas' Asper 115, 15 Macrobius Sat. V 17, 16 645 sq. 'nec non . . . numeris' schol. Hor. a. p. 391 646 schol. Hor. carm. III 11, 3 'septem d. v.' Isidorus orig. III 21, 4 Aldhelmus in A. Mai auct. class. V 514 Servius ecl. II 31

VARIA LECTIO.

632 IVBENT (*excepta* T *in ras.*) *R* don . a *γ* 633 & *superscr.* *γ*
E V aƚ locorū
PR *P* HIARVM *F* uiarum *γ* : *cf.* II 725 634 . ſpatium *γ* 635
RAM O
aditū . (*erasa* ſ) *c* 636 RUM (M *sup. minio p.*) *M* 637 PERFECTV
O E
F 638 DEVENERE (V *in ras.*) *R* LVCOS *F* AMONA *R* 640
. v O O
LARGIORI *F* CAMPOS *M* campoſ *γ* CAMPVS *F* CAMPVS *Rb*1 CAMPIS
P AETHER·AET *F* UESTIST *M* ueſti[t] *c* 641 Purpereo *γ* 642
Par[ſ] *c* PALAESTRIS *P* paleſtriſ *γbc* 643 LVcTANTVR (*corr. m. ant.*) *R* 644 GLAUDUNT *M* carmi[na] *γ* dicant *γ* 645 Nen non *c*
h i
THRAEICIVS *F* THREICIVS *MPc* TRHEICIVS *R* treiciuſ *γ* threciuſ *b*
ER
646 NVMIS *P* DESCRIMINA *M*

iamque eadem digitis, iam pectine pulsat eburno.
hic genus anticum Teucri, pulcherrima proles,
magnanimi heroes, nati melioribus annis,
Ilusque Assaracusque et Troiae Dardanus auctor.
arma procul currusque virum miratur inanis.
stant terra defixae hastae, passimque soluti
per campum pascuntur equi. quae gratia currum
armorumque fuit vivis, quae cura nitentis
pascere equos, eadem sequitur tellure repostos.
conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam
vescentis laetumque choro paeana canentis

TESTIMONIA.

647 schol. Persii VI 5 649 'nati m. a.' Servius Aen. I 605 650 Servius Aen. VII 210 653 sq. 'quae . . . vivis' Priscianus 779 anon. de nom. 39 p. 137 Endl. 653—655 'quae . . . repostos' Macrobius s. S. I 9, 9 Servius Aen. VI 444 654 sq. 'quae . . . repostos' schol. Hor. carm. II 13, 39 Servius Aen. VI 485 655 'eadem . . . repostos' Servius Aen. VI 736 657 'laetum . . . canentes' Macrobius Sat. III 2, 12

VARIA LECTIO.

647 fidem *Marklandus ad Statii silv.* III 5, 64 DIGITIS (G *fort. in*
l
ras.) *R* DICTIS (C *corr. in* G *m. ant.*) *F* DICITIS *P* iam] et *schol. Persii*
T
PVLSA *Fc* heburno *c* 648 ANTIQVM *FR* ANTIQVVM *Pybc*
ni
PVLCHERRIMA (P *in ras.*) *R* 649 MAGNAANIMI *P* Magnami *γ* HE-
n
ROES (O *in ras.*) *F* 650 ILIVS *R* aſaracuſ *c* 651 miratur *γc* MI-
RANTVR *FM: cf.* 638 *et* 656. mirentur (e *m.* 2 *corr. in* a) *b* inaneſ *γbc*
E E
652 TERRAE *Fbc* DEFIXA *M* defixi *c*1 HASTA *P* 653 CAMPOS *R : cf. Wagneri quaest. Verg.* VIIII *p.* 416 CVRRVM *MRbc*, *testantur Servius, anon. de nom., Priscianus, quorum hic addidit: 'quamvis etiam geminata* u *possit metrum per synaloepham stare, cum sequens versus a vocali incipiat'.* CVRRVM *Fγ* CVRRVVM *P* 655 RE-
O at ante
POSTVS (*corr. m. ant.*) *F* 656 ecce *γ* aliaſ *c* leua *γ* herbaſ
γ 657—668. 669—676 *F fol. LII* 657 VESCENTIS (I *in ras.*) *R*
Na
ACA
VISCENTIS *P* Uefcentef *γbc*2 PAENENTIS (Na *m. rec. ut* 591) *F*
CANENTES *Rbc*2

inter odoratum lauri nemus, unde superne
plurimus Eridani per silvam volvitur amnis.
hic manus ob patriam pugnando volnera passi,
quique sacerdotes casti, dum vita manebat,
quique pii vates et Phoebo digna locuti,
inventas aut qui vitam excoluere per artis,
quique sui memores aliquos fecere merendo:
omnibus his nivea cinguntur tempora vitta.
quos circumfusos sic est adfata Sibylla,
Musaeum ante omnis (medium nam plurima turba
hunc habet atque umeris extantem suspicit altis):
'dicite, felices animae tuque, optime vates,
quae regio Anchisen, quis habet locus? illius ergo

TESTIMONIA.

658 'inter o. l. n.' Probi inst. I 11, 2 Servius Aen. IV 132 660 'hic . . . pugnando' Servius Aen. III 675 661 sq. schol. Hor. a. p. 400 661 Nonius 267, 6. 440, 6 662 schol. Hor. epist. II 216 'quique p. v.' Nonius 371, 32 664 Donatus ad Ter. Andr. II 1, 31 eun. III 2, 5 adelph. II 1, 47 Servius Aen. IX 256 'sui . . . merendo' Macrobius s. Sc. I 8, 6 669 'dicite f. a.' Probi inst. I 7, 4 670 Probi inst. I 10, 4 'quae r. A.' Charisius 51 'illius e. v.' Sergius in Donat. 21 p. 486 Endl. (1836 P.) Diomedes 428 670 sq. 'illius . . . amnis' Nonius 107, 13

VARIA LECTIO.

658 SVPERNAE *Rybl c* '*hic sensus est:* canebant in lucis, unde superne, *i. e.* ad superos plurimus Eridani amnis per silvam volvitur . . . *melius tamen est ut distinguamus:* unde superne plurimus, unde ad superos plurimus, *i. e.* magnus amnis volvitur per silvam Eridani, *i. e.* populos.' *Servius* 659 PAER *F* SILVA¯ (*lin. sup. rec.*) *F* 660 u[v]olnera *γ* VVLNERA *Fbc* VVLNERA (A *in ras.*) *R* 661 SACERDOSTES *P* maneret *Nonius.* '*qui fuerunt casti dum in communione vitae* versarentur' *Servius* 662 uatis *Nonii exempl.* 663 ARTES *M2γbc2* 664 Qui.q: *b* ALIQVOS *MPRb1c1ψ* '*qui* aliquos *sui memores fecere praestando*' *Servii Par. Regin. Cass.* ALIQVOS *F* ali.quof *γ* ali..of *b2c2* alios *χ*, *Donati et Macrobii exempl.* Salios *mire Hofmannus, refutatus a Dietschio in Iahnii ann. philol.* LXVIII 533 665 niuea. *b* cinguntur *b1* VI[T]TA *Fbc* 666 CIRCVMFVSO[S] *P* fybilla *γ* 667 MUSEUM *M* Mufeo[ṽ] *c* OMNES *P* MAEDIVM *F* 668 Hu[n]c *b* humerif *γb1c* EXSTANTEM *F* SVSPICET *R* fufcipit *c1* altif *m. 2 add. c* 669 optima *γ1* 670 ILLIVS *m. 2 sup. F*

venimus et magnos Erebi transnavimus amnis.'
atque hic responsum paucis ita reddidit heros:
'nulli certa domus; lucis habitamus opacis
riparumque toros et prata recentia rivis
incolimus. set vos, si fert ita corde voluntas,
hoc superate iugum, et facili iam tramite sistam.'
dixit et ante tulit gressum camposque nitentis
desuper ostentat; dehinc summa cacumina linquont.

At pater Anchises penitus convalle virenti
inclusas animas superumque ad lumen ituras
lustrabat studio recolens, omnemque suorum
forte recensebat numerum carosque nepotes
fataque fortunasque virum moresque manusque.
isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit,

TESTIMONIA.

671 'et . . . amnes' Paulus Festi 83 M. 672 'atque . . . reddidit' Probi inst. I 6, 8 673—675 'lucis . . . incolimus' Servius ecl. V 40 673 Servius Aen. I 441 III 302 'nulli c. d.' Emporius rhet. p. 305 C. 676 'hoc s. i.' Charisii exc. p. 550, 5 K. (anon. Endl. p. 100) 677 'ante t. g.' Donati ars I 5, 3 Priscianus de accent. 6 Diomedes 430 P. Pompeius 78. 394 L. 680 'superum . . . ituras' Pompeius 43 L. Servius Aen. VI 179 684 sq. Priscianus 696. 729 'vidit . . . tetendit' anon. de nom. 19 p. 132 Endl. 685 'alacris . . . tetendit' Charisius 63 Priscianus 647 P. Servii ars 489 L. 'alacris p.' Probi

VARIA LECTIO.

671 MAGNO (S *superscr.*) *F* INMAGNOS *M* EREBIT *P* herebi *b* transnauimuſ *γ2bc*, *Paulus et, nisi quod* transnavibus *Leid.*, *Nonius* TRANSNAUIB· *M* TRANAVIMVS *FPRγ1* AMNES *FMP2Rγ2b* 672 ^herof *γ* 674 PARATA *R* SILVIS *R* 675 SED *FRγbc* SES (D *superscr.*) *M* fr& *c1* IT·A (I *m.* 2 *add.*) *M* 676 'am (a *m.* 2) *γ* vos '*antiqui aliquot*' *Pieriani* 677—697. 698—718 *F fol. LIII* 677 NITENTES *M* 678 *extat in* G *post* 695 OSTENTANT *F* DEIN *G* LINQVONT *P* linquont *γ* LINQVNT (ON *superscr.*) *FRb* LINCVNT *M* LINQVVN̄ *Gc* 679 CVMVALLE (*corr. ead. m. qua* 591) *F* conuelle *c1* 680 ſuperumq: *c* in *Servius Aen.* VI 179 683 animosque *Peerlkampus* 684 ut videt *anon. de nom. cod.* 685 Eneam *c1* LACRIS.ANS (A *superscr.*) *P2* LACRIMANS *P1* alacris *testantur*

effusaeque genis lacrimae et vox excidit ore:
'venisti tandem, tuaque expectata parenti
vicit iter durum pietas? datur ora tueri,
nate, tua et notas audire et reddere voces?
sic equidem ducebam animo rebarque futurum
tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.
quas ego te terras et quanta per aequora vectum
accipio, quantis iactatum, nate, periclis!
quam metui, ne quid Libyae tibi regna nocerent!'
ille autem 'tua me, genitor, tua tristis imago
saepius occurrens haec limina tendere adegit;
stant sale Tyrrheno classes. da iungere dextram,
da, genitor, teque amplexu ne subtrahe nostro.'
sic memorans largo fletu simul ora rigabat.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum,
ter frustra comprensa manus effugit imago.
[par levibus ventis volucrique simillima somno.]

TESTIMONIA.

inst. II 1, 27 687 sq. 'venisti . . . pietas' schol. Hor. carm. I 23, 11 687 'venisti t.' Nonius 419, 31 Probi inst. I 17, 7 Emporius rhet. p. 305 C. 690 Nonius 283, 28 694 Servius Aen. IV 353 695 'tua me . . . imago' Servius Aen. IV 353 697 'da i. d.' Iulius Rufinianus 260 R. 700 sq. Asper 114, 14 K. 700 sq. Macrobius Sat. V 7, 8

VARIA LECTIO.

grammatici *In repetito verbo* tendere *offendit Peerlkampus* 687 EXSPECTATA *MR* PARENTIS *M* 688—705. 706—724 *G fol. XI* 688 ,INTER *G* hora *c* 689 TUA·S *M* 691 DI(NV)MERANS *R* 692 te] PER *R* 694 QVIT *FGMb*1 lybiae *γ* 695 TRISTIST *F* *Sequitur* 678 *in G* 696 L(I)VMINA *G* adire coegit *χ* 697 tyrreno *c* 698 Da. *b* SVPTRAE *P* 699 VORA *G* RIGABANT *P* RIGAEBANT *F* rigebat *γ*1 700—702 = II 792—794 700 TE(R) *P* conato(v)ſ *γ* ibi] erat *Macrobii exempl., fortasse recte : cf.* 32 brachia *b* brahia *c* 701 CONPRENSA *M* COMPRESSA *Pb*1, *Macrobii Salisb.* conprenſſa *c* 702 *om. in textu, add. m. recentissima in mg. Pb, non interpretatur Servius* PARS *FM* Parſ *γ*1 uolucriq· *c*

Interea videt Aeneas in valle reducta
seclusum nemus et virgulta sonantia silvae
Lethaeumque domos placidas qui praenatat amnem.
hunc circum innumerae gentes populique volabant;
ac velut in pratis ubi apes aestate serena
floribus insidunt variis et candida circum
lilia funduntur, strepit omnis murmure campus.
horrescit visu subito causasque requirit
inscius Aeneas, quae sint ea flumina porro,
quive viri tanto complerint agmine ripas.
tum pater Anchises 'animae, quibus altera fato
corpora debentur, Lethaei ad fluminis undam
securos latices et longa oblivia potant.
*[has equidem memorare tibi atque ostendere coram]
iampridem hanc prolem cupio enumerare meorum,

TESTIMONIA.

703 Servius Aen. X 552   707—709 'ac velut . . . funduntur' Claudius Sacerdos I 162   708 'floribus i. v.' Arusianus p. 236 L.   'candida lilia' Claudius Sacerdos I 161   713 sq. 'animae . . . debentur' Servius Aen. VI 748   714 sq. 'Lethaei . . . potant' schol. Hor. epod.

VARIA LECTIO.

704 RECLVSVM *R*   ĖNEMVS *G*   SILVAE *GPRb*, *Servii Par. Regin. Cass.* SILUAE [IS] *M* filuae, at filuif *γ*   SILVIS *ut* III 442 *Fc* silva *prop. Wagnerus*   705 LETHEVM *FṀPγb*   LAETHEVM *R* Loetheum [e] *c* pronatat *c*   706 INNUMERE [λ] *M* innumere *γ*1   VOLAB*ant G*   707 VELVTI *FGM*   708 IN[SI]DVNT *F*   709 STREPITQ (Q *erasa*) *M*   omnef *c*1   CAMP*us G* campif *c*1   711 flu.mina (u *m.* 2 *in ras.*) *γ*   712 AGMINA [E] (*corr. m.* 1) *G* agmina (a *post. m. ant. corr. in* e) *c*   713 Tunc (unc *m.* 2 *in ras.*) *b*   a[n]chifef *c*   714 LETHEI *MR* LAETHAEI *G* le[h]tei *b* loethei *c*   [V]NDA*m G*   715 OBLIBIA *F*   PORTANT *Rc*1   *Versum* 716, *quem non interpretatur Servius, poeta primo conamine in schedas effusum postea in eius vicem v.* 717 *elaborato omitti voluerat, sed relictum in textu delere religioni habuerunt amici.*   HA·∴S *M*   EQVIDEM *P* aequidem *γ*1   *Coram G*   717 coram Iampridem, ac prolem *coni. Heynius. Vulgatam defendere studet Wagnerus ad ge.* I 248 MEOR*um G*

quo magis Italia mecum laetere reperta.'
'o pater, anne aliquas ad caelum hinc ire putandumst
sublimis animas iterumque ad tarda reverti
corpora? quae lucis miseris tam dira cupido?'
'dicam equidem nec te suspensum, nate, tenebo'
suscipit Anchises, atque ordine singula pandit.
'principio caelum ac terram camposque liquentis
lucentemque globum lunae Titaniaque astra

TESTIMONIA.

XIV 3 718 Servius Aen. I 267 III 711 719—721 Augustinus de civ. dei XIV 5 720 sq. 'iterum . . . corpora' Servius Aen. VIII 20 720 'sublimis . . . tarda' Probi inst. I 9, 4 721 'quae . . . cupido' Nonius 421, 22 723 Priscianus 1212 P. 724—729 'principio (ait) caelum et terras et cetera mundi membra spiritus intus alit et infusa mens agitat. inde hominum pecudumque genus et quicquid aliud animalium' e. q. s. Minucius Felix Octav. p. 40 ed. Heidelb. a. 1560 724—727 schol. Lucani V 86 724—726 'principio . . . alit' Donati ars III 5, 2 Claudius Sacerdos I 124 Charisius 251 Diomedes 442 P. Beda de trop. 378 C. Probus 13, 28. 15, 18 K. 'caelum . . . alit' Servius ge. IV 221 724 sq. Cledonius 1890 P. 724 Pompeius 462 L. 'camposque l.' Macrobius Sat. VI 1, 45 Claudius Sacerdos I 160 725 sq. 'lucentem . . . alit' Isidorus de nat. rer. 27 p. 53 B. 725 Nonius 432, 23 'Titaniaque a.' Probus 17, 5 K. 726 sq. 'spiritus . . . molem' Servius ecl. III 60 Probus 13, 22 K. 'totam . . . miscet' Nonius 446, 10

VARIA LECTIO.

718 ITALIAM *F* ITALIAM *R* LAETERE (with A written above the second E) (*corr. minio*) *F* laetere (e *sec. in ras.*) *b* $\overset{\text{E}}{\text{LAETARE}}$ *M* LAETARE *Rc*1, *ut vid.* REPERTA (*erāsa supra lit.* A *linea, ut vid.*) *F* REPERTAM *R* 719 aliquaſ (aſ *in ras.*) *b* $\overset{\text{M}}{\text{PVTANDVST}}$ *P* PUTANDUEST *MRyc* PVTANDVM *F* PVTANDVM *est G* 720 SVBLIMES *GMP*2*Rbc* ad *Augustinus* $\overset{\text{A}}{\text{TARDE}}$ *P* tartara *Probi inst.* 721 $\overset{\text{A}}{\text{QVE}}$ (*corr. m.* 1) *G* tan *c* CVPIDOEST *F* 723 SVSCIPIT *GRc, Priscianus* $\overset{\text{P C}}{\text{SVSCIPIT}}$ (*corr. m. rec.*) *F* ſuſcipit (ſuſpicit *m.* 1, *in mg.* at ſuſcipit) *γ*2 ſuſcipit (ſcipit *in ras.*) *b* SVSPICIT *MP* ADQVE *F* 724 TERRAM *PRyb*1, *Beda, Probus : cf.* I 133 $\overset{\text{S.}}{\text{TERRAM}}$ *F* TERRAS *GMc, ceterorum auctorum exempl. : cf.* I 58 IV 270 *ecl.* VI 32 LIQVENTES *Rc* linquentiſ *γ* LIQVENT*is G* 725 $\overset{\text{LUC}}{\text{INGENTEM}}$ *M : cf.* IX 515 lucentem *testatur Servius* $\overset{\text{E}}{\text{LVNA}}$ *F*

spiritus intus alit, totamque infusa per artus
mens agitat molem et magno se corpore miscet.
inde hominum pecudumque genus vitaeque volantum
et quae marmoreo fert monstra sub aequore pontus.
igneus est ollis vigor et caelestis origo
seminibus, quantum non corpora noxia tardant
terrenique hebetant artus moribundaque membra.
hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque, neque auras
dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco.
quin et supremo cum lumine vita reliquit,

TESTIMONIA.

726 'spiritus i. a.' Macrobius s. Sc. I 14, 14 'totam . . . artus' Servius Aen. VII 34 727 Asper 112, 24 K. 'mens a. m.' Macrobius somn. Sc. I 14, 14 'et . . . miscet' Macrobius s. Sc. I 17, 5 Claudius Sacerdos I 82 schol. Lucani III 640 Servius ge. II 327 728 sq. Macrobius s. Sc. II 3, 11 728 Servius Aen. V 517 'inde . . . genus' Macrobius s. Sc. I 14, 14 'vitaeque v.' Charisius 240 730—734 Augustinus de civ. dei XIV 3. 8 730 sq. 'igneus . . . seminibus' Donatus ad Ter. adelph. III 2, 16 730 Servius Aen. II 641 'igneus . . . vigor' Servius Aen. I 93 731 'quantum . . . tardant' Macrobius s. Sc. I 14, 15 732 'terrenique h. a.' schol. Hor. carm. III 2, 24 733—742 Augustinus de civ. dei XXI 13 733 sq. 'hinc . . . dispiciunt' Donatus ad Ter. Andr. V 4, 34 733 'hinc . . . gaudentque' Servius ge. II 499 'metuunt . . . gaudentque' Macrobius s. Sc. I 8, 11 734 'clausae . . . caeco' Servius Aen. VI 545

VARIA LECTIO.

726 TVTAM *F* TOTA *R* INFVGA *F* effusa *Leid. unus*, *Probus* 727 molẽ *sup. c* 728 hinc *Macrobii* II 3, 11 *exempl.*, *Servius Aen.* V 517 VOLVCRV (VCR *in ras.*) *R* uolantẽ *γ* volantum *testatur Charisius* 729 monstra *om. M* AEQVORA *M* aequora *γ* 730 est] T (T *corr. in* E) *F* OLLI *M* 731 corpora noxia '*plurimi*' *Burmanniani* CORPORANOXI *P* corpora noxia *γ* NOXIACORPORA *FMRbc*, *Macrobii exempl.* 732 TERRHENI *F* Terrene *γ*1 733 HIC *Mbc* hinc *legit Servius* GAVDENT *Fc* NEQVE *FMPγ*1*bcψ*, *Servii Par. Reg. Cass.* NEC *Rγ*2, *Donati et Augustini exempl.* RAS *P* MIRAS *M* 734 diſpiciunt *γ*1, *Voss. alt.*, *Rottend. pr. et tertius*. *Franc.*, *Par. aliquot*, *Servii Dresd.* DESPICIVNT *FMPRγ*2*c*1*m*, *Servii Guelf.* Reſpiciunt (R *e corr.*) *bc*2 respiciunt *χ*, *Servii Par. Regin. Cass.*, *Donati exempl.* suspiciunt *Augustinus* CLVSAE *F* clauſe *γ* 735 SVPPREMO *F* ſupraemo *b* RELINQVIT *F* relinquit *b*

non tamen omne malum miseris nec funditus omnes
corporeae excedunt pestes, penitusque necesse est
multa diu concreta modis inolescere miris.
ergo exercentur poenis veterumque malorum
supplicia expendunt. aliae panduntur inanes
suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
infectum eluitur scelus aut exuritur igni:
donec longa dies, perfecto temporis orbe,
concretam exemit labem purumque relinquit
aetherium sensum atque aurai simplicis ignem.
quisque suos patimur manis; exinde per amplum
mittimur Elysium et pauci laeta arva tenemus.
has omnis, ubi mille rotam volvere per annos,

TESTIMONIA.

736 'nec f. o.' Probi inst. I 9, 10 740—742 'aliae . . . igni' Servius ge. II 389 740 sq. 'aliae . . . ventos' Servius Aen. VI 264 745—747 Servius Aen. VI 340 745 Probus de nom. 21 p. 219 Endl. 747 schol. Hor. serm. II 2, 79 'atque a. s. i.' Probi inst. I 18, 10 anon. de nom. 1 p. 127 Endl. 'aurai s. i.' Servius Aen. VII 464 743 'quisque . . . manes' Macrobius s. Sc. I 10, 17 Arusianus p. 257 L. 743 sq. 'exinde . . . Elysium' Augustinus de gramm. 2011 P. 744 'et . . . tenemus' Servius Aen. VI 404

VARIA LECTIO.

736 OME (N *supra*) *P* OMNIS *FPRγb* 737 PESTESPENITVS (STESP *in ras.*) *R* 740 alia *b* inanif *b* 741 VENTVS (O *supra*) *F* aliif (if *m. 2 in ras.*) *b* 742 eluitur *γ*1 742 aut] ADQVE *F* EXAVRITVR *P* ex. uritur *γ* 745 orbe] aeuo *Probi de nom. cod.* 746 CONCRETA (M *supra*) *F* TABEM *R* RELINQVIT *FMb*1 RELIQVIT *PRγb*2, *Servii Aen.* VI 340 *exempl.* reliquid *c* 747 ADQVE *F* aurai *c*, *testatur Servius Aen.* VII 464 *cum Probo et anon.* aura[i] *γ* aura . (i *supra*) *b* AVRAE *MPRψ* AVRE (A *supra*) (E *corr. ut vid. in* I) *F* 743 *sq. transposuit post* 747 *editor Parmensis, aut transponendos post* 747 *aut delendos esse censuit Heynius, vulgatum ordinem frustra defendit Wagnerus : cf. emend. Verg.* 4 743 suum *Ausonius ephem.* 57, *Peerlkampus* MANIS *FP*1 MANES *MP*2*Rγbc* mores *Arusianus* manes *legerunt Macrobius et Servius* exinde ... tenemus *supposita esse putat Peerlkampus* altum *Augustinus* 744 mittitur (i *supra*) *Augustinus* 748 omnef *b*

Lethaeum ad fluvium deus evocat agmine magno,
scilicet inmemores super ut convexa revisant
rursus et incipiant in corpora velle reverti.'
Dixerat Anchises natumque unaque Sibyllam
conventus trahit in medios turbamque sonantem,
et tumulum capit, unde omnis longo ordine posset
adversos legere et venientum discere voltus.
'Nunc age, Dardaniam prolem quae deinde sequatur
gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
inlustris animas nostrumque in nomen ituras
expediam dictis et te tua fata docebo.
ille, vides, pura iuvenis qui nititur hasta,
proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras
aetherias Italo commixtus sanguine surget,
Silvius, Albanum nomen, tua postuma proles,
quem tibi longaevo serum Lavinia coniunx
educet silvis regem regumque parentem,

TESTIMONIA.

749 Servius Aen. VI 264 751 Augustinus de civ. dei XXII 26 753 'conventus . . . medios' Servius Aen. II 58 754 sq. 'longo . . . legere' Nonius 333, 4 754 'unde . . . possit' Servius Aen. II 766 756 sq. 'nunc . . . gloria' Servius Aen. IV 236 760—766 Gellius II 16 760 Nonius 353, 12. 446, 24 Charisius 70 765 Donatus ad Ter. adelph. I 1, 23

VARIA LECTIO.

749 L&heum *yb* LAETHEVM *P* LAETHEUM[O] (O *sup. minio p.*) *M* Loeteum *c* LETHEVMQ· *R* MAGNOS *P* 750 IMMEMORES *FMR* SUPERUT[λ] *M* : *cf.* 241 SVPERAVT *Rybc* SUPERAAVT *F* SVPERANT *P* 751 INCLIPIANT *P* 752 SYBILLAM *M*1*y* SYBYLLAM[I] (*corr. minio*) *M*2 753 SONTEM[AN] *P* 754 POSSIT *Fy*, *Servii Aen.* II 766 *exempl.* possent *Nonius* 755 ADVERSVS *F* VOLTVS *P*1 VVLTVS *FP*2*Ry*2*bc* 757 ITA[LA] *R* 758 Inluſtriſ[I] *b* numen *b*1 760 iuuenem *Charisii cod.* NITITVS[R] *P* 761 luci *malebat Heinsius* 762 Aethereaſ *c*1 A&eriaſ[h] *y* aërias *Lachmannus Lucr.* 167 : *at cf.* 790 SURGIT *M* 764 SAERUM *M* SERVAM *R* coniux[n] *c* CONIUX *M* 765 EDUCIT *M*

unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.
proximus ille Procas, Troianae gloria gentis,
et Capys et Numitor et qui te nomine reddet
Silvius Aeneas, pariter pietate vel armis
egregius, si umquam regnandam acceperit Albam.
qui iuvenes! quantas ostentant, aspice, vires!
atque umbrata gerunt civili tempora quercu.
hi tibi Nomentum et Gabios urbemque Fidenam,
hi Collatinas imponent montibus arces,
Pometios Castrumque Inui Bolamque Coramque.
haec tum nomina erunt, nunc sunt sine nomine terrae.
quin et avo comitem sese Mavortius addet
Romulus, Assaraci quem sanguinis Ilia mater
educet. viden ut geminae stant vertice cristae
et pater ipse suo superum iam signat honore?
en huius, nate, auspiciis illa incluta Roma

TESTIMONIA.

767 Augustinus de civ. dei XVIII 21 771 Priscianus 1059 772 'civili quercu' gloss. Zic. p. 8 773 'hi . . . Gabios' Servius Aen. VII 712 'urbemque F.' Charisius 249 Diomedes 437 Isidorus orig. I 34, 4 Probi inst. I 17, 1 775 'Pometios . . . Inui' Cledonius 1891

776 Servius Aen. VII 712 779 sq. 'viden . . . honore' schol. Hor. carm. I 2, 36 781 Isidorus orig. XV 1, 1 (cf. XVIII 1) Servius Aen. VII 678 'illa i. R.' Servius Aen. V 737

VARIA LECTIO.

766 GENVS NOSTRVM LONGA *M* genuſ nr̃m (in longa) *b* 767 PROCAX *R* 768 capiſ *b* NVMITVR *R* REDDAT *Rc* 769 *om. Mentel. alt. m.* 1 : *cf.* 403 770 SIN *R* ACCEPERAT *P* accepit (er) *c* 771 oſtendant *c* 772 Adque *c* Atqui *Reg.* at qui *edd. vett. An* utque? GERIT (VN) *M* ciui(li) *γ* 773 HIC *P* NOMENTVVM *R* 774 Hii *b* COLLATINAS *P* conlatinaſ *γ*1 inponent *γc* *Post hunc v.* laude pudicitiae celebres addentque superbos *in editiones inlatum fraude, ut fertur, Fabricii Lampugnani.* 775 uolam *γ*1 776 *om., imo mg. m.* 2 *add. b* TVNC *P* GENES (TERRAE) *M* 778 aſaraci *γ* 779 ut *sup. b* GEMINE (λ) *M* 780 *Coniungo* pater . . . superum *cum Wagnero* puerum *Peerlkampus* INSIGNAT *R* 781 uete (ne) *c* nata *Burmannus* INCLVTA (NC *in ras.*) *R* inclyta *b* inclita *c*

imperium terris, animos aequabit Olympo
septemque una sibi muro circumdabit arces,
felix prole virum: qualis Berecyntia mater
invehitur curru Phrygias turrita per urbes,
laeta deum partu, centum complexa nepotes,
omnis caelicolas, omnis super alta tenentis.
huc geminas nunc flecte acies, hanc aspice gentem
Romanosque tuos. hic Caesar et omnis Iuli
progenies, magnum caeli ventura sub axem.
hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis,
Augustus Caesar, divi genus, aurea condet
saecula qui rursus Latio regnata per arva
Saturno quondam, super et Garamantas et Indos
proferet imperium (iacet extra sidera tellus,
extra anni solisque vias, ubi caelifer Atlans

TESTIMONIA.

784 'felix p. v.' Arusianus p. 230 L. 786 Arusianus p. 244 L. 788 'huc . . . acies' Servius Aen. II 30 789 sq. 'hic . . . progenies' Priscianus 1071. 1072 791 Charisius 3. 4 Diomedes 425 Marius Victorinus 2472 Beda de metr. 2355 P. Pompeius 243 L. Probi inst. I 16, 2 'hic vir h. e.' Probi inst. I 4, 12 Marius Victorinus 2474 'hic est . . . audis' Cledonius 1867 793 sq. 'regnata . . . quondam' Priscianus 922 Arusianus p. 259 L. 793 'regnata p. a.' schol. Hor. carm. III 3, 43 794 sq. 'super . . . imperium' Diomedes 408 Augustinus de gramm. 2016 anon. de orthogr. 2798 P. 796 'solisque v.' schol. Lu-

---

VARIA LECTIO.

782 inperium *γ* animaſ (o *sup.*) *c* olimpo *b* '*De hoc autem loco et Trogus et Probus quaerunt*' *Servius* 783 SIBI *sup. P* moro (v *sup.*) *c* 784 qualiſ *sup. b* berecynthia *γ* VERECYNTHIA *R* uerecinthia *b* BERECHYNTIA (H *sup.*) (*corr. minio*) *M* berchintia *c* 785 ſrigiaſ *c* 786 *sq. non interpretatur Servius* PEARTV *P* conplexa *b* 787 Omneſ *b* caeloſ colaſ (o *pr. corr. in* i, ſ *pr. erasa*) *c* om̃ſ *c* SVPERALTA *PR* SVPERALTA (A *sup.*) *Mb* ſuperata (al *sup.*) *γ* ſupera alta *c* TENENTIS *M*1*P*1*Rb*1 TENENTES *M*2*P*2*b*2*γ* ten&iſ (n *sup.*) *c* 788 Hu.c *b* nunc *sup. c* hic *m* 790 *in mg. m. rec. add. c* CAELI *P* 791 eſtibi *c* audeſ *γ*1 793 *om., m.* 2 *in mg. add. b* arva] ANNOS *R* : *cf.* I 272 II 363 794 condã *b* garamanthoſ *c* 795 iacet] quaque *Peerlkampus* 796 SOLUIS *M* athlanſ *c* adlanſ *γ* atlaſ *b*

axem umero torquet stellis ardentibus aptum).
huius in adventum iam nunc et Caspia regna
responsis horrent divom et Maeotia tellus
et septemgemini turbant trepida ostia Nili.
nec vero Alcides tantum telluris obivit,
fixerit aeripedem cervam licet aut Erymanthi
pacarit nemora et Lernam tremefecerit arcu,
nec qui pampineis victor iuga flectit habenis
Liber, agens celso Nysae de vertice tigris.
et dubitamus adhuc virtute extendere vires,
aut metus Ausonia prohibet consistere terra?

TESTIMONIA.
cani VII 2   798 sq. 'iam . . . divom' schol. Lucani VIII 222   801 schol. Hor. carm. III 3, 9   802 sq. 'fixerit . . . nemora' Priscianus 1039   802 'fixerit a.' Probi inst. I 18, 11 Claudius Sacerdos I 86, 102 'fixerit a. c.' Pompeius 449 L.   'fixerit . . . licet' Charisius 249 Diomedes 437   804 schol. Persii I 101   805 schol. Lucani I 65 806 Diomedes 411

VARIA LECTIO.

797 = IV 482   798 ADVENTVM (M *in ras.*) P, (m *erasa*)γ aduentu (*m.* 1 aduentũ) *b*2 adventu *m*   799 DIVOM *P*1 DIVVM *MP*2*Rγbc* MOEOTIA *M* meotia γ mo&ia *c*   800 SEPTEMGEMINI (E *pr. minio p.*) *M* trepid . a γ hoſtia *c*   801 NECUERO (CUE *minio p.*) *M* obivit
V v
schol. Hor. OBIBIT (V *minio p.*) *M* obibit *c* OBIBIT *PRγ*1*b*1 obibat χ 802 FIXERIT (IX *et* IT *minio p.*) *M* Fi . xerit *b* FIXERAT *Rc*1 AERE-
PE
PEDEM *P*1 A-E-RIDEM (PE *minio p.*) *M* aeripidẽ *c* aut . . . arcu *inepta visa Wagnero reiecit Peerlkampus*, *defendere conatus est Ladevicus: legit Servius quoque.* aut] atque *vel certe v.* 803 aut *pro* et *desideravit Marklandus ad Statii silv.* V 2, 48 803 PACARIT *Pγψ*,
l
Prisciani Vind. PACARET *R* PLACARET *M* Pacarit *b* Placarit *c*, *Prisciani ω* et *suprascr. b* LAERNAM *M* TREMEFECERAT *R*, *Servii*
H
Par. 804 ABENIS *MRb* abeniſ *c* 805 niſae *b*1 Nysae celso *schol. Lucani* TIGRIS *P*1*Rb*2 tygriſ γ TIGRES *MP*2*b*1 tygreſ *c* 806 ATIIUC *M* VIRTVTE — VIRES *PRcm* uirtutem—uireſ *Diomedis codd.* uirtutem
at factiſ
— uireſ γ VIRTVTEM — FACTIS *Mb*, *Servius* : *cf.* X 468 virtutem — fatis χ virtute — famam *Burmannus* virtutem expendere factis *vel* virtute expendere vires *vel* virtuti extendere vires *Hofmannus* 807 At *c*1
Hic inserui v. 826—835

illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis,
concordes animae nunc et dum nocte premuntur,
heu quantum inter se bellum, si lumina vitae
attigerint, quantas acies stragemque ciebunt,
aggeribus socer Alpinis atque arce Monoeci
descendens, gener adversis instructus Eois!
ne, pueri, ne tanta animis adsuescite bella
neu patriae validas in viscera vertite vires;
tuque prior, tu parce, genus qui ducis Olympo;
proice tela manu, sanguis meus!
quis procul ille autem ramis insignis olivae
sacra ferens? nosco crinis incanaque menta
regis Romani, primam qui legibus urbem
fundabit, Curibus parvis et paupere terra
missus in imperium magnum. quoi deinde subibit

TESTIMONIA.

826 'illae ... cernis' Probi inst. I 7, 7 831 'gener ... Eois' Marius Victorinus 2473 P. 832 sq. anon. de verbo 20 p. 156 Endl. 832 schol. Hor. carm. II 18, 34 'ne tanta ... bella' Arusianus p. 211 L. 834 sq. Iulius Rufinianus 265 R. 835 anon. de nom. 52 p. 140 Endl. 'proice t. m.' Nonius 373, 19 808—812 Aelius Spartianus vita Hadriani 2 808 Charisius 70 809 'nosco c.' Diomedes 383 'nosco ... menta' Diomedes 411 810 sq. 'primus ... parvis' Servius Aen. I 1 811 'Curibus ... regno' Priscianus 747 'paupere t.' Probi inst. II 1, 34 812 'missus ... magnum' Arusianus p. 247 L. Servius Aen. X 779 XII 516 'cui d. s.' Servius Aen. V 176 X 371 812 sq. 'cui ... patriae' Arusianus p. 259 L.

VARIA LECTIO.

826 illi ... quos *Moret. sec.* an (a *corr. in* i) *c* 827 praemuntur *γb*1 PREM(V)ENTVR *P* PREMENTVR *R* praemmentur *b*2 828 limina *χ* 829 ATTINGERINT (*corr. minio*) *M* Attingerint (n *post. eras.*) *c* 830 monoechi *b* MENOECI *Mγ* MNOECI *P* 831 A(D)UERSIS *M* 832 AD(S)VESCITE *P* ADVESCITE *R* 834 olimpo *γ* 835 PROIICE *R* o fanguif *c* SANGVINIS *R* meus] pius *Rufinianus* meus esse memento *Hamb. pr.* 808 *sq.* quis ... ferens *Anchisae recte tribuit Servius, Aeneae Wagnerus* 809 NOSCON *R* crinef *γb* 810 primum *b*, *Med. Pierii* primus *Goth. pr.*, *Servius Aen.* I 1 811 Fundauit *b*1 co(v)ribuf *γ* CVRIBVSQ· *R* terra] regno *Priscianus* 812 imperium *b* quoi '*aliquot vetera exemplaria*' *Pierii* Q(C)VI *M* CVI *Pγbc* QVID *R*

otia qui rumpet patriae residesque movebit
Tullus in arma viros et iam desueta triumphis
agmina. quem iuxta sequitur iactantior Ancus,
nunc quoque iam nimium gaudens popularibus auris.
vis et Tarquinios reges animamque superbam
ultoris Bruti fascesque videre receptos?
consulis imperium hic primus saevasque secures
accipiet, natosque pater nova bella moventis
ad poenam pulchra pro libertate vocabit,
infelix. utcumque ferent ea facta minores,
vincet amor patriae laudumque inmensa cupido.
quin Decios Drusosque procul saevomque securi

TESTIMONIA.

813 sq. 'otia . . . viros' schol. Hor. serm. I 6, 9 'resides . . . viros' Servius Aen. I 722 814 sq. 'et . . . agmina' Arusianus p. 225 L. 815 sq. 'quem . . . auris' Nonius 328, 4 815 'iactantior A.' Charisius 77 816 schol. Hor. carm. III 2, 20 'gaudens p. a.' Servius Aen. II 385 817 'vis et T.' Probi inst. I 7, 2 820—823 'natos . . . cupido' Augustinus de civ. dei III 16 V 18 822 Macrobius Sat. IV 6, 18 824 'quin . . . Brutosque' schol. Iuven. VIII 254 824 sq. 'saevum . . . Camillum' Priscianus 761 'saevum . . . Torquatum' schol. Hor. carm. III 2, 19

VARIA LECTIO.

